Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

85. Annalium Długosii. Liber Duodecimus (XVII w.).

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

cogeretur. Petitio Jacobi Seniensis olim Episcopi CRaco-
uien. qui ad possessiom pensionis diœcesis Sandecen per
sedem Apostolicam sibi facte per Joannem de Mels-
clatin, et Andream de Senno germanum suum se admitti
deposcebat. consiliarijs nequicquam improbantibus
reiecta est. allegante rege scindi Episcopatum CRaconien
non conuenire, sint et appellatio à processibus pen-
sionis huiusmodi, quibus Joannes CRaconien Epus
monebatur, per prefatum Joannem Epum CRaconien,
interposita allegante se ad huiusmodi pensiom sibi &
Ecclesie sue grauem, neq; per se, neq; per procuratores
consensisse, appellationi sue per Capitulares CRaco-
uien adhesum Jacobo Seniensi compositio secu a-
cta parum sincere seruata, necessitasq; imposita vt
Summum Pontificem adire personaliter cogeretur.

Holand oppidum per pro-
ditionem à Cruciferis
fere captum.

S. V B conuentionis Piotrcouien tempore, gentibus
regijs ex presidio oppidi Holandi predatum egressis,
oppidani portas claudunt, & Magro CRuciferio-
per celerem nuncium auisato, gentes suas quarum Hen-
ricus Plawienski ductor fuerat, in oppidum recipiunt

arx tamen à reliquo gentiũ regiarũ prę sidio, et porta ad castrum spectans, et duę turres portę proximi oves seruatæ. Quod ubi Petro Dunin Succamerario Sadomiriensi et Capitaneo gentiũ quę Gnieu obsidebant nunciatum est, ad obsidionem vrgendam in propugnaculis pedite relicto eques fere omnis effusus Holanth oppidum obsidere cępit, qui quoniam nocte illuxerat enim doctus erat, peruenerat, speciem multo maiorem exercitus quam pro numero prębuit. Itaq; toto oppido trepidatum ne porta quę facultatis suę erat irruens Henricĥ Plawienski eã suos occupans, sedu prosterneret. Oppido itaq; Henricus Plawienski in aliquot locis incenso, inde se cũ omnibus suis tumultuariè euoluens diffugit. Gentes regię oppidum illico ingressę et flammam grassantem restringunt, & oppido facile potiti in eos qui proditionis fuerũt capita animaduersionem exercent.

Lamencia et obligatione soluitur et muris reficitur.

Pluribus salubribus decretis Casimirus Rex apud dietam Piotrcouien sanctis Ioanne de Rozanc3in Castellano CRacouien Derslao de Rytławiany Sandomirien, Andrea Odrowąż ch Leopolien Palatinis in Podolia transmissis, ut ope eorũ & opera ar-

et ciuitas Kamieniecz solueretur de obligatione pecuniali Theodorico olim Buczaczkei inscripta, et muris quanto firmioribus posset aduersus Turcorũ vires quę suspicionem et metum non mediocrem iniecerant, reficeretur, tutiorq; ad omnem casum et inuasiõm consisteret. Et quoniã ex erario regio, quod nullum ea tempestate fuerat impensa ad fabricã et redemptiõm huiusmodi dari non poterat, permilitares Podolię de quolibet laneo & Cmethone vnu bouem se prestare obligantes liberaliter collata est. Rex ex Piotrcouia apud quam diebus decem et octo steterat, uersus Poloniã et Caliscis contendit, et aliquot hebdomadis illic commoratus die dnico ante Sanctę Luciæ Radom venit. Abindeq; in Lithuaniam processurus feria tertia in die Sanctæ Luciæ per Sedlnam Cozinicze, ceteraq; loca discessit:

Oppidum et castrum Gniew et Holschtin capit Polonus. Annus domini Millesimus Quadringentesimus Sexagesimus quartus.

Obsidione castri et oppidi Gnieu in annum alterũ producta, et omni belli mole ad illorum conquisitiõm conuersa expectatio ingens tam Poloncs quam CRuciferos tenuit, in quem finem longe obsidionis res foret casura. Militibus regijs obsidentibus illa petius quam oppugnantibus, eyecre tandem obsessi contenderant seruitia et plebes quas prę inopia constabat famem non toleraturas obsidentibus illas retrudentibus ad obsessos. Concessere interim plurimi in arcem quasi locum fortioris presidij, sed cũ illic commeatus vix ad quindecimam diem notarẽtur suffecturi, obsessis insuper opitularetur nemo, arcis & oppidi deditio per commendatorem magnũ Vlricũ Eysenoven, et Nicolaũ Vischembaeh Bauarũ, qui obsessis prę erant, feria Secunda in die Sancti Stephani Prothomartiris in manus Petri Dunin Sandomirien Succamerarij et Capitanei regij ea conditione, ut obsessis saluis abire, et quatuordecim quadrigis tantũmodo res suas educere liceret, facta est. Iniecta enim erat obsessis formido, ne vim captis inferrent victores extremam. Quadringenti quoq; milites Crucifericę partis cũ suo duce magno commendatore, vsq; in Kinsberg ad Magistrũ incolumes deducti. Ciues omnes clementia Polonorũ seruati. Magister tantummodo ciuium cũ vno consule eiecti, quod hi proclliniores in parte CRuciferica notabantur, concessa tñ licentia, ut infra mensem bona immobilia venundari liceret. Arx

Thomconi, ciuitas Gothardo commissa. Militibus stipendium solutũ. Ioannes Skalski Bolsemus vnus ex Capitaneis partium regiarũ, oppido magno Holschtin per ingressum clandestinũ potitus, singulis spoliatũ rebus incendit.

Oppidani Golpero entes hostem magna clade afficiunt.

Oppidum Fridlanth a milite suo spoliatum incenditur. Bernhardo Schumborski certis conditionibus datis pax conceditur.

OPPIDUM suę ditionis alias Episcopatus Camenensis, Episcopus in Pomerania Heimingus, vocatum Colzberg recuperaturus (multo enim tempore rebellionẽ aduersus eum prestiterat) quingentos habens in propria gente armatos. Cui Iurgilibel Slesita vnus ex Capitaneis Crucifericis cum gentibus suis de terris inferioribus. Item cũ gentibus de Choinicza quę numerũ septingentorũ equorũ explebant in auxilium aduenerat. Ad oppidũ prefatũ Colberg clandestinis itineribus noctu illud interceptũrus accessit. Nec spes illum fefellisset nisi cives de Colberg beneficio civium Gdanensiũ de periculo in illos comparato anisati, introductis gentibus precio conductis, omnem potentiam Episcopalem quam ante murum & antemurale conscendere permiserant, crudeliter obtriuissent. & ceteros,

qui euaserat

qui euaserant, insecuti aut occidissent aut captiuas- 1005
sent. Accidisse suis tam tristem sortem Cruciferici mili-
tes qui obsidionem in Gnien' tolerauerant, nec taciti
quidem lętabantur, quod nouas ciuitates conquirere.
quamdudum quęsitis sibi ferre suffragia maluissent Mi-
lites Cruciferici in prędsidio oppidi Fridlantij constitu-
ti, dum ad extremam se indignarentur propter non so-
luta stipendia peruenisse egestatem, oppido Fridlantij
tyrannicè spoliato et incenso discedunt. Bernhardo Su-
borscij obsidiom suorū castrorum vehementer perti-
mescenti, & propter hoc fędus sibi prędstari à Casimiro
rege expetenti, (nouerat enim viros Magri exangues.
esse) fędus his conditionibus, concessum est, ut oppidū
Chelmense & castrū antiquū, item castrum & oppidū
Brodnicza absq; impetitione regię partis teneat, regi
omnia bello finito & terra Pruthenica conquisita re-
cepta competenti mercede redditurus. Interim ab o-
mni hostilitate in regem & suos se contineat, regios
milites mercatores et quoscunq; subditos in suas te-
nitas receptet & foueat. C Ruciferitis propulsis:-

Pius secundus Pontifex Romanus contra Turcā generalem expeditionem

indicit. Cruciferi Cracouienses Judęos penè omnes

bonis priuata vere etiam vita spoliauit.

Casimirus Polonorũ rex in Lithuaniã ducatũ cum consorte sua aduenies, dies festos Natalis Christi apud Grodno egit, et nonnullos Lithuaniæ Barones nouis rebus studentes compescuit. Dietam insuper Parchonien pro die Purificationis (quoniam verisimiliter inter Polonos & Lithuanos seminarium alicuius litis aut odij excitura pro terris Podaliæ & Luczko, quas vtrinq; repetebant videbatur) in die Natiuitatis Mariæ transposuit. Spectatores sequidem Lithuani in eam diem Prutheni ci belli, magisq; adiutores prębuerant, nec conditionibus iustis quibus illis aliqua pars terræ Prussiæ in Samagitiam spectans, per regem & regnum dedebatur, perliti poterat ad auxilia Polonis contra Cruciferos ferenda. Et quoniam belli Prutheni ci decennio iam continuati, res cucurrerę forent, quieti aeq; in id tempus operiebantur, rati ex discrimine tam Polonicarũ, quã Cruciferi carũ rerũ suis accessurę profectum. Nec ultra dilationibus vsuri, belli Polonis inferre rati. Interim quo Prutheni co distinerentur concludebant, nisi rex eos ab huiusmodi proposito deterruisset, quo facto in Lithuania hyemis & veris tempore perseuerans, plurimi principũ legationes audiebat. Sub cuius presentia Georgius Episcopus Miedniceñ, siue Samagitię genere Lithuanus, de Vilna ciuitate ortus, die

Saturni, vigesima quinta Februarij, procedendo Vilnã in itinere, dum vix triũ miliariorũ restaret iter, moritur, & relatus in ecclesia sua Miednicen sepelitur. Cui Matthias de Topola, Lancitia Polonus gnẽ nobilis de domo Lonvala succedit. Exacto autem Casimirus rex apud Rutbenicale Brzesczie festo Paschæ in Poloniam rediit, et Cracouiam vicesima Aprilis intrauit. Duplicem sortem parũ gratam & blandam expertus, vnam quod Summus tunc Romanorũ Pontifex Pius Papa Secundus Christianitatis, quę à Turcorũ Cęsare Mahumete post Constantinopolitani & Trapesuntini imperiorũ miseram interemptiõm et cladem grauiter ꝓpprimebatur, obbrobriũ et grauamen auersurus, generalem expeditiõm contra illum eo anno instituit. Et Philippo Burgundiorũ duce, quamuis veterano et sene, et Venetiarum duce Christophero Mauro classe. Mathia vero Hungariæ rege exercitu terrestri illum adiuuante, personaliter in expeditiõm huiusmodi ire decreuit. Omnibus quoq; quem huiusmodi adiuuantibus anni Iubilei donauit gratiam. Quę cũ etia Apostolico apud Cracouiam esset vulgata et predicata, ꝓcepto et plura ex Polonis hominũ millia crucẽ contra Turcos pugnaturi assumpsissent, feria tertia quę in tertiam Aprilis cadebat diem conspiratione facta in Iudęos et eorum domos ad vesperã irruũt, et tam illis quã synagoga Iudaica confractis, substantias eorũ vniuersas diripiunt. Triginta in-

super Judæos de sexu vtroq; trucidant, cũ se cęte-
ra multitudo Judęorũ in ędem Joannis de Thanczin
Castellani Cracouien habitationibus eorũ contiguam
recepissent, et cum in crastinũ ampliori seditione gli-
scente, omnis illa Judæorũ caterua apud domum Jo-
annis de Thanczin à Cruciferis trucidatiõm eorũ ve-
hementer sitientibus fuisset invasa. vix tandem &
ægrè per armigeros Joannis Cracovien Episcopi Jacobi
de Dambno Vicethesaurarij regni Poloniæ et Capita-
nei Consulumq; & ciuiũ Cracouiensiũ defensa, &
in arcem Cracovien deducta est. Invasisset eadem
vis cęteros Judæos in alijs oppidis & vrbibus apud
Poloniam habitantes, nisi in arces & loca tutiora dif-
fugissent. Alteram quod Joannes Gnesnen Archiepisco-
pus vir prorsa tempestate reipublicę & vtilis, & ne-
cessarius, cũ aliquandiu scabie quam ab adolescen-
tia pertulit, vexatus sanguisset, die Saturni quartade-
cima Aprilis in curia sua apud Ilsnicion diem obijt,
in ecclesia Gnesnen in choro ante maius altare, sub
vrna ærea eiusdem mensis vigesima sepultus, an-
nis decem, mensibus quatuor in Pontificio exactis.
Donauit ecclesię Gnesnen duas pelues argenteas pul-
cherrimas. Tiaram Pontificalem Margaritis intex-
tam, tres partes Vincentij speculi historialis, cete-
ros omnes thesauros Eustachio fratri germano Ca-
stellano Radomien reliquit. Muravit & cocto late-
re capellam in Ecclesia Gnesnensi in parte Septentri-

onali, & eandem de bonis mensæ Archiepiscopalis dotauit. Ioannes Gruszinski Cracouien Episcopus, etsi dudum videlicet Sexta mensis Julij anni precedentis in Cracouiensem sedem Iacobo Senienski cedente fuisset pronunciatus, propter tardam tñ litterarũ sacrę expeditiõm, non nisi vigesima Septima Martij Cracouiam adueniens honore processionum omni exceptus, se Episcopũ Cracouien gerere cepit. Ioannes Luthskonis de Brzezie in eadem Sexta Junij die in Episcopũ Vladislauien promotus die dominico lętare quę fuit Quarta Martij in episcopũ, apud ecclesiam Sanctę Marię Lancitien, per Andream Bninski episcopũ Posnanien consecratus, sedem suã Vladislauiensem extunc obtinuit. Consulatus Cracouien ob stragem Iudaicam quod illam non auertisset correptus, pecunia etiam trium millium florenorũ inquisitus est, quem nec inclemente verbo (nihil enim occasionis ad stragem contulerat) carpere oportuisset.

Poloni cum Cruciferis arbitrario iudicio Thoruniæ contendunt.

Moratus aliquot diebus Casimirus Poloniæ rex apud Cracouiam in nouam ciuitatem Korczin transiens conuentũ illic fecerat Cracouien, Sandomirien, & Russiæ die dominico ante festũ Sancti Phi-

lippi & Iacobi diebus aliquot tenuit. vbi expediti-
onem gnalem, quę in Prussiam fuit dudum in gnali
Piotrcouien. dicta decreta, retractat: quoniam grauis
nimis & onerosa pro ea ętate censebatur, fertones per
vniuersum regnũ, laneis tabernis, molendinis ad sol-
uendum mercenarios milites apud Prussiam militan-
tes impositi. Molesta plurimum ea retractatio et con-
siliarijs maioris Poloniæ & militibus, ciuibusqꝫ Prussię
videbatur: quoniã belli per illam tractati quod ea fini-
tum iri sperauerant querebantur. Ex nonę ciuita-
tis conuentu Casimirus rex Cracouiam reuertens,
metus nonnullos ex Morauia & Pannonia gliscen-
tes, quos nonnulli latrunculi suscipere molieban-
tur, compescuit. Sub cuius presentia frequens cruce
signatorũ numerus dumtaxat ex terris dominiorũ
suorũ congregatus ad duodecim æstimatus millia
pulcherrimo armorũ apparatu in Turcorũ exter-
minium ex Cracouia processit. Regina Elisabeth co-
niux Casimiri regis Sexta Maij hora prima noctis
filiam effudit, quæ die Sabbati decimaquinta mensis
Iunij in Cracouiensi ecclesia per Ioannem Cracoui-
ensem Episcopũ baptista Sophię nomen accepit. Ludi
deinde in decus nonę filiæ habiti, & premia victo-
ribus proposita atqꝫ data sunt. Vigesima deinde
mensis Iunij Casimirus rex ex Cracouia solicita-
tibus illũ maioris Poloniæ Consiliarijs, egressus, ce-
leri cursu per Miechow, Piotrcouiã & Lancitiã, in

Colo peruenit, & die dominico Sancti Ioannis Baptistę
conuentum habuit, expeditiõm contra Prussiam sal-
tem ex militibus terrarum maioris Poloniæ instauratu-
rus. Sed cum illi quoq; propter Craconiensiũ militũ ab-
sentiã sumere arma detrectarent seruones æque terris
eorũ impositi sancitumq; ut rex eo anno bellũ contra
Cruciferos tantummodo per Curiẽnses et mercenarios mi-
lites agat. Ea autem belli in eũ annũ dilatio milita-
res & ciues Prutbenicos grandi molestia pertulit, ingemi-
nabanturq; per nonnullos detrectatores murmura, quod
ignauia, imperitiaq; Polonorũ res Prutbenicæ seuiter
ridiculoseq; gererentur, sustinerentq; potius bellũ, quã
inferrent. Ex Colo rex discedens peruenit in Brzesc3ie,
ubi usq; ad diem Lunæ post Exaltationis Sanctę Cru-
cis, quę fuit decima Septima mensis Septembris sub fre-
quentia consiliariorũ secum illic morantiũ stetit, pro-
uidendo rebus Prutbenicis, quę armis & arbitrio age-
bantur. Iam siquidem Episcopus Lubucen. Arnoldus cũ
duobus Canonicis suæ Lubucen ecclesiæ, videlicet Alber-
to Rechem Coslocensi, Alberto Cromendik Rippensi,
archidiaconis. Item ciues de Lubek, Henricus Castorp
proconsul, Henricus Liperede Camerarius, et Henri-
cus Hachsten legum doctor consules Lubucen, ciues de
Lubek in quos tam à rege quã à Cruciferis compro-
missum fuit pacem tractaturi, licet tardius quam pro
prima die Maij quemadmodũ constitutũ fuerat, adue-
nerant in Thorun ex Gdansk itinere terrestri vecti

dum illic classe adnauigassent. Praxerant insuper secũ quinq; aliarũ ciuitatũ de Hawssa videlicet, de Kosatek de Vissnar, de Lunemburg de Riga, & de Darbath consules secũ, videlicet Stephanũ Stborph Rostocen. Vlrich Maschin Vissnarien, Cunradũ Schelepepar Lanenburgen, Joannem Stolrap, & Cunradũ Barthina Rigen, Gotfridũ Vanschede, et Henricũ Beringhow Darbatensem, consules faciliorem consummationem pacis rati si illorũ quoq; presentia adiuuaretur. Et quamuis prefati Lubicen arbitri ad constitutã diem primam videlicet Maij venire in Bidgostia neglexissent, regijs consiliarijs presentibus, & tempestiue venientibus, delatum tamen fuit eorum conditioni. Cruciferita tñ pars plurimũ culpata & carpta, quę nec miserat nec venerat. Ostensurus aũt Casimirus rex clarissimã suã iustitiam coram prefatis Lubicensibus arbitris, duos doctores Canonũ Joannem de Dambrowka Sancti Floriani, et Jacobũ de Sebradek Sandomiriensem Canonicos. Item Joannem Dlugosch seniorem Canonicũ Cracouien transmisit. Misit & consiliarios Joannem Vladislauien Episcopum regni Polonię Vicecancellariũ, Lucam de Gorka Posnanien, et Stanislaũ de Ostrorog Calisien, Sandiuogiũ de Lassenicze Siradien, Petrũ de Oporow Lancitien. Nicolaũ de Koscziele Bresten, Joannem de Koscziele Juniuladislauien, Stiboriũ Banschen Elbingen et Prussiæ gubernatorem, Gabrielem de Banschen Chelmensem

Palatinos, Hincz̃am de Rogow Sandomirien̄, Nicolaū de Czarnkow Gnesnen̄ Castellanos. Item militares Prussiæ Otsam Machowicz, Matthiam Tholk, Nicolaū Pilawski, Nicolaū Dzialowski. Item Magistros ciuiū & Consules trium ciuitatū videlicet Cunradū Thendenk. Rudigerum de Birgen, Matthiam Thesnar, & Joannem Iowsen Thorunensem. Item Augustinū Tirgart Plebanū Gdanen̄ licenciatum in decretis, Reinoldum Nideroff Joannem Mandeburg, Joannem Angerinū, Joannem Lindow Gdanensem. Item Joannem Votler, & Henricū Bilanth Elbingensem, pacem ordinaturos, et sub equis conditionibus pacem perpetuam conclusuros. Prussiæ quoq; Magister Ludowicus de Herlichhausen suos consiliarios mittendum curauit, videlicet Jodocū episcopum Osiliensem ex Liuonia, ordine Cruciferū. Henricum Riewsse de Plawen olim Elbingensem commendatorem, Gotthardum Molingra de Marschalcum Liuoniæ Georgium comitem Hennebergen, Andreā Peper Decanum in Derbaten̄, Joannem Vmbeler, Nicolaū Thechanth Decanū Pomesanien̄ decretorum doctores, Vilhelmum de Epingen Osteroden̄. Vilhelmū Schumdil Osteroden̄ in Liuonia commendatores. Henricū de Kinsberg Gilanien̄, Ludowicum de Helbin Lubanien̄ tenutarios, Georgium Stembolth, Mithaelem Cromer antiquę ciuitatis Kinsberg. Item Joannem Veltussen, & Henricum de Richern ciuitatis Renalien̄sis de Liuonia consules. Partibus itaq; prędi-

1013

1003

clis apud Thorun. conuenientibus, propositis primu
pro parte regis et regni Poloniæ coram arbitris, per
organum vnius ex doctoribus Jacobi de Sclvadek
sub presentia omniu consiliariorú regiorú die Mar-
tis, tertia mensis Julij in pretorio Thorunensi facta
est, in quindecim articulos diuisa, quorú primus con-
tinebat, quod terræ Pomeranię, Culmensi & Michal-
louien locatæ & possessæ sunt per linguam & genus
Polonitú, quod ciuitatibus, montibus, fluuijs & locis
nomina imposuit, prius quam ordo Crucigerius esset
in rerum natura. Secundus quod terras predictas
primus parens & princeps Polonorú Lech & sui nepo-
tes in plurimas ætates popnlauit & possedit, et terræ
predictæ fuerunt semper sub monarchia Polonitæ.
Tertius quod terræ prædictę et terra Prussiæ sitę &
locatæ sunt infra limites monarchię et regni Polo-
nię. Quartus quod reges & principes Poloniæ possid-
bant terras predictas, usq ad tempus spolij, cum o
mni dominio mero et mixto, creando et conferendo
officia & magistratus. Quintus quod reges & princi-
pes fundauerunt in terris predictis ecclesias cathe-
drales, & collegiatas conuentuales et Parrochiales,
videlicet Vladislauien, Chelmensem Camenen. et plu-
ra monasteria, de quo habentur plura originalia
priuilegia. Sextus quod omnes terræ predictę soluũt
denarium Sancti Petri, quemadmodú cæteræ terræ
sub Monarchia regni Poloniæ constitutæ. Septimus

et octauus quod de terris prędictis Magister et ordo Cru- 1015
ciferitus per violentiam spoliauit regem et regnum Polo-
niæ. Nonus & decimus quod auctoritate duorum Sum-
morũ Pontificũ videlicet Ioannis vigesimi Secundi, &
Benedicti duodecimi, latę sunt duę sententię diffiniti-
uę, quę in iudicatam rem transierunt per iudices A-
postolicos quibus terrę prędictę regi et regno Polonię
adiudicantur. Vndecimus quod terra Prussiæ et ter-
ræ maritimæ eidem adhærentes infra fines regni Polo-
niæ consistebant, et eidem regno pendebant seruitia
et tributa. Duodecimus quod magister Cruciferitus oc-
cupatã terra Prussiæ non solum recusauit soluere so-
lita tributa, sed etiam regnum Poloniæ et per se, et
mercenarios milites vastabat. Eo præsertim tempore
dum rex Polonię bellis contra barbaros occupabatur.
Tredecimus quod milites & ciues et quidã subditi
terrarũ prędictarũ non valentes ferre superbum ty-
rannũ, et vsurpatum imperiũ Magistri et sui ordinis,
redierunt ad legitimum et naturale, diuino & huma-
no autoritatem illis subministratã. Quartus decimus
quod magister Cruciferitus modernus Ludouicus de
Herlichhausen subditos terrarũ prędictarum in di-
tionem instam & naturalem reuersos bellis vexauit
et impugnauit et regem Poloniæ in possessione terra-
rum prędictarum impediuit. Quintus decimus quod
ius vetus & originariũ, quod rex Poloniæ in terra
Prussiæ habuit, auctorus & illustraturus apud sti-

pendiarios Magistri & ordinis Cruciferorum, plenā ad vendendum potestatem à Magistro & ordine concessam habentes pro quadringentis sexagenis latorū grossorum millibus, auro et argento parato emit & coparauit, ipsaq; emptione tam alti precij, ius sibi legitimum quæsijt. Responsum fuit post triduū articulis regis per CRucifericam partem, sed debiliter & languide, nonnulli quoq; articuli pro parte Magri et ordinis propositi. Sed per doctores et procuratores regios infra triduum aliud solennes replicationes, quę & responsa CRuciferorū confutabant. et articulis reproductę sunt. Quo facto rogatu arbitrorum omissis exceptionibus, et replicationibus partis vtriusq; ad pacis tractatū descensum est. vno quoq; mense & dimidio ad constituendū super æquis conditionibus, ab arbitris laboratum, adeo varia spe partem vtramq; perfundente, ut se nonnunquā pacificandas, nonnunquam in aruina retrudendas, estimarent:-

Causa quibus tractatio pacis utrinq; dissipata est:-

Valuissent tam longi pro pace tractatus, partis vtriusq; pectoribus quam maxime in illam nominatis. quoniam & Casimirus rex ipsique omnes, seruandum non delendū ordinem

1017

Crucifericum, & terras Prussiæ inferiores. Elbingensi terra & Mariemburgensi castro cum suis districtibus et pertinentijs exceptis, ordini relinquendas annuebat. Pars quoq; CRuciferita terris Pomeraniæ, Chelmensi Michalewien & Elbingen cum suis districtibus perpetuo cedere et renunciare. Castrum vero Mariemburg cum suis districtibus in regia tenuta et potestate in annos triginta consistere, ut sub illis iure vel concordia cui cederet perpetuo, ordinaretur, consentiebant. Verū principes Almanię, & signanter Fridericus Marchio Brandeñ cum germanis suis Alberto et Joanne, Item Marchiones Misneñ bili & livore exagitati, quod pars Pruthenica per Lubitenses eis neglectis confici deberet, frequentibus nuncijs Cruciferos qui pacem apud Thorun tractabant monebant, ne in dedecus & in obbriū omniū Almaniæ principum consumari pacem per arbitros Lubiceñ consentirent. Almaniæ potius principibus hunc honorem reservarent, si secus ageret pro iniusta ignominiæ nota scirent se per principes Almaniæ ex vniversis locis et domibus Almaniæ exterminandos. Accedebat & civitatis Thorunen. repromissa per nonnullos cives eius proditio, quam Henricus Plavienski clandestina pactione manendo in Torun confecerat. Cuius spes adeo illum mulcebat, ut Torunensi civitate in suam ditiōm redacta, facile se totam Prussiā recuperaturū æstimaret. Iniectę insuper fuerunt duę conditiones, vna per partem regiam

altera per partem Cruciferitam. Nam & rex Poloniæ cum suis non aliter pacem perpetuam volebant concludi, nisi vt Magister et ordo Cruciferiens in terris Prussiæ perpetuo fierent regi & regno Poloniæ omagiales et subiecti, asserens non aliter pacem posse ratam consistere futuram. Et Magister & ordo deposcebant, ut Casimirus Poloniæ rex omnibus his qui apud ordinem per annos vndecim militauerant, stipendiarijs dum tex[illegible] eis qui presidia munitionū quę in partem regis ederent obseruabant. Stipendium ad plures miliones ascensurum persolueret, asserens se ad soluendū inopem esse, vtraq; ita q3 parte alterius postulata abhorrente, principibus insuper Almaniæ impedimentum quod retuli inycientibus, re infecta post multos sumptus et fatigas et labores, non sine Lubicensiū grandi stomachatione et acerbitate, qui sibi gloriam & meritum finiendi Prutheuici per arbitrium summi belli, ereptum iri dolebāt, ex Thorun discessum est. In ipso autem discessionis articulo produxerunt Lubicenses quatenus Vladislai primi Poloniæ regis litteras, quibus in ciuitate Gdansk edem Lubicensi ciuitati multis nobilitatam libertatibus habere, et per totam Pomeraniam liberos eos à Theloneis quibuslibet concedunt petentes illas confirmari, quę exhibitio iustissimam habere regem causā, iustissimumq; bellum monstrauit. Itaq; etsi tunc pax perpetua prouenire occulto dei iudicio non potuit ex deductione th̄ iustitiæ regiæ, & ex literis per Lu-

bicenses exhibitis omnium militariū et ciuium Prus-
się animi in fide confirmati. Clarissimè quoq; tunc co-
gnitum et intellectum est a proprijs & forensibus, Po-
meraniæ terras veteres regum et principū Poloniæ ter-
ras et per iniquitatem et iniustitiam a Cruciferis oc-
cupatas fuisse. Id ne cui videatur incredibile, et memo-
riæ possit succurrere, eas copias veras ex originalibus
sumptas, huic nostro operi inseruimus:

Polonis duce Thomco-
ne apud Nowe, concisis
Dunyn eo ad obsidendū

Nowe mittitur. Tractatus de pace reintegrātur.

DISSIPATO pacis tractatu, Lubucenses per vndas et pelagus in Lubek, quam grauissima Epidimia constrictam, et omnes pene suos reperie-runt extinctos. Casimirus rex apud Brzescie agens, spe pacis omnissa, omnem curam ad belli apparatū intendit, et virum maioris animi quam consilij Tom-conem ad obsidendū oppidum Nowe cum peditatu transmisit. Sed cum is iniussu regis equitatu qui ex Gnien, et ex alijs locis sub ducatu Petri Dunin Suc-cameraryj Sandomirien venturus prope horam erat, non expectato, Sabbato vigesima octana Julij Nowe

circumuallasset, hostes paucitate sua visa ex omnibus
presidijs glomerati, post triduu in illum a tergo &a
fronte irruunt: et multitudine freti, facile illum et su-
os profligant, & fugere ignominiose compellunt. Centu
& amplius fuere gladio et undis desiderati, quoniam
hostes etiam etatem infirmam pueros videlicet quibus
barbarus parcere consuevit trucidabant. Prouenisset
amplior in peditatu regio clades, sed naues regie in
Visla stantes seruauerunt reliquias. Fuit Thomek ipse
de hostili invasione tempestive avisatus. sed tu agens
et hostilem manum nihili pendens, cladem ipsa qua
hostes pro summa vulgaverant victoria admisit. In
eadem vigesima Octava Julij die, Adam Vilkanowski
tenutarius regius in Nidborg cum gentibus regijs ex
presidijs Szarnow & Nidborg deductis, Joannem Skop,
et Lichbather tenutarios castri Sadlow magnam pre-
dam ex Masonia ducentes, ante castrum Sadlow
profligauit, et pluribus caesis, ceteros cepit et fuge-
re compulit. Cladem sui peditatus apud Nowe ac-
ceptam Casimirus rex correcturus (predictum enim
oppidum quod se per fraudem contribuerat hosti-
bus primum placebat agredi, ut nauigatio Vistæ qui
prope fluit maenia esset libera regijs, hostibus vero in-
hibita, facilinsq; hostes ad pacem cogi possent, dum
non supereset locus circa quem tute possent Vistam
traycere. In propinquo extabat copia materiæ ad
extruendos aggeres & cetera opera) Petrum Dunin

Succamerarij Sandomirienſem cum mercenarijs et Pruthenicis militibus, Joannem vero Sinowiecz de Kocz-
na, et Paulum Sassienski cum Curienſibus ad obſi-
dendum Nove transmittit. Itaqz Nove a Petro Du-
nin Sexta Auguſti. A Curienſibus vero regijs tredeci-
ma obſideri cepta eſt. et proceſſu temporis turribus
sine bastis, ac sepibus in circuitum coangustata. Et
licet hoſtes, plures principes pro ferendo gentium sub-
sidio solicitaſſent, nec impetrare quicquam valuiſſet,
licet inſuper ex omnibus praſidijs peditatu & equita-
tu deducto, qualiter obsidiom Nove. Item obsidiom
Rucski, quę & ipſa a Gdanenſi terra et mari tota il-
la aſtate obsidebatur. Item obsidiom caſtri Sadlow
quod a Cunrado Maſouiæ duce et gente sua, deci-
ma Octaua Septembris obsideri ceptum eſt, soluerent
narios tractatus decoquerent, viribus tamen ſuę et
regiæ partis penſatis non se manifeſto committere pe-
riculo, sed ex insidijs lateſſere obsidentes cenſuerit.
Inſtabant poſt hęc Henricus de Plawen et alij CRu-
ciferi, solicitabantqz magna inſtantia militares & ci-
ues Pruſſię, ut pacis tractatus reſumerentur, quem a
& a stipendiarijs et subditis suę partis increpati, quod
pacem in Thorun sub condicionibus per regem ob-
latis non acceptaſſent, de periculo ſtatus sui formi-
dabant, denunciantibus ex Stipendiarijs & subdi-
tis se etiam ipſis renitentibus et inuitis pacem conſe-
cturos. Miſſus ob id, et ob alias res cum Gdanenſi-

bus conficiendas, fuit in Gdansk, Joannes Dlugoscius Canonicus Cracovien, & conuentum cum gubernatore Prussiæ, et Gdanensibus, Elbingensibus, & Thorunensibus apud Mariemburg aliquot diebus tenuit. Verum quia loca illa pestis grauis inuaserat discedere, cepto irrito coactus est. Habiti & expost fuerunt et apud Sthum, et in campo prope Mariemburg de pace concludenda tractatus. Cruciferis in conditiones quę eis apud Thorun offerebantur denouentibus se consensuros, propter quod deposcebatur rex ut in Mariemburg delatere suos consiliarios pacem tractaturos transmitteret, peste tamen diętim apud Prussiam inualescente, et plures absumente mortales, neqz placitare de pace, neqz aliquem mitti ad notorium periculum placuit:-

GNesnenses Capitulares, tertia mensis Julij aduenientę, ad eligendum nouum antistitem, Joannem Gruscźinski Episcopum Cracovien et regni Polonię Cancellariú, pro quo Casimirus rex literis et nuncijs videlicet Nicolao Skora Castellano Calisiensi, & Emerico de Oporow Cantore Vladislauiensi et vtriusqz iuris doctore intercedebat, concorditer postularunt. Quam postulatiõm rex petentibus illum apud Brzescie capitularibus admisit et Joannem Lubskonis Episcopú Vladislauien, et regni Poloniæ Vicecancellarium. Jacobũm vero de Senno olim Cracouiensem Episcopú ad Vladislauien ecclesias nomina-

uit. Cunrado Masouiæ duce cum genitrice sua Barbara pro die Sancti Bartholomæi, et Cunrado Nigro Olesnicensi duce pro festo Natiuitatis Sanctę Mariæ in Brzesczie ad Casimirũ regem venientibus, & pro se Belsen. Gostinen. & Rauensem terras expetentibus, dum res amicabili compositione transigi non posset. in dictam Piotrcouien pro die Sanctæ Hedwigis dilata-

1023

Vigesima nona huius die Solis in Brzesczie Cuiauiensi, Paulus Graborski ad ecclesiam Chelmen confirmatus, & per Ioannem Cracouiensem Episcopũ consecratur in ecclesia Parochiali Brestensi, nobilis de domo & stirpe Lonvala, qui propter seruitutem Episcopatus ecclesiam parochialem in Cuiauiensi Brzesczie vsqs ad mortem, dispensante secum Summo Pontifice Pio secundo qui illum ad petitiõm et nominatiõm Casimiri Poloniæ regis in Pontificatũ promouerat, detinebat.

Pio Papa mortuo Paulus secundus succedit.

Pius Papa Secundus dum in Ancona ageret, quã de mense Iulio prosecturus expeditiõm & Passagiũ contra Turcam intrauerat, quarta decima mensis Augusti moritur, et relatus Romam in ecclesia Sancti

Petri sepelitur dum annos sex in Summo Pontificio exegisset. In cuius locum Cardinales conclaue apud Sanctum Petrum ingressi, Petrum tituli Sancti Marci presbiterum Cardinalem genere Venetum. Eugenij olim quarti ex sorore nepotem, vnanimiter eligunt, qui Paulus Secundus appellatus est, in die Exaltationis SAnctę Crucis, in Ecclesia Sancti Petri consecratus:-

Oppidi Nowe continuatur obsidio Puczki et Sadlow deduntur

Serpente diaetim in oppidum Brzescie infectione, Casimirus rex inde discedens in Clodaua venit, vbi cum regina Elisabeth aliquot hebdomadis immoratus, per Lancitiam in Piotrcow in die Sanctę Hedwigis aduenit, vbi et dietam gnalem diebus quindecim tenuit, sub quibus negocium ducatuum Masouię contigens, tam cum Cunrado Varschowiensi quam Cunrado Oesnicensi qui ambo personaliter aduenerant, ventilatum est. Post plurimos autem tractatus in ea ipsa re interpositos, dum causa transactione amicabili quę frequentius templata est, consumari nequiret, transactio vero iudicialis plurimis dura & molesta videretur, bellum etiam domesticum, quod

proprio principi si pro rege & regno pronunciatum
foret, in expugnationem castri Veteris Plocensis
movendum foret, secum trahens. Cum Cunrado quidem
Varschoviensi in dietam vsq; ad festum Pentheccosten dila-
tio suspensa est. Ad quam etiam faciendam pestis
impellebat in pluribus locis maioris Poloniæ videli-
cet Posnania, Varschovia, & alijs circumiacentibus
ferociter seviens. In oppido vero Piotrcovien iam tue
aliquantulum glisens ex aduentu tam nonnullorū
consiliariorū ex locis infectis conuenientium, quam
Curiensium ex obsidione oppidi Nove redeuntiū,
vbi pestis vallida quę terras Pomeraniæ, Culmensem
& Prussię premebat, illos vexauerat. Sed nec consul-
tum videbatur plurima bella assumere Pruthenico
bello nondum quietato, quod peste epidimica quę
regiōm illam eo anno satis dire affligebat non ob-
stante assidue gerebatur; oppidiq; Nouę Curiensibus
regijs discedentibus, dum illud hastis et sepibus coan-
gustiassent, gentes regis mercenarias quarum Thomiec
et Gothardus fuerant capita continuabatur obsidio.
Oppidi vero Luczki quod per Gdanenses viginti sex
hebdomadis. Item fortalicij Sadlow quod a duce
Cunrado Varschoviensi et nonnullis regijs gentibus
sibi adiunctis obsidebatur votiua expugnatio
proueniebat per deditionem:

1025

Cum Poloni et Lithuani altercationibus tempus terit

Torunia pene in manus hostium venit et castrum Czarnosżin perditum rursus hostibus eripitur.

Ex Piotrcouiensi diæta in aliam Parczouiensem pro die Sancti Martini tenendam, cum Baronibus Lithuaniæ itum est, ad quam & si Casimirus rex in frequenti consiliariorũ tam ecclesiasticorũ quam secularium numero aduenisset. Lithuani tamen qui et ipsi in Brzesczie Ruthenicale aduenerant, venire in Parczow detrectantibus apud villaginm Liemassi partialis quidam conuentus virorumqz consiliariorum rege Casimiro presente habitus est. In quo cum nihil omnino de terra Podoliæ, et terra Lucensi, quarũ alteram Lithuani, alteram Poloni suam iure affirmabant, agi posset, tum propter loci ineptiam, tum propter aeris intemperiem, res in annum vnum dilata est. Rex quoqz Casimirus cum consorte sua Elisabeth regina processit in Lithuaniam, libericrem illic acturus incolatum, cum tñ & Vilnam pestifer aer contagione vnius clamidis ex Liuonia, quę & ipsa peste premebatur delatus innasceret. Sub eo autem Parczouien diętæ tempore Henricus Plawienski cum nonnullis armigeris partis suę adiuuatus clam noctu

reuersus Thorum, ciuitatem intercepturus, aduenerat. et per eam partem quę insuspicabilis fuerat, à parte videlicet meridionali versus Nieschoviam, ubi piscatorum consistunt domicilia antemuralibus impunè et latenter ut etiam omnes vigiles falleret, transcensis scalas ad principaliores muros cęperat applicare, deuentura quoq; res videbatur in magnum discrimen nisi interim tempus diluculi superueniens insidias quę ciuitati imminebant, detexisset. Quorum magnitudine vigiles commoti, denunciato periculo, ciuitatem vniuersam commouerunt in arma, hostes quoq; vigilantium & pulsantium deterriti rumore discedere cępto irrito et velocius fugere scalis relictis coacti sunt. Maior tamen quam pro numero trepidatio apud Thorunenses fuit, paucis admodum ad repellendum hostes insistentibus, reliquis vero metu compressis iam iamq; spectantibus in fugam, nonnullis in absconsionem. Post paucos deniq; dies, dum hostibus oppidi Thorunen temptata interceptio parum prospere cessisset, castrū Czarnoschin in Masouia per gentes Cunradi Varsouiensis ducis improuide seruabatur intercipiunt, quod illico à gentibus eiusdem ducis, ne victualibus refici possit, obsidione vallatum est. Obsessi autem periculum capitis si arx conquireretur veriti, arcem, vitam tantummodo pacti, et fortunas dedunt:-

Quarto decimo Kalendas Nouembris

alias decima nona Octobris, nouus Summus Pontifex Paulus Secundus, Casimiri Polonię regis literis pulsatus & nunciis, Joanni Gruszinski Episcopo Cracouiensi de Gnesnensi ecclesia, ad quam fuit conformiter postulatus, prouidet. Joannem vero Luthskonis Vladislauiensem Episcopum ad Cracouiensem ecclesiam transfert. Jacobum vero de Senno in vniuersali ecclesia Episcopum ad Vladislauiensem ecclesiam promouet, beneficijs quę obtinebat videlicet prępositura Gnesnensi et CRacouiensi in ampliorem promissiõm sibi reseruatis. Sedit autem Joannes Gruszinski in Cracouiensi ecclesia anno vno, mensibus quatuor diebus vndecim. Quem tum primum ingens pęnitudo habuit, quod propter paucorum dierum quibus in Craconiensi Ecclesia prefuit accessionem, longam litẽ et periculosam, pluribus perniciosam texuisset. In cuius locum Joannes Luthskonis succedens die Veneris Septima Decembris Craconiæ omnium ecclesiarum processionis honore excęptus est, nobilis de domo Dolina, et villa Brzezie. prope Calisch sita ex patre Luthskone Judice Calissiensi & matre Dorothea-

Quinta Nouembris Margaretha filia Vincentij de Schamotuli Castellani Miedzirzecen Casimiri Masowię ducis primum, deinde Venceslai Ratiborien ducis relicta, in Ratibor moritur, et in monasterio sanctimonialiũ, ordinis prędicatorũ sepelitur.

Grandem iniu

Grandem iniuriam grandiaqꝫ spolia Casimirus Polonie rex ab Emerice Diak gubernatore Hungarie, eo anno passus, ad inferendum Hungaros bellum, bello graniori Turcorum occupatis pellici non potuit, quauis exacerbatus esset, quod Scepusiensis, et omnis Polonorum regi subditus ager diriperetur, fervoqꝫ & igne in plerisqꝫ locis vastaretur:-

Oppidum Novae Gedanensium constitio Polonis deditur Cruciferi Tolaviam

prius frustra tentam exurunt predam in Stargard cpnuehentes

Anno domini Millesimus Quadringentesimus Sexagesimus Quintus:.

Salvatoris nostri Christi natalem Casimirus Polonie rex cum consorte sua Elisabeth regina cum diebus subsequentibus apud Grodno tenuit. Ceqꝫ enim propter pestem quę grassabatur in

Lithuania Vilnensem ciuitatem, aut alia cultiora loca potuit adire. Ex Grodno autem discedens in Corone se contulit, ubi non mediocre hyemis tempus exegit. In Sextum mensem oppidi Norve iam tenebatur obsidio, dum Casper Nostkowicz Slesita genere, et qui se in oppido Choinicza gerebat pro presidem sexingentos equestres & quadringentos pedestres exigua mercede, sed ampla placitatione ex Almaniæ partibus in Choiniczam conduxit, illis sponsis largius donatiuum se prestiturum quatenus eorum brachio Norue obsidionem tolleret. Qui ab hyemis asperitate, quę solito rigidior prouenerat, itinerando, et arma in corporibus ferendo vehementer violati in Choinicziam peruenientes, plures aut oppetebant mortem, aut diuturno conficiebantur langore. Ceteri quibus integrior vigor remanserat, cognoscentes se à Caspare Nostkowicz ludificatos, remearunt ad propria. Ad quorum repressionem si aduenire obsidentes pertexissent, ex omnibus regiæ partis Pruthenicis presidiis milites. A ciuitate quoq; Gedanensi pedestrium ac equestrium agmen conuenerant, cum hostibus manum & prelium conserturi. Obsessi itaq; apud Norue intelligentes suos vigore brumali confectos esse, pleroscq; discessisse, reliquos in seditiõm contra Casparum Nostkowicz, quod illos fefellerat exarsisse, cum iam et alimoniæ inopia illos incesserat, & frangi facile murũ si paululum adniterentur obsidentes arbi-

trabantur die Veneris prima Februarij, Magistro Cruci-
ferico Ludouico nequicquam prohibente & pollicente
se obsessis laturū subsidium, deditionem spontaneam,
pacti vitam & fortunas Capitaneis obsessionis videlicet
Thomconi & Jaszienski faciunt, oppidumq; tradunt
quod exturn Joannes Jassienski de domo Rose in tenu-
tam accepit, sub annuo salario mille sexingentorum
florenorum per Casimirum quotannis dando, illud
administraturus. Atq; prefata die iam Sole infuso in-
ta conventu cum frequenti regio presidio oppidum
intrauit, & tam militibus Magistri Cruciferici, quorū
primarij isi duo Joannes Mossnar et Albertus Voith
fuerant, quiq; obsidiom tolerauerant, & nonnullis op-
pidanis defectionis & perditionis in regem auctoribus,
periculo capitis se adyciendos si remanerent prefigu-
rantibus, in quinquaginta tribus quadrigis recedendi,
versus Staragrad et Quiedzin licentiam permisit. Dis-
ponebat post haec Magister Cruciferetus cum aliqua suo-
rum militum manu quam ex presidijs deduxerat, do-
Visla glaciatus consisteret Dolauam exurere emolimen-
ta castro Mariemburg & commeatus adempturus. Ve-
rum intelligens gentes regias ad Mariemberg auxe-
lijs etiam Gdanensium auctas conuenisse, flagrareq;
decernendi studio, ex nona ciuitate in qua consiste-
bat remissis militibus ad presidia in Kinsberg retror-
sum abijt. Ad deditiom autem extemplo faciendam
tam milites quam oppidanos de nouo Gdanensis in-

clinauit Legatio, reddens illos certiores veniabile fore quicquid esset ab his commissum, si modo in reliqui positis armis sibi confiderent, sin minus, scirent non tam sibi quam coniugibus, pignoribus & quibuscũq; cbaris suis, extrema capta vel expugnata vrbe, imminere. Ne autem Stipendiarij Magri hyemis tempus defluere sinerent sine fructu. Altera vice apud Stargard secretius quo possunt conueniunt, & exinde quoniam Vistla adhuc glaciatus erat, minorem Zelauam quę a Gdanensibus pro rege tenebatur ingressi, illam pro maiori parte exurunt. frumenta, pecora & victualia, & singula quę raptim congere re poterant, prędam in Stargard inferunt. obsidionis quam sibi propediem a gentibus regijs imminere formidabant, difficultates & molestias facilius prouisi tot commeatibus toleraturi.

Iacobus de Senno in Episcopatum Vladislauiensem ingressus parto auro ingens periculum a se & a suis depellit.

Iacobus de Senno Vladislauiensis Episcopus Roma reuersus Cracouiam primum aduenies, et exinde in patrimoniũ suum diuertens

non nisi die Veneris vigesima prima Martij Vladislauiam aduenit, ubi a clero et populo omni honore & gratitudine susceptus aduentus sui & ingressionis sue primitias donando ecclesie sue Vladislauiensi cappam choralem de Adamascho rubeo auro intexto, circumferentijs intextis nobiliter adornatam. Item Cassulam Adamasci alterius rubei auro similiter intexti. Item duas Dalmaticas eiusdem Adamasci, & alias duas Citbaicae Brunaticae ad mille florenos estimata honestat. Post dies vero octo noua molestia illi iniecta est. Nam Mikiesz Vrici Czerwonka qui nuper diem obierat, ex castro Golub Capitaneus, descensu facto cu militibus armigeris, qui se querebantur in stipendijs apud Nowe emeritis non solutos, montem Dobrinense qui Vistę supereminet, et in quo quondam arx regia habebatur incastellat, specie quidem Plocensibus et Masouitis nociturus. Re vera autem et Masouiae & Cuiauiae omnem oram. Item omnia nauigia sursum & deorsum cum mercibus per alueum Vistae transeuntia, in suam ditionem & tributum redacturus. Coegit itaq; Iacobus Vladislauien Episcopus magnitudine periculi pensata, primum in Brzesczie pro die Dominica Iudica quę erat vltima Martij consiliarios, deinde in Vladislauiam conuenire & Mikieszbowe cum senioribus accersito. & in Vladislauiam veniente cum Nicolao de Koszczielecz Brestensi, Joanne de Koszczielecz Iuniuladislauiensi, Palatinis, et alijs

1033

terię Cuiauiensis Baronibus, per tractatus varios diebus aliquot factos solerti ostensione & persuasione, illum de loco incastellato datis sibi centum quinquaginta florenis cedere induxit, et ingens periculum paruo auro dispulit, quod nisi prouidus Pontifex festinanter auertisset, fuisset Ecclesia sua Vladislauien omnibus sanctuarijs, calicibus, clenodijs, prętati vero & Ecclesiastici Vladislauienses omnibus fortunis in die Veneris Sancte qui dies pro huiusmodi exercendo facinore constitutus fuerat spoliati & captiuitati addicti. Castrum prędictum ne iterum hostes eo potirentur Nicolao Dzialinski militi datum in tenutam, pecunia quoq; & sumptus adiecta sunt. Constabat enim hostes qui in noua ciuitate Russię prope Brathian agebant presidium, quod montem prędictum incastellare neglexissent, mutua primum contentione refellendo culpam alter in alterũ, deinde strage vsquequo duodecim ex illis cędę mutua desiderarentur, graui et vulgata seditione litigasse:

Hoc periculo ex Vladislauiensi ecclesia depulso, aliud in Gnesnen consurgit. Ductores ordinum et capita stipendiariorũ regiorũ Nomiecz, Ioannes Jazienski, Nicolaus Schorcz, Nicolaus Bukowski, et alij plures numero, qui mille numerũ equitũ pręter pedites, explebant. Labischin oppidum ingressi Gnesnen Ecclesiam, & monasterium Fra-

meſcino machinabantur ob non ſolutum eis Stipendium incaſtellare. Quo rumore latius vulgato & vaſa clenodiaq; Gneſnen Eccleſiæ in caſtrum Vnieovien deducta ſunt, & vniuerſi prelati et Canonici Gneſnen ab eccleſia diffugierunt. Andreas tandem Epiſcopus Poſnanien, incendium commune extincturus, conuentum apud Gnesnam cum conſiliarijs maioris Polonię habito, prefatos ſtipendiarios blandius alloquendo, datis illis mille florenis, quorum ducentos de propriis largitus eſt, machinationes illorũ vsq; in fœlicem regis ex Lithuania reditum ſuspendit.

Exiles Polonus ob ſtipendium non ſolutum Vngariam incommodo afficit

Stephanus Hungarus Crepuſium ſpoliat extortis ſeptem millibus florenorum.

Affligebat Pannonicum regnum tam ſpolijs quam incendijs ſocietas quędam & colluuies gentium armorum qui ſe fratres appellabant, paucos aliarum nationum habens homines quam Polonos. Cuius fœlix quidam Polonus et nobilis genere primarius Capitaneus habebatur. Hæc ob non ſoluta per regem Hungaricum Stipendia ali-

aliquot locis incastellatis Hungaros longe lateq3 tribu-
tis & depopulatione premebat, & pro quolibet quar-
tuali anni frequens et notabile accipiebat ab Hun-
garis vectigal. Pannonici autem regis Capitaneus
Stephanus tenutarius in Kezmark, et Emerici Dialt
gubernatoris Hungariæ germanus, dum aliquot pre-
lijs per prefatam societatem fusus esset, magna coloris
rubedine candescens, dum in prefatam societatem sœvi-
re non posset, tredecim civitates terræ Scepusiensis
ad regnum & regem Poloniæ pertinentes, primum ho-
stiliter spoliando, attrivit, deinde septem millia flo-
renorū illos dare compulit. Vindicandam eam te-
meritatem plurimi Polonorum, & inprimis Precl[illegible]us
Capitaneus in Lubowla et Scepusiensis, deinde pre-
fata fratrum societas æstuabat. Jacobo tñ Dembien-
ski Vicethesaurario regni Poloniæ et Capitaneo Cra-
couiensi, cæterisq3 consiliarijs regni Poloniæ prohi-
bentibus ne cum vicinorū amico regno ob vnius,
insensati hominis temeritatem bellum gereretur, cū
à Barbarico & Turcorum bello sufficienter vexaretur.
Rege insuper Pannonico Matthia per literas & nū-
cios petente conuentum, etsi per suos paci communi
derogatum esset, satisfactionem offerente, omnis
motus & stridor bellicus conquieuit, et induciæ in-
terpositæ, dietaq3 ad reformandum res per pre-
tum Stephanum deformatas apud Bardiowiense
oppidum condicta est.

Vlado per Matthiam Vngariæ capto Radul germanus Moldauiam cu

Cilia Turco subijcit. Stephanus militem armat et educit contra Turcam minitantem sibi ob interceptam Ciliam.

Moldauiæ superioris principe Vlado nomine per Matthiam Hungariæ regem, quasi cum Turco contra illum sentiret et clandestinis illum iuuaret contra Pannonios suffragijs capto, & in carcere superioribus annis macerato, alter germanus eiusdem Vladi Radul nomine ad Turcorum Cęsarem Mahumetem se conferens feudalem & tributarium se illi pręstitit, et prefatam maiorem Moldauiam ab illo regendam sub tributo suscepit, oppidumq; Kilia cum arce supra Danubij litus situm, quod Græce Licostomos appellant natura, situ & arte munitum, quod per deditionem spontaneam Hungaris exclusis, ipse Radul occupauerat pro Turco tenebat. Vastatiõ terræ Vãlachiæ Stephanus Palatinus Vãlachiæ, ex tam propinqua vicinitate per Turcum fiendam veritus in tributũ Turci & ipse quamuis regis et regni Poloniæ vasallus & feudalis Casimiro rege nequicquam per literas et nuncios prohibente, concesserat &

et tributum quotannis Turco reddebat. Tunc vero ipse Stephanus Valachię intelligens animos ciuium de Kilia in Casimiri Poloniæ regis ditiom & obedientiam proclinos & plurimum affectos, apud prefatū Casimirum Poloniæ regem, literis necessarijs ad ciues de Kilia obtentis, & intelligentia de ciuitate dedenda cum illis habita, dierum vno cum forti exercitu in Kiliam pervenit, et permissu ciuium ne proditionis viderentur rei, porta vna subserata, ciuitatem prefatam sub noctis medio comprehendit, duos arcis Capitaneos qui forte ad nuptiarum solennitatem inuitati delicatius epulati in oppido offendens, vnum cepit, alter vero est in arcem effugisset, terrore tamen mortis quę sibi dum arx interciperetur imminebat, & spe vitæ & munerum quę offerebantur perculsus, arcem in potestatem Stephani tradit. Maxima his auditis Turcorū Cæsar frangebatur molestia et ira, animumq; Cæsaris suapte furore plenum Riadul presentia sua incendebat, & celeriter Stephani perfidiam vleiscendam admonebat, qui nunquam fidus fuisset Cæsari, et sub prætextu tributi Polonorum seruiebat regi, eius quoq; consilio et mandato Kiliam interceperat. Itaq; Turcus armari exercitum contra Valachiā iusserat, et Stephanus omnibus tam militaribus quam agrestibus, ita vt solę fęminę & pueri in ędibus remanerent in arma cōactis obuiam illi

procedebat, mori cum suis vniuersis aut vincere paratus. Imperator itaq; Turcorum qui aliàs nuncium eiusdem Stephani post interceptam Kiliam cum tributo & muneribus ad se missum, & pro interceptione Kiliæ aliquas satisfactiones asserentem captinauerat, et potentiam regis Polonorum expauescens, & cum homine mori parato periculosum decernere reputans, et nuncium Stephani quem tenebat honoratum remisit, et excusationes de interceptione Kiliæ ad satisfactionem accepit:-

Stradomia Clodana et Var-ta ardent.

Septima Aprilis oppidum Stradomia vrbi Cracouiensi contiguum ab igne quem mulier coctis panibus parum prouidè seruauerat in nocte cum ecclesia Sanctę Hedwigis, et hospitali conflagrauit. Monasterium Sancti Bernhardini cum ecclesia propitiatione diuina et fratrum deuota inuocatione seruatum est. Sub eodem tempore Clodana, Varthia in maiori Polonia arsere:-

Ioannes Odrowaz propter fratris mortui vim

et rapinam de castris Leopoli, Zidaczow & Glimany amouetur.

Hibernum & quadragesimale tempus Casimirus Polonię rex apud Litbuaniae oram demoratus, festo Paschae apud Grodno exacto in Brzesczie venit, et Elisabeth regina Poloniae in nonam ciuitatem Corczin cum impedimentis remissa, ipse cum pancis Leopolim contendit, vbi in dominica conductus Paschae perueniens, et frequentem ex terris Russiae et Podoliae Baronum et militarium conuentum offendens querelas multiplices et atroces contra Andream Odrowąs nuper defunctum Palatinum & Capitaneum Leopoliensem sub presentia Georgij Leopoliensis Archiepiscopi, Ioannis Cracouien, Ioannis Camenecen. Episcoporum, Ioannis de Rithwiany regni Poloniae Marschalci audiuit. Nulli tñ querentium administrata iustitia, contra fratrem suum Ioannem qui sibi in bonis successerat, et qui frequentis citationibus impetebatur. Neqꝫ enim prolixitas querelarum, et magnitudo tam facinorum quam iniuriarum in longo tempore expeditionem suscepisset. cũ ad alia rex festinaret prefatum Ioannem Odrowąs de castris Leopoli, Zidaczow, Sambor et alijs ammouendum et in locum suum virum aliquem modestum, et administratione iustitiae pollentem substituendum decreuit. Quod vt facilius rex effice, vel consensu vnanimi terrarum Leopolien. Podoliae

Haliciensis et Belsensis de vniuersis laneis fertones, de singulis vero prefatarum terrarum habitatoribus proprios focos et familias habentibus, boues decreti sunt ad soluendas pecunias in dictis castris quomodolibet per regem inscriptas, decretumq; in executionem positum. Venditio bonm ad viginti millia se extendentium Ioanni Rzessowski Canonico Cracouiensi et Capitaneo Nouę ciuitatis mandata, qui in hac re operose agens, et fideliter venditis bobus, terras Leopoliensem et Fidaczowien, & castrum Gliniam viginti millibus a prefato Ioanne Odrowąż liberauit.

Comitia habentur ubi de bello Pruthenico

deq; Choinicia obsidenda consultatur.

Rebus Russiæ cursim & perfunctorie expeditis Casimirus Poloniæ rex ad conuentionem generalem pro die duodecima Maij apud Nouam ciuitatem Iccirzin institutam properanter in equis Podnodorũ die Lunæ Sexta Maij aduenit, quam diebus quindecim tenuit. Non solum enim ad illam consiliarij partium Racouiensis et Russiæ, et duo Episcopi Ioannes Cracouien et Iacobus Vladislauiensis, sed & consiliarij quatuor maioris Polo-

nice cum plena potestate aliorum destinati, videlicet Lucas de Gorka Posnanien sis, Stanislaus de Ostrorog Calisien sis, Petrus de Oporow Lancitien Palatini, et Stiborius Chelmski Succamerarius Posnanien sis conuenerant. Illic post multos tractatus ad prouidendum rebus Prussiæ digestos, decretum est ut noui stipendiarii instituantur, et usq3 ad diem Sanctæ Margarethæ soluantur. Ciuitates et oppida tam regia et ecclesiastica quã militaria, nullo excepto, exactionem quatuor grossorũ ab vna marca persoluant, cum his quoq3 pecuniis & emerita soluantur stipendiariorũ obsequia, & bellum Prutbenicum continuaretur. His adiectum est ut terrę maioris Poloniæ consurgerent ad arma, et Choinicam obsidione vallarent, vallatamq3 sepirent et discederent, stipendiariiq3 regij illam continuarent. In quo casu terrę maioris Poloniæ non soluerent nisi sex grossos in stipendiarios qui Choinicen obsidionem continuarent conuertendas:-

Lipcus cum turri sacra dis diui Francisci decidit. Legatis Cruciferorum

obnixe petentibus spes pacis promittitur.

1043

Feria Sexta post Tophiæ Casimirus Poloniæ rex de noua ciuitate egressus, iuit in Niepolomicze et aliquot diebus illic exactis feria quarta ante Penthecostes quę erat dies vigesima nona Maij intrauit Cracouiam, ante cuius ingressum die Solis vigesima Sexta Maij infra prędicatiem ad populum clipeus monasterij Sancti Francisci inter chorum et corpus ecclesiæ consistens decidit, post quem turris altissima eiusdem monasterij a Bolesiao pudico duce Cracouiensi magnifico sumptu ædificata, quoniam et eidem clipeo adhęrebat, et pro magna parte innitebatur, et per incendiu quod vrbs Cracouiensis vigesima Septima Aprilis pertulerat, languidata fuerat, solo ictus decidens corruit, neminem tamen ex hominibus lędens et columnas ac testitudinem in corpore ac choro pro aliqua parte concussit. Venerunt autem ad Casimirum regem in Cracouiam Gabriel de Baisen Palatinus Chelmensis, Joannes Rauscher magister ciuium Thorunensium, Georgius Belk Gdanensis, et Joannes Elbingen consules exponentes suę maiestati quod prima die mensis maij fenuissent conuentum in loco qui dicitur Neyia cu militaribus et ciuibus partem Magistri sequntis quorum magister ciuiu de Kinsberg erat principalis, in quo conuentu post multos tractatus nomine Magistri & ordinis consentiebant et summopere deprecabantur ut iuxta conditiones anno transacto

in Thorun magistro et ordini oblatas pacis perpetuę
celebraretur consumatio, et ut magister et ordo fi-
eret perpetuus regis et regni Poloniæ princeps, consi-
liarius & feudalis. Eam petitiõm dum Stiborius de
Baisen gubernator Prussiæ, qui illuc personaliter adue-
nerat de consilio militarium et ciuitatum qui secu
erant repudiassent, asserens se pacis conditiones per
Lubicenses oblatas, penitus ignorare, sed nec conueni-
re conditioni temporis ut pax perpetua his articulis
quibus anno prętcrito tractabatur concluderetur, cui
rex expost obmittentibus bonam pacem magistro et
ordine multos sumptus, pericula et impensas subiisset.
Instare vehementius pars Magistri cępit, ne spe pacis
perpetuę vacuos a se remitterent, ita se stabilitos esse,
ut nullam ęquam conditiõm pro consequenda pace fa-
stidiant. Nihil illis nisi corpora, belli diuturnitas reli-
qua feciſſe, petebantq3 in Summa, ut pax ęquis condi-
tionibus si minus tolerabilibus concederetur, cum o-
mnium ad pacem habendam inclinatæ et fixæ sen-
tentiæ. Quærente deinde Stiborio gubernatore an ad
confitiendam pacem Magistri et ordinis haberent ma-
datum, responderunt se quidem pro vice illa man-
datum non habere, curare tñ velle ut pleno fulcian-
tur mandato. Et dum Stiborius gubernator iteru
adiecisset nihil se in tanta re iniussu regis Poloniæ
facere ausuros. Instabant ut celerius amisarent regem

1045

et potestate de tractanda pace obtenta secum iterũ conuenirent. Orabant itaq; prefati nuncij regem ut placitandi illis de pace potestatem permitteret. Super qua re deliberatione habita, data est gubernatori et ceteris militaribus et ciuibus partium regiarum plena potestas, ut spem quidem magistro et ordini et suae parti de pace habenda perpetua sub equis conditionibus faciant, diem et locum ad concludendam pacem designent, consumatiõm tñ pacis consiliarijs a rege mittendis reseruent. Grati ea responsione nuncij Prutbenici, honoratiq; a rege vestibus Sebellinis et marburinis, in pluribus quoq; suarum necessitatũ auditi petitionibus redierẽ:-

Filia Calimiro nata mox moritur. Stipendium dat militi. Vlodkonem cum

ceteris qui ob non solutum stipendium emeritũ patriae hostes se professi sunt accipit in gratiam. Exercitũ mittit in Prussiam ad obsidendum Stargard:-

Die solis in festum SAnctę trinitatis cadente, nona Maij sub missa maiori Elisabeth Poloniae regina in castro Cracouiensi filiam partu septimo

effudit, quę in altero die solis, sedecima Maij in eccle-
sia Cracouiensi, per Ioannem Cracouien, et Jacob̃
Vladislauiensem episcopos, in pręsentia Premislai Pe-
snen Ianussij Ratiborien Premkonis Thoschecen
Venceslai Zatorensis, Ianussij Gliuicen, et Joannis Ri-
bnicensis ducum, Baptisata Helisabeth vocata est, quę
apud Sandomiriam eadem die qua orta fuerat an-
no subsequenti occidens, apud Cracouiensem ecclesiá
sepulturam in tumulo materterę suę Heduigis acce-
pit. Casimirus Polonorum rex multorum principum
sed et illorum quos paulo ante nominaui legation̄ibus
auditis et benigniter expeditis, largitus insuper in Sti-
pendiarios qui ex Prussia conuenerant donatiuum
insigne ad plura millia marcarum se extendens,
die Veneris quinta mensis Julij ex Cracouia discedens
& per Miechou Andrzeiou Piotrcou transitum faci-
ens in Lancitiam die vndecima Julij aduenit. vbi cũ
consiliarijs qui conuenerant, rebus plurimis publi-
cis compositis et stipendiarijs in Prussiam iturus ex-
peditis in Calisch diuertit, ubi et dietam pro festo Sa-
cti Jacobi Apostoli in diem Jouis vigesimam Sextam Iu-
lij cadentem cum Cunrado Canthner Nigro duce,
Olesnicensi, tenuit. In qua pro terris Plocensi, Belsen.
Sochaczouiensi, Rauensi & Gostinensi quas nomi-
ne vxoris suę Margarethae filiae Semoniti ducis
Masouiae petebat sibi reddi, licet diebus octo variis

tractatibus assidue fuisset placitatum, nulla tamen
conclusio finalis propter varietatem voluntatum sub-
sequi potuit. Ad quam rescindendam aliam dietam
in eodem loco pro die Sancti Michaelis proxime sub-
sequentura agi, parte vtraq3 consentiente placuit.
Ea tamen conditione seruata, ut duo consiliarij Bo-
hemiae regis Georgij a parte vtraq3 mitti obtinendi,
dietę interim partes ipsas equis conditionibus con-
cordaturi, missus extemplo Sbigneus de Gora Castel-
lanus Malogosten in Bohemiam, facile a rege Bohemię
quod quęsiuit obtinuit. Casimirus rex ex Calisch ter-
tia die Augusti egressus per Stanischin et Conin in Brze-
scie octaua Augusti rebus Prussiae prouisurus perue-
nit, vbi illum post triduum molesta excepit denunci-
atio, a pluribus intimata quod videlicet Vladislaus
de Dannobors Castellanus Nalclensis altis quidem
sed confictis & simultaneis promissionibus quingen-
tos equites, quorum capita erant. Nicolaus Piotr-
couski, Joannes Bukowski qui apud regem annis plu-
ribus militauerant, et quorum opera in varijs con-
flictibus et conquisitionibus ciuitatum hostilium
rex fœliciter vsus fuerat auertisset. et ad bellum
regi et regno secum vna pro emeritis stipendijs infe-
rendum, dato tertii videlicet medij floreni donatiuo,
licet rex cuilibet tres florenos in parato auro offer-
ret, stabilisset. Distinuit hęc res Casimirum regem ma-
gna anxietate, quod et intestinum subeundum belli

et ab externo Prutheno itaq3 cessandum, hostes quoq3 singulos in Prussia de dissensione ciuili constabat magno gaudio exultasse, magnosq3 animos sumpsisse, propter quod frequenti Pontificum et consiliariorum in Brestie cõacto numero, omnis cura ad tollendum vel opprimendum bellum huiusmodi nauata. Mittebantur autem ad prefatum Vlodkonem et gentes ab eo auersas crebri nuncij, ipsos à proposito blandis & æquis conditionibus auersuri, denunciaturi q3 illis veniabile posse fieri, quicquid in regem & regnum deliquerunt, si modo positis armis in militiam & ordines redirent, sed cum omnes conatus reciderent in irritum, bellũ velut in hostes infestos decretum in aliquot locis, et presertim in Inena oppido Archiepiscopali, forti locato ad resistendum illis presidio, parabat se Casimirus rex propediem ad procedendum in bellum, obsessurus illos in vtroq3 videlicet Nakiel et Damobor3 presidio. Non prius obsidiõ nisi illis expugnatis aut deditis soluturus. Terruit hæc res Vlodkonem et omnes suos grauissimumq3 iudicabant et ammittere quę meruerant, et in hostium reputari numero. Illicoq3 de pace duxerunt, missis vltro ad regem nuncijs, agendum. Ad quam componendam CASIMIRVS rex cũ consiliarijs omnibus in Iuniuladislauiam descendit. Vbi dum Vodek præfatus cum principalioribus aduenisset de perfidia et hostilitate in regem proprin et rempublicam tam diro & crudeli sermone arguius

et increpatus est, ut antecessorum regum in terram cu
omnibus sequacibus corruens veniam sibi humiliter
prestari, et facinora sua obliterari flens & eiulans ex-
peteret, pollicens se ausus tam temerarios nunquam am-
plius commissurum. Cui deprecanti facile Casimirus rex
clementia ignouit regia, et ipsum fauori suo et partici-
pationi consilij restituit. Distributis vero in stipendi-
arios prefatos pecuniis, ipsos in Prussiam ad obside-
dum oppidum Stargard, prefecto illis Paulo Jassien-
sei milite de domo Gosdowarum in Capitaneum,
transmisit. Turbatio tamen ipsa per ipsum Vlodko-
nem causata multis rebus in Prussia ex rumore di-
vulgato infectis magnam confusionem attulerat.

Gladibus ultro citroq; acceptis Poloni cum Cru-ciferis ad tractandam pacem Nergam conueniunt

Primarios Kinzbergensium ciues Magister Prussiæ
securi percutit. Stargardenses decem Polonum
fraude capiunt.

Solicitatus Casimirus Poloncrum rex
per Stiborium de Baisen et militares ac ciues Prus-
siæ eorumq; nuncium Hieronymum Presbiterum qua-

tenus ad diætam in Nerga pro pace perpetua tenendam pacis tractatores transmitteret, omnibus ecclesiasticis et secularibus consiliys ire illuc et ob longitudinem viæ, et pestis sęuientis periculum, quæ omnia loca terræ inferioris peruaserat se ab huiusmodi munere subtrahentibus. Iacobum de Schadek decretorum doctorem, et Ioannem Dlugoschi Seniorem Canonicos Cracouienses illuc transmittit. Quamuis constabat Prussiæ Magistrum Ludouicum ea ętate prospera fortuna vsum pacem æquis conditionibus abnuiturum. Nam et quintadecima Julij milites et nobiles Masouię dum de sua multitudine et hostium paucitate confidentes, ante Dziechanow incautius cum Mazikone de Dzialdow Capitaneo conserunt manus, quem aliquando habentes captiuum, inconsulto rege amiciciorem sibi illum effecturi, liberaliter soluerunt, in insidias lapsi, grandem cladem multis desideratis, sed multo pluribus captis pertulerant naues ęq; Gdanensium et Thorunensium multis fortunis onustæ, prope Quiedzin in Vista diffugientibus ab eis Bathauarum conductoribus per insidias hostiles, sub frondibus arborum tredecima mensis eiusdem Julij captis multaq; pręda hostes potiti sunt. Vltima insuper Julij milites et nobiles Prussiæ in pręsidio oppidi Osterode demorati, et fabrici hactenus in congressione cũ hostibus fortuna vsi, dum in equitatum hostium ante valuas Osterode animosius irruunt, a peditibus quos equites texerant, inuasi, sex deside

rati, octuaginta vero capti sunt. Vigesima tertia denique die
Saturni mensis Augusti, dum ex regio castro Gniew
quinquaginta quinque satellites, Thomebone Capitaneo
Gnievensi absente, prædatum egressi, villas amicorum
diriperent, per hostes ex Stargard in excedenti nume-
ro descendentes, quos Gnieuensium et numero colonj
certiores effecerant, ante portas oppidi Gniew illos o-
perientes facili negocio fusi, atque ad vnum omnes ca-
pti sunt. Altera vero die Joannes Deschal Capitaneus
de Stargard, interceptis literis oppidanorum de Gniew
petentium sibi a Gdanensibus mitti auxilia, ac
denunciantibus et arcem & ciuitatem vacuam defen-
soribus esse, cum omnibus copijs ad castrum Gniew
accedens, illud comprehendere pluribus horis im-
pugnans nitebatur. Sed Martinus Brewski vnus ex
militaribus Russiæ cum paucis illud egregie defendit
et plures hostium lapidibus obruendo aut vulnera-
uit, aut extinxit, adeo ut desyderati et vulnerati
in aliquot quadrigis trahserentur. Quo periculo com-
perto et ex Mariemburg Sexaginta equites, et ex Gdansk
Septuaginta pedites transmissi in Gniew aduenium,
disparem aliquantum fortunam. Henricus Stolpen
Dux partium regiarum adiutor, habuit. qui ho-
stes ex Choinicza, Bitkow, Lemberg, Stargard in
tricentis equitibus terram suam prædatum ingressos
die Saturni decima mensis per Curienses et agrestes
paucis notabilioribus captis deleuit, potius quam

profligauit, includens captos in carcerem, nec prius so-
luturus donec illi Bithow et Lemberg castra redderentur.
Vltima Augusti quemadmodum inter partes conuene-
rat, in Nerga villa inter mare et Lacum quem Vissa
ingressurus mare conficit, sita habita dieta est. Ad
quam Stiborius de Baisen gubernator Prussiæ, Gabriel
Palatinus Chelmensis, Jacobus de Schadek, Joannes
Dlugosch Canonici Cracouienses. Item consules ciuita-
tum Gdanen, Thorunensis et Elbingensis pro parte re-
gia, pro parte vero Cruciferica Gerhardus Molingra,
de Marschalcus Liuoniæ. Labertus de Forschein &
mendator de Goldin Liuonita cum duobus aliis
Cruciferis flagronibus Prussiæ de Balga et Ragne
ta cum paucis quibusdam militaribus et ciuibus
de Kinsberg aduenerant. Vilhelmo Schindel Com-
mendatore Osterodensi de Liuonia per pestem mor-
te intercepto. Cepit autem pars Cruciferica euidé-
tibus ambagibus et venenis in tractanda pace vti.
Matthia siquidem Buchf: milite et Georgio Stempeth
magistro ciuium de Kinsberg qui in superioribus di-
ætis æquas conditiones ad pacem asserebant, & Cru-
ciferos ad illas suscipiendas, magnopere denuncia-
to periculo si abnuerent coegerant, peste absumptis,
apparebat Cruciferos nihil salubre ad pacem alla-
turos. Itaqs in primordio tractatuum per organum
Stephani Presbiteri olim Elbingen Plebani, longo ser-
mone pars CRuciferica vsa persuadere parti regiæ cepit

cepit sub presentia Pauli Legendorw electi et confirma-
ti Varmien, quem parti vtriq; pro mediatore quo facilius
partes confirmari possent habere placuit. Quatenus sa-
cietate belli aliquando expleti pacem cogitarent, secessi-
omq; a rege Poloniae ad Magistrum et ordinem facerent,
nec paterentur terras, genus, et linguagium Almanicu,
a rege et gente Slauonica suppeditatum iri. Si quoq;
ipsis coliberet non abnuere magistrum & ordinem ut Po-
lonię regi de aliqua terrarum fieret cessio. Refellenti-
bus autem gubernatore et consiliarijs aljs regijs con-
ditionem tam callidam, et prius se mortem et omnia
extrema passuros quam regem et regnum Poloniae deser-
turos vnanimi vociferatione astruentibus. Pars Crucí-
ferica iterum offerre cepit quatenus militares et ciues
Prussiae gubernatiom ordinis pro dimidietate assumeret,
fratres in Prussiam pro medietate ex terris Prussiae orun-
dis assumerentur. Moderno quoq; Magistro Ludouico o-
beunte Prutbenicus frater in Magistrum, quo absiem-
pto Almanicus per vices alternatas perpetuo succede-
rent. Qua oblatione repudiata offerre idem sustinuit,
ut milites et ciues Prussiae singula castra et aitiom sua
perpetuam reciperent, crucem tantummodo et habitum
assumerent, et magistro ordinis nihilominus obedirent,
sed cum haec conditio a parte regia irrideretur et in-
telligeret partis regiae animos constantes et infractos
esse, conditiones aequiores caepit componere, asserens
primum terras Chelmensem et Mithalonien cum.

ciuitatibus Gdanensi et Elbingensi. Qua conditione non accepta, medietatem terræ Pomeraniæ in secunda oblatione. Interea vero totam Pomeraniæ terram integram et subiectiõm Prussiæ et Liuoniæ offerrebat, petens ut et castrum Mariemburg et tota terra Prussię sola ciuitate Elbingensi cum suo veteri districtu excepta, circa magistrum & ordinem remaneret. exhibens tenibilominus pars Cruciferita notabilem summam, non pro vice vna, sed in annos aliquot distribuendum, soluturam, sed tamen hæc quoq; oblatio multis sermonibus a parte regia repudiata improbaretur, allegante parte regia, quod rex sexcentis millibus sexagenarium laterum grossorũ castrum Mariemburg et vniuersam terram Prussię a stipendiarijs, Cruciferis mandati sufficiens de vendendo a Magistro et ordine per patentes literas habentibus, cõemisset, nec tam immensam summam conueniret simpliciter remittere. Re infecta post quinq; dies in tractatibus absumptos, ex Nerga discessum est. Petente deinde Gerardo Marschalco Liuoniæ, aliam dietam in mensem vnum. Ludouico vo Magro Prussiæ longiorem expetente in alterum mensem in Nerga aut inter Mariemburg et Sthum in campestribus tenenda. Ea tñ conditione per regios nuncios. per expressum interposita, assumpta est. vt magister omnem spem de rehabendo castro Mariemborg omittat. Sub quo tempore dum nuncij regij. Gabriel de Baissen, Jacobus de Schadek, et Joannes Dlugosch in Ma-

in Mariemborg constitutam diem mensibus duobus prę-
stolarentur, magister Ludouicus conuentu suorum omni-
um fratrum militarium, stipendiariorum et ciuium in
Kinzberg habito, cum requisitæ fuissent omnium volun-
tates, et omnes concorditer suaderent, terras quidem Pome-
raniæ, Chelmensem, Michalouien, et Elbingensem regi
et regno Poloniæ integraliter restituere, castrum vō Mari-
emburg et vniuersam terram Prussiæ pro ordine retinere.
Magister Prussiæ, militarium de Temlanth et ciuium de
Kinzberg habens fidem multipliciter suspectam (Infecto
enim pacis negocio quod se illis afflictionem suam apud
illum deplorantibus, etiam si de omnibus cedendum fo-
ret, consecuturum repromittebat, capere illum et omnes su-
os, atq3 de castris et ciuitatibus excludere per initam
conspiratiom concluserant) accersito in Kinzberg stipen-
diariorum partis suę frequenti numero, militares et
ciues Kinzbergen subsidium peccuniarum sibi facere
detrectantes, ad se in arcem venire iussos, die Veneris quar-
ta mensis Octobris ad solutiom tributi compellit, et vige-
sima sexta ex eis potiores captiuat, stipendiariisq3 suis,
per præsidia seruandos, et depactandos distribuit, quorū
sex potiores in processu dierum gladio damnat, se quoq3
dictam aliquam pro pace tenere non posse, postquam o-
mnis spes de relsabendo castro Mariemborg sibi subtra-
cta esset respondit. Antequam aut ex diæta quę in Ner-
ga pro prima Augusti tenebatur discessum esset, venit e-
xercitus regius sub ducatu Pauli Jassienski in Pomera-

niam, et suadentibus consiliarijs Prussiæ oppidum Star-
gard, ad comprimendum impetum, et ferocitatem ho-
stium, qui in frequentiori numero, sub ductu Joannis de
Tal et Hoiersa, præsidium observantes, et suburbana
oppidi Gdanen, et arces regias Gniew, Thscdow & Nove,
vigesima prima Septembris, duabus tantummodo bastis
collocatis, obsidere cœpit. Sub qua obsidione dum ob-
sessis, quoniam fere pares obsidentibus numero fuerant,
liber ex oppido pateret nocte, et interdiu egressus die
martis decima octaua Octobris Sexaginta equites ex
Staragard clanculo egressi, eos qui intus remanserant
quasi hostes simultanee sub vesperum lacessebant, cuius
pugnæ specie (Nam ex ciuitate hostes egressi pugnam cu
propris ex condicto quasi cum hostibus conserebant)
Paulus Jassienski in equo obequitans doli omnis, qui
struebatur sibi expers, admiratus mittit vnum de su-
is interrogatum qui essent. At illi cum respondissent
se Thschowienses esse, et captis aliquot hostibus exter-
ris hostilibus aduenissent, Paulus Jassienski vafre e-
orum responsioni credens congratulabundus, eis se
miscuit, et illico ab eis cum duobus satellitibus suis,
qui illum associabant, videlicet Laurentio Schranck, &
Petro Schorck capitur, et in Staragard deducitur ca-
ptiuus. De cuius captiuitate hostes adeo magnam ex-
ceperant exultationem ut campanis & timpanis lon-
go resonarent tempore, credentes omnem ad se deinceps
victoriam duce exercitus capto, migraturam, sed illi

cō in locum eius Gothardus de domo Parnana succes-
sit, et hostes vano gaudio exultantes compescuit.

Stolpenses fœdera sua uolunt innouari cum Po-
lonis. Cunradus Olesni-
censis dux viginti milli-
bus promissis iuri suo in ducatu Plocensi et Bel-
sensi cedit. Poloni obsidentes Stargard
non minus ipsi obsidentur.

Saturni die vigesima Prima Septembris ad Casimirum Poloniæ regem apud Iuniuladislauiam agentem venerunt nuncij Henrici ducis Stolpensis et Episcopi Camienen et omnium militarium et ciuium terræ Stolpensis videlicet frater ordinis Sancti Ioannis Commendator de Slawno, Ioannes Parehen magister ciuium in Stargard, et Matthias Guntbersberg de Rabsobtin miles, petentes innouari et suppleri fœdera dudum inter regnum Poloniæ, et ducatum Stolpensem inita, et filios ducis Henrici in contubernium filiorum regis assumi. Hos Casimirus rex benigne tractatos et remuneratos, beneq; de omnibus quæ petierant sperare iussos remisit. habita consultatione cum frequen-

tiori consiliariorum numero fauorabile responsum e-
diturus. Ex Inuuladislauia autem in Kalisch pro
die Sancti Michaelis reuersurus, dietam alteram cu
Cunrado Nigro duce Olesnicensi tenuit. Et post varie
as difficultates vsq; ad infectiõm rei procedentes, ad
supplicatiõm et interuentionem Jodoci Episcopi Vra-
tislauiensis. Vlelmi iuniioris de Rissemberg, et Rabij
militis, qui ex parte Bolemiæ regis ad mediandum
inter partes destinati aduenerant, hanc conclusiõm fi-
nalem captauit, ut videlicet Margaretha Semoniti
olim ducis Masouiæ, et consors suus prefatus Cunra-
dus dux Olesnicen omni iuri in terris Masouiæ et Bel-
sensi sibi competenti cedat et renunciet, et post mortem
Annæ relictę olim Vladislai Masouiæ ducis Cunradus
ipse dotem ad se deuoluendam non repetat. CAsimi-
rus autem Poloniæ rex prefatæ Margarethæ ducissæ
et consorti suo duci Cunrado viginti aureorum millia
infra annos quatuor danda primo anno pro festo
Sancti Jacobi quinq; millia, in alijs residuis quin-
decim millia soluat. Ex Calisch Casimirus rex in
Posnaniam veniens, et plures dies illic agens ducem Cu-
radum Olesnicen cum consorte sua Ducissa Margare-
tha ad se venientem, et tam per literas patentes, quam
voce viua iuri proprietati et titulo terrarum Masouiæ
et Belsen renunciantem plurimis donis honoratos ad
propria remittit. Illuc veniunt ad Casimirum regem
nuncij militarium Prussię, Gabriel de Baisen Palatinus

Chelmensis, Joannes de Baisen filius Stiborij guber-
natoris Prussiæ, et Nicolaus Lilanschi, petentes ut ca-
strum Mariemburg potestati et regimini gubernatoris
et militarium Prussiæ committat, plenioremq3 confiden-
ciam quam hactenus de ipsis habeat. Hijs responsum
est non posse regem nisi in conuentione generali tenen-
da quamprimum peste in pluribus locis grassante qui-
etata, respondere, nec conuenire ut absq3 consilio ci-
uitatum Polonie Prussiæ de castro Mariemburgensi de-
beat quicquam disponi, quorum opera maiori ex par-
te castri prefati prouenit coëmptio. Ex Posnania autem
rex die Veneris quindecima Nouembris egressus, pro die
beatæ Elisabeth in Colo aduenit, vbi conuentu per di-
es quinq3 absoluto die Solis in nocte luna lucescente La-
ciciam aduenit, et exinde per Radom et Kozinic Se-
in Lithuaniam processit, illicq3 tempus hyemis exegit.
Die lunæ sedecima decembris hostes apud Stargard
obsessi, itinera omnia ne quid ad Polonos importari
possint infestabant, ex hoc obsidentium durior magis
quam obsessorum conditio reddebatur, famesq3 haud
dubia in castris Polonorum imminebat. Quam auer-
surus Gotbardus Capitaneus ne res ad magis extre-
mas difficultates et angustias peruenirent cum presta-
tioribus militibus in Pruscow ad expediendum com-
meatus abijt. At cum illis spes et animi ex captiui-
tate Pauli Passienski, Laurentij Schranke, et Petri Sorc3
creuissent, intelligentes se plures quam qui obsidebat

esse, et viribus adeo superiores, ut repugnare et vincere apti essent, etiam in campestri certamine omnibus auxiliarijs ex vniuersis presidijs accersitis, inuadere ipsi obsidentes constituunt. Comperto deinde per transfugam Gdanensium, quod Gothardus Capitaneus gentium regiarum cum prestantioribus armigeris versus Thschow ad conducendū commeatus prę exercitu discessit, Tricentis equestribus campestria observantibus, gentes regias in duabus bastis consistentes eruptione facta, in frequenti peditum multitudine glomerati inuadunt, pluribusq3 horis illos impugnant, non leui sed extrema impugnatione vrati, sua multitudine paucitatem Polonorum facile victuros, cū ex septem presidijs, videlicet Choinicza, Fridlanth, Hamersthen, Bithow, Lemberg, Osziek, Tschow, ad confundendum gentes regias conuenissent, donec multis cæsis, et multo pluribus letaliter vulneratis refugere in oppidum sunt compulsi. Stans enim Polonus intra stationes mœnia sua egregie tuebatur, non equitatu nec peditatu emisso. Mirisq3 accendebatur inter utrosq3 certamen, adeo ut hostes magna multitudine freti tabulata Polonorū iam conscenderent, et Poloni succisis abrimo tabulatis illos deicerent, & in tantam experientiā venirent, ut hostes ter repulsi, ter fortunā experturi Polonos inuaderent. Et vix quarto repulsi resilirent. Quapropter non parua interfectorum et vulneratorū in parte hostili congeries

secuta est, aliquot plaustris in oppidum Polonis non pro-
hibentibus ad funerandum relatis. Quamuis autem
post hostilem repulsam hostes ad opprimendum Polo-
nos, constaret, omni conatu, studio, cura et ingenio ad-
nixos (Nam Polonos longius a castris lignatum aut
pabulatum egressos, illico excipiebat hostis, et repenti-
no incursu, frequentius vexabat illorum castra, solis-
quoq; mulierculis nocturna victualiũ importatione
Polonos reficientibus, adempto fere omnium rerũ li-
bero vsu, iustius Poloni obsidentes obsidebantur ab
obsessis) subsistere tñ et obsidiõm continuare. in tanta
rerum penuria et iniquitate Polonis placuit, inita ra-
tione, ut quod viribus deerat perseuerantia quereretur. Itaq;, quoties occasio suberat prælium equi pa-
ri impetu quam perseuerantia committebatur ab
hoste, nec Polonus segnior fuit, tribuente necessitate
vires:-

Pontifex Romanus et Imperator Fridericũ

Egigeri Scitham in arma contra Turcam per
Antiocenum Patriarcham sollicitat:-

Antiocenus Patriarcha Ludonicus de Bo-
nonia frater ordinis minorũ, in comitiua duodecim
equitum, per Summũ Pontificem Paulũ Secundũ et

Fridericum Imperatorem & Austriæ ducem ad Tartarorum Imperatorem Ecbigeri pro obeunda legatione missus, superatis Pannoniorum terris in Strigij, et abinde per Russiæ terras regno Poloniæ subiectas sub conductu Casimiri Poloniæ regis transitum agens, decima Augusti die, ad prefatum Ecbigeri Imperatorem et suum exercitum, statiua, ut moris illi genti est in campestribus supra fluuium Elbe agentem pernenit. Qui paucis antedictis alterum Imperatorem Tartarorum Chebimachometh vltra Volgam fluuiũ habentem imperium, maxima strage vtrinq; edita profligauerat, et omnibus terris, castris, ciuitatibus, gentibus, vxoribus, & omni ditissima supellectili potitus fuerat. Apud quem comiter et benigne, et plus quam conueniret barbaro regi susceptus, exhibitis bulis et oblatis quæ secum detulerat muneribus, vim legationis exponit. Quales & quantas strages machumetus Turcorum Cæsar abs, q3. vlla causa Christianis intulerit, quam copiosũ sanguinem frequentius Catholicum fuderit, et fundere nusquam cessauerit, quanta regna, regiones & imperia dispulsis et exterminatis catholicis per vim et tyrannidem occupauerit, rogans ut compassus tot malis quæ generi humano ab eodem Machumeto inferuntur, sua persuasione atq; denunciatione ab effusione sanguinis et occupatione terrarum Christianorũ illum cõerceat. Quod si salubres suos mo-

nitus audire contempserit, bellum illi inferre, et ad
eius exterminium vires potentiarũ suarum con-
ferre non postponat, habiturus ab omnipotenti suf-
fragium, et à Summo Pontifice Paulo, et Imperatore
Romanorum Friderico sumptus necessarios in id
bellum. Exigeri autem Thartarorum imperator
plurimum super huiusmodi legatione exhilaratus,
rem in deliberatiõm detulit, et post hebdomadas a-
liquot ex statiuis campestribus in castrum suæ di-
tionis firmissimum Kercher appellatum adueniẽs,
prefato Patriarchæ Ludouico respondendo, dole-
re se primum de cladibus quæ Christianis per Tur-
cum inferuntur, et de occupationibus terrarum fi-
deli compassione deduxit. Denunciatiõm autem
ad Turcum mittere, ne de cætero Christianos bel-
lo impetat, aut terras eorum occupet, neq; suæ cõ-
ditioni, neq; qualitati temporis conuenire. Denun-
ciaturum se tñ illi extemplo ad illum nunciis mit-
tendis, ut à bello tam Valachiæ, quam regno Hunga-
riæ inferendo abstineat. Bellum autem an debeat
necne Turco inferre, non in sua tantummodo, sed
in Casimiri Poloniæ regis quemdudum in fratris
et domini coleret loco, voluntate consistere, nec lice-
re sibi eo inconsulto, et re secum ad integrum non
communicata, in vtrannis partem quicquam clare
responsi, sed omne arbitrium à se mouendi Turco
belli. CAsimiro regi permittere, et ne quicquã si-

multatis huic existimaret inesse responso iret ad CA-
simirū Poloniæ regem, & literas responsionis et vo-
luntatem suam, sed et literas suas rasas secū ferret,
ab eoq; mouendi in Turcum belli decretum peteret,
se illius promittens ordinationi extunc in singulis
staturum, protinusq; et scriptas literas quibus id de
se Casimiro regi promittebat, et alias rasas signo suo
signatas, quibus Turco diffidatio et bellum intimaretur
patriarchæ tradit. Lætus hoc responso patriarcha ex
Thartaria discedens, et Casimirum Poloniæ regem a-
pud Vilnam in Lithuania offendens, responsiõm Esi-
geri sibi insinuat, rogans ut catholicis CAtholicus
ipse princeps, postquam in eum omnis Thartarorū re-
lata esset potestas succurreret, et opportunitatem tam
collatæ potestatis, quam temporis non negligeret. Abun-
de quoq; se intelligeret salutem, postquam tam neces-
rij, et Christiano populo vtilis belli in se videret reci-
disse arbitria ingratitudinem in eum et homines mon-
straturus, si se huius rei neglectorem gesserit. Respon-
dit autem CAsimirus REX se quietem diudum stragem
et exterminium Turci optauisse, et optaturū semper
fore velut communis et priuati hostis, qui suæ ditionis
terris occupandis inhiat, velle tamen rem ad prælatos
et consiliarios regni Poloniæ, et ad diætam Piotrcouien
pro Sedecima Martij tenendam referre atq; ex eorū
sententia respondere. Tulit in acceptū Patriarcha
Antiocenus huiusmodi responsum, atq; à CAsimiro

rege pulcherrimis honoratus muneribus CRaco-
uiam quindecima Februarij peruenit, abinde ad Su-
mum Pontificem et Imperatorem Romanorũ nunci-
aturus illis singula, quæ apud Ezigeri Tartarorum
Imperatorem, et Casimirum Poloniæ regem gesserat.
rediit:

Iacobus Boglewski qui elcens in lectulo manu quidem Ioannis

PIENIAZEK Archidiaconi Gnesnensis et De-
cani Lancicensis dolis vero vxoris suæ minu-
tim conciditur.

Annus domini Millesimus Quadringentesimus Sexagesimus Sextus:

Mansionis suæ tempore CAsimirus
Poloniæ rex pro diebus hyemis apud Lithuanicam
oram stabilito, etiam sacratos illic natalicij Saluato-

ris nostri dies vna cum consorte sua regina Elisabeth, apud Vilnam exegit, rebus Lithuanicis prouidendo et nonnunquam pertractando ferarum venationes, principumq; orientalium et Aquilonariũ audiendo legationes. Contigit interim causa et casus horrendus et immanis, cuius magnitudo et raritas impulit me ad scribendum, cui par a tempore suscepte a Polonis fidei fuere per similitudinem exemplum non reor apud eos contigisse. Et quanquam speciem prefati facinoris fugere magis et supprimere quam perloqui delectet, in fauorem iustitiæ, et in sceleris enormissimi execrationem mandabo illud literis et annalibus. Luna enim die Sexta Januarij in Epiphaniarũ festum cadente, Jacobus Boglewski de domo Kozlerogi miles insignis, dum in villa sua ex fortalicio Lancz essicde apud Masouiam sito in lecto quiesceret, procurante vxore sua Dorothea, filia Joannis Rogala de Suchocz in Palatini olim Varschouien. quam tenerrimo et plus quam maritali diligebat affectu, et cuius esse facta publica et vulgaria, solus ipse quamuis frequentius sibi, a fide dignis relata credere, sed nec insidias moritis de quibus insabatur, cauere renuebat. Manibus Joannis Pieniądz de Vithowice presbiteri Archidiaconi Gnesnensis, et Decani Lancitien. filij vero Nicolai de Vithowice Succamerarij Cracouiensis, quamuis eiusdem essent genealogiæ et armorum, tres hastas pro insigni, et proclamata delita deferentium, adiuuantibus illum Jacobo Ada

Jaschechowski de domo Bilina notario, et familiari domestico prefati Jacobi Boglewski, et duobus familiaribus suis Plichta, Komaski, in conspectu praefatae Dorotheae cum qua idem Joannes Pieniązek stupri consuetudinem ferebatur habuisse, miserabiliter quiescens, et in malis sibi comparatis indormiens lanceis, gladijs, securibus occisus est, et in plurimas partes ita ut altero die conditio eius non posset dinosci, fraustratim caesus atq; sectus est. Quamuis autem die altera illucescente germanus Jacobi militis occisi, Nicolaus Boglewski Palatinus Varschouiensis adueniens cu magna multitudine vicinorū militum sponte ad deplangendum huiusmodi scelus confluentium praefatam infelicem faeminam Dorotheam dicti Jacobi occisi relictam, et pedisequam eius omniū actionū fedarū domine sue conscium, dictumq; Jacobum et familiarem, qui primus securi domini sui caput diuiserat (Joanne Pieniązek Archidiacono cū duobus familiaribus suis Plichta, et Komaski nocte illa per viginti prope miliaria versus Lancitiā ut facilius insiciari scelus posset diffugientibus) captinasset, et iudicium contra illos instauraſſet damnationisq; sententia et ex confessione facinoris, et ex literis manu Joannis Pieniązek Archidyaconi prefatę feminae Dorotheae scriptis, et apud ipsam repertis, quibus omnis ordo interfectionis praefati Jacobi militis compositus significabatur, deberet

proferri. Nicolaus tamen Boglewski Palatinus prefatus pietatis commiseratione et precibus fratrum minorum de obseruantia ex monasterio Sancti Bernardini de Varschouia, incolumitatem feminis saltē dari supplicantibus, motus, prefatam Dorotheā et pediseqnam eius virginem a damnatione qua vinę in terram infodi debuerant, absoluit, predictū vero Jacobum notariū sententia inditū damnatū extractis viuo visceribus in quatuor partes vociferantem, ne quis suo exemplo amore mulierū sedueatur improbo, scindi mandauit.

Clerici Gnesnensis Vladislauiensis Posnaniensisqꝫ diœcesis per

sertionem ab vna marca CRacouienses per sex grossos CAssimiro ac reipublicae contribuunt. Facinus Joannis Pieniązek Archidiaconi puniendum Synodus decernit. Archiepiscopo non exequente.

DIe Luna vicesima Januarij, Joannes Gruscsinski Archiepiscopus Gnesnensis in oppido Lanciciensi prouincialem tenuit Synodum. In quam cum tam ipse quā Jacobus Vladislauien. Andreas Postra-

nienſis perſonaliter. Joannes vero Cracovien per pro-
curatores videlicet Joannem Dlugoſch Seniorem, La-
cobum de Schadek, et Staniſlaum de Cobilino de-
cretorum doctores, cum capitulis ſuis conuenisſent
tribus diebus de ſubueniendo Caſimiro regi et reipub-
licæ petentibus et inſtantibus nunciis, videlicet Sandi-
uogio de Lazieniecze Palatino Siradien, et Michaele
Laſoczki Capitaneo Lancicienſi tractatus habiti ſunt
et tandem vniformi concluſione conſensum, ut Gne-
ſnenſis, Vladiſlauienſis & Poſnanien Eccleſiæ et diæ-
ceſes cũ ſuis pontificibus et clero per vnum fertonem
à marca taxæ ſolitæ. CRaconienſis vero Pontifex
et clerus qui taxas habent exceſſinas ſex groſſos
a marca pro rehauanda republica contribuendo ſub-
uentiõm faciant. Deprompta eſt quoq; in eadem Si-
nodo organo Sandiuogij de Laſcheniecze Palatini Si-
radien nomine Nicolai Boglewſki Palatini Varſo-
uienſis, et omniũ fratrũ domus ſuæ funeſta querela
contra Joannem Pieniązek Archidyaconũ Gneſnen.
ſuper crudeli nece Jacobo Boglewſki in domo ſua irro-
gata, quam multi eccleſiaſtici publicis deplorabant la-
chrimis, et literæ originales manu eiusdem Joannis
Pieniązek quibus occiſio prefati Jacobi ſignificaba-
tur oſtenſæ et per multos recognitæ, totiusq; Sinodi con-
cordi voto decretum ut Joannes Gneſnen Archiepi-
ſcopus proceſſu iudiciario ſummariè contra Joanne
Pieniązek inſtaurato, ſi per depoſitiones teſtium faci-

nus allegatum Ioannem Lieniąskĭ patrasse compere
rit, et beneficijs illum primet habitis et habendis, &
perpetuo carceri, arcturum illic pœnitentiâ sui rea
tus, includat. ut privatione et damnatione suâ pri
mum placaretur Deus, effusurus iram suâ in Sacer
dotum principes, si non fuerit placatus, et ut tolla
tur scandalum propterea inter militares et popu
lares propter facinus adinuantes exortum, et Lie
niąskĭ ipse in arctam tradendus pœnitentiam sal
nus fiat. Huic consultationi et decreto Sinodali
cum et ipse Ioannes Gnesnensis Archiepiscopus, as
sensus fuisset et decretum probasset, debitæ tamen
illud mandare executioni dissimulauit, facinus
q3 horrendum clericale, et scandalũ in sua Diœce
si et Polonica Ecclesia sub sui regiminis tempore
impunie crassari permisit:

Actiones Cruciferis sub
sidio missi Samagita
rum insidijs duobus
tantum exceptis pereunt:

Februarij prima die, et sequentibus die
bus, Liuonitarum gentes quę septingentorum equitũ
et peditum explebant numerum, per magistrum

Liuonios Ioannem de Mentzede dictum Othon ex pellit a terrestri itinere, quoniam nauali, mari, ventis et hyeme prohibentibus, non poterant in Samagitiam exinde in Prussiá transituræ, et obsessis apud Stargard auxilium laturæ, aduenirent. Samagitæ autem eorú aduentu comperto, de quo dudum erant nunciis et literis Casimiri Poloniæ regis, et magni ducis Lithuaniæ auisati, contra illos egressi, ipsos inciſis arboribus circumsepiunt, & pluribus diebus illos obseruabant inclusos, donec Liuonitæ fame excruciati versus mare procederent, vbi in foueas quas ante Samagitæ effoderát, et sarmentis contexerant cadendo in manus Samagitarú sine prælio et Marte uiui venirent. Quos omnes præter duos tantummodo vitæ reseruatos gens Samagitica necauit. Spoliis eorú equis et pluribus concupiscibilibus potita. Cæteri vero qui fouearum laqueos euaserant, dum auidius mortem euasuri, lacum quem fluuius miscendo se equori confecit, glacie tunc gelatú transilire properant, glacieb⁹ disruptis absorbentur. Relatione autem duorú prefatorú captiuorú ex Liuonia indicatú, quod paulo ante quam hæc clades contingeret quadraginta naues ex Reno onustæ militibus subsidio Cruciferis in Prussiam processerint, vi tempestatis contractæ perierunt.

1071

Willis Episcopus Var.

mensis ultro se atq3
sua dedit regi Casimiro.

Vndecima February Paulus Legendorff electus et confirmatus Varmien, qui se temporibus retroactis neutraliter quatenus bona Ecclesiæ magis patifica remanerent, gesserat, videns magistrũ ordinis Ludouicum & commendatores suos inaffectos esse ad pacem, nec æquis conditionibus per Casimirum Poloniæ regem eis oblatis posse perduci ad pacem, deposita neutralitate prefatum magistrũ Ludouicum et ordinem suũ improperata eis eorũ ad pacem duricia, per literas diffidat, gentes quoq3 regias ex Pasenhen Nidaborg et Vormith et Capitaneos earũ, videlicet Adam Vilkanowski Georgium Nowkowski et Joannem Tak accersijt, et illos in Ressel Brunsberg, Elsberg, Szeburg, Varthemburg, Bischowsten, magnũ Holsthen et Freumborg arces & ciuitates intromisit. Ipsos quoq3 ingrediendi et egrediendi illos, hostesq3 ex illis impugnandi plenam potestatem fecit. Qua nouitate Ludouicus magister intellecta, quantũ res ipsa nocitura sit, silendo, verius ostendit, et missis duplicibus literis, dũ adhuc Casimirus rex Poloniæ in Lithuania ageret, ad Lithuaniæ Barones pacem precari, & de pace tũ primũ quam alias ostentui habuit, agere capit, precatim

qꝫ ipſam Caſimiro rege ex Lithuania recedente, miſ-
ſis ad Barones Lithuanię ſpecialibus nunciis repetiſt.
Sed et Paulum Varmienſem electū et confirmatum,
quamuis hoſtem, ut ſe pro pace conficienda interpo-
neret, multipliciter antequam durioribus inuolueretur, expetiſt. Propter quod ad Paulū electū, Joannes
Sapienſki reſciturus, ſi magiſter equas conditiones
ad pacem aſſerat fuit deſtinatus, ne in placitationem pacis ſimultaneę conſentiendo, ludibriū re-
ſieret.

Conradus Maloviæ dux Plocenſem ceterasqꝫ terras à rege Poloniæ repetit. Nicolaus Boglewſki interfectores fratris ſui accuſat. Tributum in bellū Pruthenicū decernitur et ut rex ipſe Maideburgi habitet.

Die Solis quartadecima menſis Martij in Dominicam Lætare Quadrageſima cadente, generalis conuentio regni Polonici dudum inſtituta teneri cępta eſt. Ad quam CAſimirus rex intemperie aëris et aquarum reſolutione nequicquam obſtante, tempeſtiue et celeri equitatu eadem quartadecima Martij die, Eliſabeth regina apud Radom relicta, ad-

uenit. In crastino vero magnus consiliariorũ ec-
clesiastici et secularis status, Item militariũ ciuiũ-
q3 frequens numerus confluxit. Tractata est aut
inprimis causa cũ Cunrado Masouiæ duce et genitri-
ce sua Anna, et matertera sua Catherina, personali-
ter illic præsentibus super terris Plocensi, Visnensi, So-
chaczouiensi, et alijs quas occupant, et per dies septe,
et per dies septem adliquidum digesta, ubi declara-
tum fuit, sive ius fendi, sive ius successionis, duces Ma-
souiæ in terris Belsensi, Plocensi, Visnensi, Rauensi, Go-
stinen, Sochaczouien allegent non ipsos sed Casimirũ
Poloniæ regem contingere. Ommisso autem duces Maso-
uię successionis iure, quod in alijs conuentionibus pro
se quã maxime allegabant, cũ scirent illud plena-
rie per cessiõm et renunciatiõm Margarethæ filię Se-
moniti hæredis vnicę ducatũ Masouię, consortis
Cunradi Nigri ducis Olesnicen, in Casimirũ & regnũ
suũ recidisse iure fendi in quo se alias negabant ex-
titisse devolutiõm petebant terrarũ, sed cũ id quoq3
constitutũ esset, ad petitiones versi petebant sibi ex
fauore & gratia, terras omnes Masouię relinqui.
Terra vero sola Belsen regem potiri. Negauit id
Casimirus rex, asserens id æquũ non esse, ut terras
quę ad illũ legittimo iure reciderant, et pro quarũ
pacificatione viginti millia Aureorũ Margarethæ
Ducissę consorti Cunradi ducis Nigri Olesnicen sol-
uebat, deberet alijs donare. Offerebat setamen ter-

ram Visnensem pro bono pacis, ducibus. Masouiæ si
de Plocensi extenderent donatiuũ. Sed dum oblati
o ipsa neqꝫ duci Cunrado Masouię, neqꝫ consilia
riis suis grata esset. (Ad magnam enim deputabant
ignominiam cathedram Episcopalem, & arcem Plo
censem sibi ademptum iri) causa ipsius processus in
aliam dictam generalem regni dilatus et inscriptus
est. Tuncqꝫ per Nicolaũ Boglewski Palatinũ Var
schouiensem de occisione germani sui Jacobi contra
Joannem Pieniąsek Archidiaconum Gnesnen au
diente & præsente patre Nicolao Pieniąsek Succa
merario CRacouiensi, sed nihil præter lachrimas
opponente ingeminata est. & vniuersorũ concordi
decreto conclusũ est ut Joannes Pieniąsek Archi
diaconus captiuatus per regios Capitaneos repre
sentetur Gnesnensi Archiepiscopo Joanni, recluden
dus carceribus ad pœnitentiam. Dorothea vero
olim consors Jacobi Boglewski et pedisequa eius.
non obstante libertate eis concessa capiantur, et pro
enormitate sceleris multentur. Minus etenim cri
mine, licet teterrimo, quam absolutione deliquisse
iudicatum est & adiq adultera corripi et puniri
iussa est, vna et cũ pedisequa. Quarum rerũ pri
us quã fieret executio. Dorothea relicta adhos
tile in Prussiã præsidiũ Dzialdow tuitioni se Bolsemi
Mansik committens aufugit, et Joannes Pieniąsek
apud cognatos latitando, manus comprehensorũ

quasit. Archidiaconatu in Gnesnensi & decanatu Lancitiensi per sedem Apostolicam priuatus est. Creditum est a nonnullis id illi et propter sua propria, et ob paterna scelera, quibus Capitaneatui Cracouiensi presidendo, durante schismate Ecclesię Cracouiensis, sacerdotio in persona et rebus vim probra et spolia inferebat, qui et ipse quod nunquam ventura sperauerat de Capitaneatu Cracouiensi fuit destitutus. Et tam ipse quā filius qui sacerdotium vexauerant, plagis pluribus percussi. Lentus quid sed certissimus humanarū prenaricationū vindex Deus, magno deterrendi cæteros exemplo in caput decernentiū, et exequentiū Dei ministrorū exulationes expulsionesqꝫ immeritas regessit, ut iustissimo expiarent supplicio, quod per iniquas adinuentiones aut intulerant aut inferri mandauerant, sacerdotio ab omni labe vacuo & alieno. Ad res deinde Prutthenicas, ad quas promouendas Gabriel de Baisen Palatinus Culmensis, Nicolaus Pilawski, Joannes de Baisen filius gubernatoris, et ciuitatum Thorun. Gdansk et Elbing nuncij aduenerant, omnis conuersa, pro quibus bene gerendis sanciū, ut Casimirus Poloniæ rex, cū ecclesiasticis et secularibus consiliarijs, et cū aliquot millibus gentiū equestrium & pedestriū in Prussiā vadat, et in Mariemburg habitatiōm suam firmet, hostibus impressiōm & bellum, subditis vero et auxiliaribus animum et relenamen

prestituus

præstiturus. Quod ut facilius perficere possit, fertones ex agris & molendinis, et nobilibus Cmethones non habentibus, exactio vero duorũ grossorum et Cisza ad vnum annum duraturа. Item subsidium contributionis ecclesiasticæ sibi decreta sunt. Qua conclusione ab omnibus approbata et accepta, conuentio Piotrcouien, quę diebus quindecim duranit soluta est, et Casimirus rex ut facilius et melius rebus Ruthenicis prouideret, versus Lancitiam et Brzesczie ex Piotrcou processit, et apud Lancitiam Lacha domini cum contorali sua egit.

Melsczak oppidum et castellum Osziek Polonii intercipiunt concisis Cruciferis.

Die Veneris decima mensis Aprilis Joannes Skalski partium regiarũ apud Prussiam maior Capitaneus, et in Frumborg tenutarius, coadunatis sibi ex alijs regijs præsidijs frequenti equite atq; pedite. Melsczak oppidum partium CRucifericarũ clam nocte ingressus intercipit, et multis fortunis quas illuc agrestes ad tutandum inuexerant, atq; oppido potitus, Sexaginta hostiũ armigeros præsidium illic obseruantes (nox enim pauidiores

hostes faciebat) captinat. Agebant tunc apud Kinz-
berg principales hostium Capitanei et ductores ordi-
num, moram quippe vocati a Cruciferico magistro
Ludouico, ut terram Sambiensem quam classis Gdanen
populatura ingressa erat tuarentur illuc conuenerant.
Quę nouitas super intercepcione Melsbak intellecta,
non secus et magistrum et suos, quam par erat turba-
uit. Obsidionis enim instar capta a regijs gentibus Mel-
schak, intelligebat se apud Kinsberg pressum iri. Et pro-
inde Henricum de Plauen quinta die post intercepti-
om (ratus milites regios ex Melsbak in praesidia soli-
ta defluxisse & Melsbak in languidato numero reli-
quisse) cum tribus millibus equestriu et pedestriu in Mel-
sbak misit. Qui in Melsbak aduenientes, a media
nocte vsqs ad meridiei horam in quatuor partibus op-
pidum agressi, illud adeo forti inuasione impugnabant,
ut vna porta disrupta, recuperaturos se quod amisi-
serant aestimarent, sed utrisq; pro victoria adniten-
tibus, hostium dutenti in porta disrupta supernè cęsi,
caeteri vulnerati, et nonnulli capti. Henricus de Pla-
uen Commendator olim Elbingen magna ira et do-
lore perculsus, quod et eo prohibente impugnatiom
oppidi agressi fuerant, et plures quà pro numero, regi-
is militibus saluis ceciderant, grauiter vulneratos
ad castrum Holand, spe impletos quod illud facilè
interciperent, et temerariam cladem apud Melschak
acceptam meliori victoria corriperent ducit, sed for-

tuna cum loco mutata non est. Multo enim plures circa Holand dum temere simulantes se pauidos, et quasi resistere non ausos milites regios oppugnant, ceciderat quam circa Melszak occiderant. Ita magister Russiæ Ludouicus vnum dispendiũ satagens rescindere altero, æquè magno obrutus geminũ pertulit. Joannes Jasienski Capitaneus regij præsidij in Nouo, constructo infantibus castelli Osziek quod ab hostibus tenebatur propugnaculo alias basta, graui obsidione eos qui Osziek tenuerant premebat. Quibus succursuri ex Choinicza et Stargard hostes aduenium, sed cum Joanne Jasienski congressi profligantur, ex quibus in certaminis loco plures fuere desiderati, cæteri apud villã Garnilas extincti et sepulti, armis equis bombardis hostiũ quę fugiendo deseruerant regij milites potiti. Visa autem hi qui castellum Osziek obseruabant suorũ clade, castello Osziek incenso et Capitanei sui cadauere qui à gentibus regijs fuerat per impugnationẽ interfectus derelicto, vnàis se credentes mortis & captiuitatis euasere pericula. Regij milites castri Osziek incendio facilè restricto, etiam castello facilius potiti sũt. Sub idem tempus regię gentes ex Ressel, cum hostili præsidio ex Varthemburg congressi, pluribus necatis cæteros aut comprehendunt aut in fugam vertunt.

Die Veneris in crastino Ascensionis Domini, Elisabeth iunior filia Casimiri regis pluribus æritudi-

nibus debilitata in Arce Nouę ciuitatis Corczin diem obijt, cuius corpusculum CRacouiam relatum in Sepulchro Annæ reginæ conditum est.~.

De sua Mariemburgu profectione Casimirus rex consultat. Ad legatum Apostolicum Vratislauiam mittit admonens ne perfidiam Cretensis Archiepiscopi in conficienda pace imitetur.~

Decima octaua mensis Maij Casimirus rex in Brzesczie Cuiauiense aduenies, dies Penthecostes, et festum Corporis CHristi illic exegit, assidua cum Joanne Gnesnen Archiepiscopo, Jacobo Vladislauiensi Epo. Palatinis quoq; et consiliarijs maioris Poloniæ, qui cu sua maiestate immorabantur, de suo in Mariemburg et in Prussiam progressu agens consilia, legationes nonnullas confecit, et legationibus respondit. Et quoniã intelligebant se ante diem Sancti Joannis Baptistæ in Mariemburg venire, iuxta constitutum non posse, frumentorũ in hostili agro conculcatiõm, prius quam importari in vrbem possent effecturus. A suorũ vero conculcatione hostes coerciturus. Adam Villanowsci

Capitaneum in Nidborg cũ quingentis equitibus mer-
cato conductis in Nidborg præmittit, iubens illum ut cũ
Ioanne Skalski in Frumborg, et Ioanne Zak in Vormith,
Capitaneis, illis quoq; gentibus regijs quę in Pasenben
morabantur, et hostilia conculcaret et propria tutaretur.
Recensens insuper legato Apostolico Rudolpho Episco-
po Lauantino apud Vratislauiã residenti, qui nomine
sedis Apostolicæ obtulerat se, specialiter eo missus, et
iussus pro pace inter se et Cruciferos fidelem operam
nauaturum, non satis plenè respondisse, Ioannem Dlu-
gosch Seniorem Canonicũ Cracouien ad illum transmit-
tit, qui Vratislauiam adueniens verba apud legatum
omnibus arbitris exclusis, die Saturni vicesima prima
Junij facit. Et regem quidem Casimirũ optime ad accepta-
dam cũ Cruciferis pacem qualificatum disserit, quamuis
et armis et fortuna superiorem. Veveri tñ se ne et ipse
Hyeronimi Archiepiscopi Cretensis à Papa Pio Secundo
ad eandem rem conficiendã missi æmuletur naturam,
mores et itinera, qui quamuis non se aliter, quã si fili-
us regius foret, pro pace admisurũ depromeret, ad magi-
strum tamen Prussiæ Ludouicũ in Cinsberg permissu
et conductu regio veniens, calite aureo ab eo corru-
ptus, disparem se, et verũ Cretensem gerere, atq; in di-
eta Brzestensi pro pace instituta, quod primum veluti
pacis conclusionem infecturũ vitare debuerat, occupas,
militares et fines Prussiæ pro excommunicatis et inter-
dictis habere, causamq; magistri contra regem ad-

1081

uocare cepit, iubens seruari tunc interdictum in regis dedecus et contumeliã, et solus ipse dissoluendæ pacis causas subministrans, cum potius enarcare debuerat materiam, homo callidus, versutus, et vafer quãuis eius actiones parum sanas nonnulli prudentiã vocitarent, qui bellum quod extinguere venerat accendit, quod finire se iactabat, in eam diem produxit, quietum, nisi ipse præstitisset alimentum, quicquid enim post eius discessum vltro citroq; sanguinis fusum, fundendumq; est, quidquid telorum hinc inde volitat, quicquid iramm serpit, id totum ex illo optimo non pacis, sed belli sequestro et accensore scaturiuit in sedem apostolicã, quę ex suis operibus plus contumeliæ quam honoris retulit. Et in Cruciferos quos maiori bello, vt literis eorum deprehensis cognitum est, inuoluit, magis quam in regem impius. Non recusaturũ itaq; Casimirum regem illum mediatorem et legatum apostolicum pro bello Prutbenico rescindendo suscipere, gratumq; sibi in oras has aduentum suum fore, nec vlli quam sibi amplius de honore finiendi belli et pacis conficiendę fauere, nosse in se et certificatũ iri ante omnia velle sequi et ipse velit necne Cretensis Archiepiscopi in eam diem fumantes ineptias commendata, Rudolphus apostolicus legatus, Casimiri regis solertia, respondet, factiones omnes Hieronimi Cretensis Archiepiscopi, quibus in re Prutbenica vsus est, et illis maiores deterioresq; probe sensisse, precarique mentem a Deo præstari sibi, qua illarũ inæmulator ex-

1083

steret confeciſſe ſe pacem inter Fridericũ Imperatorem Romanum, et regem Pannonicum Matthiam commemorabat et ab omni excuſiſſe munere, licet ſibi offerretur manus. Ab Imperatoreq3 incuſatum quod Almanus pro Hungaris contra Almanos plus fauerit. Geſſiſſe inſuper adoleſcentiam et virilem ætatem cum omni integritate, abſq3 omni corruptelę labe, et iam in diebus ſuis proceſſiſſe. Non tempori & ætati dignitatiq3 ſuę conuenire, ut quod adoleſcens faſtidiebat, amplectetur senex. Se præterea à moderno Summo Pontifice Paulo Secundo admonitũ eſſe, ut pacem Pruthenicam aggreſſurus conficere, oſorem ſe non ſectatorem munerum oſtenderet, Proinde certum reddebat regem, et nuncium regium Joannem Dlugoſch, nihil se minus quam dona ſectaturũ, nihil magis quam offenſionem partium euitaturũ, nec habiturũ milites & ciues Pruſſię pro excommunicatis. Remq3 diuinam coram illis ſincere acturũ, daturumq3 breui ſuę puritatis ſi res in praxim venerit experientiã, et non verbis ut Cretenſis ſed effectibus ſe vſurũ. Cum hac reſponſione Joannes Dlugoſch ex Vratiſlauia in Brzeſczie reuerſus, & Casimirũ et Conſiliarios bona ſpe de practicanda ſyncere à legato Pruthenica pace impleuit, animosq3 nonnullorũ conſiliariorũ, legati aduentu iuxta ac peſtem execrantium, mutauit.

Regiſter Pruſſiæ O

mnia pene frumenta con-
culcans Dioecesis Var-
miensis hostem Polonum in se uersa vertit:

Ingenti anxietate et dolore super oppidi Mel-
sack interceptione, et suorum qui ceciderant ad illud,
Ludouicus Prussiæ magister excruciatus, omnem sui
pectoris et suorum bilem et indignationem in Paulii
Varmiensem electum et confirmatum, quasi ex suę
discessionis culpa omnia illi accidissent, vertit, publice
questus plura se ab illo quàm a Casimiro Polonię rege
cum quo tot annis bellum gesserat, dispendia passum esse,
quapropter iras in eum conceptas continere non valens,
in principio mensis Junij cũ sexingentis equitibus, et to-
tidem peditibus in campum progressus, habens in suo co-
mitatu Henricum Plauienski commendatorem olim El-
bingensem. Gerardum Melingrade Liuoniæ Marschalcu,
Georgium Sliuienski, et plures alios suarum partiũ au-
xiliarios, omnium frumentorũ sata, vix dum in cul-
mos pubescentia, circumcirca oppida episcopi Varmien
videlicet Brunsberg, Vormith, Elsberg, Rezel, Guttstat,
Melsack aut succidit aut conculcat, & quod passurus
ipse a gentibus regijs fuerat, pati regias cõegit. ex quo
secuta est a ciuibus ciuitatũ prædictarum magna
in Paulum electũ Varmien irritatio animor, queren-

tium se ex adhesione sua rei facta vastatum et perditi
iri qui sub neutralitatis vmbra, nisi precipitatio Pauli
electi causam prestitisset, latere incolumes poterant, ade
oq3 iusto frumentorum prefatorū destructione ferebant, ut
plerasq3 ciuitates, nisi gentes regiæ illas ingredi præoccu
passent, deditionem magistro facturas constaret causa
auertendæ suarum segetum conculcationis. Paulum quo
q3 electum Varmiensem satis puduit, quod et suorū cri
minationes et probra pertulerit, et sui ac suorum defen
sionem iuxta constitutum a regijs militibus non accepit. Nutabant enim Adam Vilkanowski, Ioannes Skal
ski, Ioannes Zak Capitanei regiarū copiarū, nec tute
posse se cum magistro & suis decernere calculabant. Tum
propter ciuium ambiguam & suspectam fidem, plures
ad præsidium ciuitatum relinquendo, tam equitatum
suum, quam peditatum reddunt diminutiorem, literis
tamen et nuncijs regijs ob huiusmodi nutationē carpti,
tardiuscule processerunt in campum, cum quanto maio
ribus poterant copijs, rem fortunæ quamprimū opportu
nitas daretur, commissuri. Verum Ludouicus Magister
periculum ingens, in summa rerum suarū si congressione
vincerētur veritus, in oppidum ditionis suę Bartbenste
in cum omnibus suis se recepit. Quapropter gentes re
giæ non faciente magistro pugnandi copiam, liberius
& ipsæ conculcatione in frumenta, et igne in tecta hosti
lia seuiebant:

Casimirus acerbiore Pruthenorum sux partis legatione commotus qua castra et oppida sua fidei

committi postulabant Mariemburgum profiscitur.

Duobus propè mensibus Casimiro Poloniæ rege apud Brzescie immorante, Stiborius de Baisen gubernator Prussiæ, Gabriel de Baisen Palatinus Chelmensis cu pluribus militaribus et ciuitatum Thorunensis, Elbingen. et Gdanensis nuncijs aduenium, et de pluribus suis oppressionibus, grauaminibus, et extrema egestate questi orant ut rex celerius cũ fortitudine copiarũ suarũ aduenial, bellogz admodum diuturno, quo se & omnia sua aut deletos aut exinanitos et ad exignum numerum exiguamogz substantiam redactos astruebant, quandogz finem imponat. Futurum enim esse ut si iuxta conductum cum copijs aduenerit, & magistrum cum Elbingen oppido obsidione vallauerit, et aliquot ciuitates hostiles, iuxta pactum secreto cũ gubernatore iectum, in suã potestatem deditũ, et pacem equis condicionibus consecutum iri. Orabant deinde ingeminando superiores preces ut & castrum Mariemburgen et cæ-

tera castra atq; ciuitates ditioni suę in Pomerania & Prussia eorum potestati permittat, parum enim conuenire suę fidei atq; honori, ut ipsis neglectis præfecti exteri in arcibus regijs præsideant, et segniter illas administrando, neq; agris serendis, neq; hostibus pellendis dent operam, superbeq; sibi & indigne, qui intrinseciores, et magis fidi regi esse debuerant, imperitent, assidueq; fiscum regis paratum ærs expetendo, nihil ipsi prouidendo rodant. Mirari se habere regem tam inexhaustum ærarium, quod tantæ rapacitati sufficiat, conuenire vt post tam diuturnam moram et miserabilis ipsorum status, et sui ærarij nullatenus in tam effusam largitiom suffecturi, rex ratiom habeat se diutius quod hactenus toleraverunt, toleraturos non esse, sed sibi vtrumq; si aspernatum iri preces suas viderint, promisuros. In hanc autem asperam vocationem, etiam gestus et vox aliquanto quam apud conspectum regis conueniebat, tetrior ipsam exasperans a Stiborio de Baisen gubernatore legationis principe, et Gabriele germano suo Palatino Culmensi vehebatur Casimirus autem rex, etsi cum omnibus consiliarijs indigne ferebat, aspera se legatione altera vice iam peti ab his in quorū libertatiom amplificatiom et defensam plurimū sanguinis & ærarij effundebat, ius succensendi atq; irgandi in aliud tempus aptius differens, militaribus & ciuibus Prussiæ benigne pro tempore respondet, aliaq; animo alia ore voluens, edicit se in Mariemburg quamprimū copiæ.

conuenerint tempestiue aduenturu, et tam de castro Mariemburg quam ceteris iuxta eorum consilia opportune prouisuru, neglectum transactae moræ, non sibi aut suis, sed tempori imputari debere temporis caristia magna, ac propemodum sine exemplo tam voluntarios quam mercenarios milites secu in Mariemburg transituros (penuria enim panis et pabuli plus solito vbiqꝫ inualuerat) venire prohibebat. Assiduus quippe in anni transacti autumno imbriu descensus inebriatis nimia humiditate terræ visceribus, frumentorum vniuersi grani, abortiuos proiecit potius quam edidit fetus. Ea spe legatos impletos, principalioribus donatis remittens, et ipse nona Julij ex Brzescie egressus in Juniuladislauia duodecima Julij peruenit. Egressione sua milites ad accelerandum post se transitu tractaturus:

Henrici Stolpensis ducis ad Polonum regem ultra legatio. Castrum Slochow Poloni amittunt:

Duo nuncij Henrici Stolpensis ducis, Henricus Schonebeken præsbiter, et Nicolaus Mazowei miles ad Casimiriu regem apud Juniuladislauia offensum aduenu-

unt, summa legationis eorũ hæc erat, ducem Henricum regio aduentu exhilarandũ cum omnibus potentijs ſuis in armis eſſe, laturũ regi siue in Marienburg siue quocunq; alias ierit, personalia auxilia, ſi & rex in persona iuerit, ſin minus copias ſuas copijs regijs in omnem vſũ coniuncturus, orare tamen ut ſi Choinicẽam aut aliud oppidũ hostile obsidendum rex duxerit, donec conquiratur perseueret, ne consurgente regio exercitu ipſe et sui apud hostes irritatos reddatur odibiliores. Quærebant deinde quid beneplaciti regij foret, et an hostibus Choinicẽam detinentibus, soluere dux Henricus octo millia florenorũ cum captiuis eorũ, & poſſeſsiõm ab eis Lemberg et Bithom inxta compactata, cum ad id suorũ ſubiectorũ, qui aurum contulerunt stringatur prece, accipere an continere ſe debeat, astruentes continentiam, si per regem optabitur, non poſse fieri niſi abscisam. Adiciebatur postremo in fine, quasi ſermone perfunctorio, ut tribuatur illi potestas per regem, de oppidis Stargard Choinicẽa, et quibusuis alijs arcibus vel oppidis in hoſtiũ ditione consistentibus pactandi, & in suam illis facultatem datis pecunijs, quod propediem fieri ſperaret, fraducendi, et traductas in sua p̃prietate retinendi saluo regis et regni obsequio & fendo. Tulit & hanc legationem Casimirus rex cum suis omnibus ſatis indigne, vafram eam et callidam ut erat, ratus Henricũ Stolpensem ducem de vniuersa Pomerania occupanda, et in ſuam proprietatem, permittente se vendicanda,

spem & ambitionem complexum, nuncijs nihil certi re
spondendo iniungit, ut diem Henricum ad se post dies
quindecim in Bidgostiam personaliter venire ordinent,
de singulis quę postulauerat amico more cum rege tra-
acturum. Interim tamen summopere caueat ne hostibus
pactum in reddendo captiuos, et aurum, seruet, dispendi-
um potius non restitutarū munitionū Lemberg et Bithow
tolleret, hostilem animum in regem monstraturus si secus
gerit. Verebatur siquidem Casimirus rex & consiliarii
sui ne auro à duce Stolpensi eis reddendo nouas ex Al-
mania copias, solutionem huiusmodi iamdudum in lo-
cis certis operientes, hostes compararant, et in Prussiā
adduterent, progressum rerū regiarū votiuè prouenien-
tium auersuri, et propterea tam stricta prohibitione,
ne soluerentur aurum & captiui, nūcios duces et duce
Stolpensem onerauit. Altero post hoc Lunæ die videlicet
vigesima Secunda Julij ex Vladislauia comitantibus
eum nuncijs ducis Stolpensis egressus in Bidgostiam (iam
enim haud contemnendæ copiæ ad illū conuenerant)
vigesima tertia Julij peruenit. vbi illi velox quidem, sed
parum lætus nuncius allatus est, castrum suū insigne
Slochow sub Georgio Dambrowski eius Capitaneo, per
Martinum Siedowicz et eius germanos Joannem & Petrū
de Stolpensi ducatu interceptum esse. Præfatus siquidem
Martinus Siedowicz in domo sua ab ipso Georgio Dam-
browski et suis de Slochow captus, et in vinculis ten-
tus, cū inter suos opibus censeretur excellere, ad summa

1091

notabilem pro liberatione sua soluendam artabatur, cuius
solutiõm elusurus, multa se comitate et beniuolentia
Georgio Dambrouski insinuauerat, à quo indulgentius
quam sors captiui ferret habitus est, et frequentius in do-
mum, repræsentaturus se vicissim remissus. duce Hen-
rico Stolpensi vel instigante, vel permittente, incertum est,
occupare castrum Slochow, videns illud parum vigila-
ter custodiri, in animum inducit. Et quo id facilius per-
fitiat, offert se ad repræsentationis diem quatuor farinę
currus pro castro Slochow, quod caristia frumenti labo-
rabat Georgio Dambrouski acceptante, adducturum. Ita-
q3 ad constitutum diem farinam in quadrigis adducens
cuilibet quadrigei quatuor expeditos pedites adiungens,
castrum Slochow ingressus, et cum saxonibus qui in ob-
sequiis Georgij in castro morabantur proditionem pactus
facile occupauit. Georgiumq3 Dambrouski Capitaneum
& principaliores captos fundo turris retrusit. Turbatus
Casimirus Poloniæ rex hoc nouo cũ suis omnibus, primũ
vafritiem petitionis Henrici Stolpensis, qua se ad redem-
ptionem oppidorũ Stargard et Choiniczæ aĉ aliarum mu-
nitionũ terræ Pomeraniæ admitti perseueranter expete-
bat, intelligere cœpit, & castri Slochow interceptiõm sub
generalitate petitionis latuisse. Accersitisq3 duralibus nũ-
cijs (nondum enim è Bidgostia recesserant) non recte secũ
per ducem Henricũ agi, neq3 ducem Henricũ sua linqui-
se callida ingenia, deducit, cum castrum regium ei
suis potioribus subditis sit interceptũ. Turbatos se nuncij

& mœstos ostendunt, admisurosq; ni quamprimum reddatur regi compromittunt, veriti ut reor, ne pro eorum dolosa legatione aliquid in eos extremius rex consuleret. Mittit et ad ducem Henricum Stolpensem rex Joanne Marczinkowski Capitaneum in Drahim questurum hanc iniuriam, restitutiõmq; castri deposciturum. Mittit et ad Martinũ Sicsowicz, Jacobum Czelbolcz velut fetialem pluribus verbis quibus Martinũ Sicsowicz conuenire debeat instructum, ut castrum interceptũ restituat. Veniunt ad illum Caspet Nosthowicz Joannes de Zal Capitanei Choinicenses castrũ Slochow ab eo certa pecuniæ quantitate in promptu danda empturi. venit et Dinisch Friderici Marchionis Brandeburgẽ præcipuus consiliarius, in quadraginta equorũ comitatu, astu et solertia quibus pollebat, facile se credens in consortem castri assumendũ, et Martinũ procedente tempore ex illius possessione detrusurũ. Sed Martinus Sicsowicz Saxonica versutia & ipse refertus, et regio nuncio blandius respondens, offert se non pro alio, quam pro rege idemptitatem cum suo duce Stolpensi habente, castrum seruaturũ Choinicense cum bonaq; spe remittens, in alium tempus venire iussit. Dinisz vero nullatenus egere auxilio, satisq; se virium habere ad castri custodiam et defensam respondit.

Choinicia à Polonis obsidetur.

1093

Perpendens Casimirus rex Poloniae à Martino Siczowicz ambiguis responsis se eludi, frequenti coacto consilio, quid in tam periculoso casu agere expediat consultat. Multumq; secũ & cum consiliarijs secretissimo consilio voluit, in Mariemborg ne an alibi ire pergeret. Tumq; primũ quod dudum animo tacitus volvebat, propositum suum aperit, ut transitu in Mariemborg omisso Choiniczam portum et ingressum hostilem vniversae defectionis, et omnis belli hactenus durantis, & ni conquiratur duraturi, caput petat. Cuius rei superiori bello vtilis et necessaria temptata potius quam executa occasio fuerat, et non sine publica pernitie intermissa, cui tanto tempore sua temeritas impunita fuit, obsidione forti claudenda, auferendiq; ea obsidione hostibus, frequentes qui ex Polonia reddantur, annis singulis tam questus quam commeatus conferendo fruges, quarum Choinicenses gloriantur vbertate, hostibus venturis omnis oportunitas et spes adimenda. Terrendus & Martinus Siczowicz castri Sloelsow interceptor, qui et ipsa Choinicza obsessa, iam se obsessum iri putabit, parem tandem et in clade Choinicen obsessis, et dedecus tunc accepti, si aliud non vrgeret, abolendum de frontibus. Probant omnes consiliarij multifarijs suffragijs hanc regis sententiã, soli militares et ciues Prussię qui illuc ad consultandum acciti fuerant, auersionem à Mariemborg et transitum in Choiniczam & decretũ conuen-

tionis Liotrconiensis, et politicationem regis frequentius factam, temerarie improbant. Verum cum illis maior utilitas ex obsidione Choinicæ, quam transitu in Mariemborg deducta fuisset, allegantibus consiliarijs Poloniæ, transitum regium in Mariemborg parum commodi, maximi vero dispendij fore, et ob caristiam commeatuũ tam regem quam milites nullo memorabili opere edito ex Prussia dilapsuros, et si perseverare illic velint, non aliud quã Kinsbergensis ciuitatis obsidionem acturos, latus quoqs terrarum maioris Poloniæ, hostibus Choinicam tenentibus nudum, ut in illas igne & spolijs quantum velint grassari possint, relicturos. Verum ex Choinica obsessa plurima commoda regi, dispendia et terrorem hostibus, prouentura, etsi illam expugnari contigerit, vniuersam Prussiam de cætero clausam & obsessam teneri, et facilius in pacem, et in Cruciferorũ expulsionem, si pacem aspernabuntur, recepta Choinica posse peruenire, et maximè castri Sluchow restitutionem, ob quod vnum rehabendũ si cætera non vrgerent, etiam Mariemburgen transitus negligendus fuerat, facile etiam ab ipsis tantorũ commodorum ratio suscepta est. Omni itaqs respectu, omniqs conatu Casimirus Poloniæ rex, inicta id saluberrimũ decretũ, quod non tam ratione prudentius quam euentu, fortuna illud prosperiori comprobante fuit felicius. Ad obsidiom Choinicæ animũ intendens primũ copias mercenariorũ militũ, quorum ductor erat Felix de Panow, Sexingentorũ militũ equitũ explens ad ma-

turandum & inchoandū obsidionem Choinicæ premisit. Qui propter maiorem hostilem numerum in oppido consistentem obsidionem principiare non ausi, in Tuchola se receperunt, donec Casimirus rex hostium multitudine intellecta, copias curiensium, præficiens eis in Capitaneos Petrum Dunin Succamerariū Sandomirienē, et Joannem Sinoviecz transmisit. Die itaqz Veneris vigesima quinta Julij exercitus regius sub ductu prædictorū Petri Dunin & Joannis Sinoviecz, quem Joannis Archiepiscopi Gnesnen et Jacobi Vladislauien Epi, Luca Posnanien, Sandiuogij. Siradien Palatinorū, Petri de Gai Calisiensis Castellani, Joannis de Rithwiani regni Poloniæ Marschalci familiares coaluxerant. Ex Bidgostia egressus et copijs Felicis mercenariorū Capitanei conjunctus vigesima octaua Julij Choiniczam perueniens eam obsidione in vna tantum modo parte Bidgostiam versus spectante obsidere cœpit. Res primum Choinitensibus parum credibilis et ludibriosa visa est, dum vero sepibus et fossatis, contra at ipsi rati se circumduci viderent, vanæ æstimationi vera successit, bombardisqz et operibus machinarū tam frequenti proiectione, et ad dimicandum prouocatione vsi sunt, ut nec nocte nec interdiu quiescere obsidentes sinerent. pluresqz indies de exercitu regis aut desiderabantur, aut vulnerabantur ducibus copiarū nulla castigatione suos ne se pugnæ inserrerent valentibus auertere. Pudore quodam concitatis Polonis, quod maior inesset animus ad certandum obsessis quam obsidentibus studio

pugnæ incensi, præcipitanter interdum ferebantur. Transmisit post hæc Casimirus rex exercitum ex Lithuanis et Tartaris comparatum, cuius Invaschko Chodczowitz erat ductor, ad augendam Choinitzę obsidionem, ad subitas obsessorũ ex oppido eruptiones arcendas opportunũ. In furiam autem quandam et desperationẽ hostes qui obsidebantur versi, sagittis veneno interlitis Polonos appetebant, pluresq; ex toxico moriebantur. Non tñ ea clades, quamuis crudelis et barbara, constantiam Polonorũ minuit, sed non secus atq; amentes et cæci morte nihilipensa in periculosas sagittas ruebant.

Stargard dedita, Choinicia acrius oblidetur.

Vigesima tertia die mensis Julij hostes apud Stargard longo tempore per gentes regias obsessi, quamuis pro minori medietate oppidum sepibus negligentius à Polonis absolutum esset, desperatione concepta, fame insuper excruciante coacti, ne in Polonorũ manus vivi venirent, haud ignari quã languidos nacti essent, in Choinicza propediem obsidenda, defensores, sub noctis medię caligine, adeo silenti agmine, ut etiã obsidentes fallerent egressi, relictis bombardis, et quibuslibet operibus relictis & captiuis, senem & tertiã iam obsidionem secum to-

tolerantem Vlricum Eisenoven, magnum olim Commendatorem secum ducentes, ex Stargard diffugiunt. Et equitatus quidem in plures se turmas dividens celeri cursu Choinicz3am contendit, parumq3 abfuit quin in manus Polonis de Lanjon, obsidionem Choinicz3e iam tunc temptantis, incideret. Peditatus vero retrorsum se egit, et in ecclesiam Sanctir supra Vislam sitam, ab Henrico Plawienslei ad impediendum navigationem, et cogendum agrestes de maiori insula ad tributa incastellatam, diuertit. Poterant vniuersæ illæ hostiles copiæ deleri, si Polonus fugientes et pauidos insequi perseueraſset, ſed et equi apud Polonos ex fame laſsiores et noctis obscuritas persequendi oppertunitatem ademerant. Altero die vrbs ab oppidanis defectionis insontibus (authores enim defectionis remanere non ausi, vna cum hostibus perfugerant) Gothardo de Radlin, Capitaneo gentium regiarú dedita est, cuius deditiom, quamuis vltima necessitate expreſsam aspernari non placuit, quo ad cætera belli munera ea æstate agenda vacari posset liberius Casimirus Poloniæ rex huius deditionis nuncio, dum exercitum Chroinicz3am obseſsurú extra portam Bidgostien, lustrando conduceret, accepiſset laudes primum Deo in templo exsolvit, deinde omnes has copias quæ Stargard euiterant, paucis pro custodia oppidi, cum Gothardo Capitaneo, relictis ad vrgendú Chroinicæ obsidiom misit. Quibus aduenientibus, à sex prope millibus gentium regiarú Chroinicza obseſsa, maioribus difficultatibus

vrgeri coepit.

Castrum Slochow pau-lo ante interceptum in potestatem Polonorum rursus venit.

Oppidi Stargard deditiõ? castri etiam Slochow recuperatio (cuius interceptio Cruciferorum animos plurimum erexerat, gloriantibus se Cruciferis, quasi Slochow in eorum potestate consisteret, plus ex adeptione Slochow percepturos boni quàm ex amissione Stargard passuros mali) secuta est. Die namq; Martis antepenultima Julij, quadraginta pedites ex castro regio per Joannem Palatinum Vladislauien dicti castri Capitaneum transmissi ad Slochow, fortunam recuperandi castri, aut si id non procederet, aliquid rapiendi temptaturi, aduentabant, quos Martinus Sitzowitz aduenire a longe conspiciens, cũ suis omnibus Saxonibus, nullũ veritus castri discrimen si illud vacuum relinqueret, contra illos extra vltimam castri portam prosilijt, a proposito illos deterriturus. Erant in castro duo sacerdotes Pomerani genere, et scholę magister cum aliquot clericis molestius ferentes Casimirum Polonię regem fraude Saxonica castro suo naturali Slochow fraudatum esse. Hi animaduertentes Martinum Sitzowitz cum Petro et Joanne germanis, familiaribusq; vniuersis ad opponen-

dum resistentiam peditibus cæsum esse, claudunt portam castri superioris, & pedito hostis turris carceralis, Georgium Dambrowski cum sedecim suis comitibus, submissis velociter ferarum cassibus usq; in fundum carceris extrahunt. Castroq; superiori potiti, in saxones saxa supernè iaciunt. Qui tam subito periculo et casu consternati, et quid primum agerent, peditesne propellerent, aut superius castrum repetere tentarent, ignari, conscensis quam celerrimè, Georgij Dambrowski et suorum quos occupauerat equis seminudi & discalciati, de inferiori castro se euoluentes, in Stolpensem regiõ duci suo Henrico qui de castri Sluchow interceptione & adeptione gloriabundus, parum sanè exultauerat, casum suũ narrando diffugiunt. Georgius Dambrowski vtroq; castro potitus Casimiro regi per vnum ex his qui secum carcerales tolerauerant angustias, nouum id significat. Quem Casimirus rex et sacerdotes atq; cleritos recuperandi castri authores nouis vestibus oneratos munerat. Oppida illico Fridlanth & Emersten obedienter sergi dedunt. Capitaneosq; et gentes hostilibus electis, suscipiunt, quę ob nimia seueritatem truculentiamq; Vladislai Castellani Dalcensis credebantur a rege desciuisse. Hæc res apud Magistrũ et Cruciferos hostesq; denunciatæ, in summa rerum illos desperatiõm traxere et discrimen, castroq; Slochow, quod Mariemburgo par destinabatur, in ditionem Casimiri Polonię regis concedente, nihil sibi boni poterant amplius ominari.

Cruciferi angustijs rebus suis ut solent pacem petunt.

Die Veneris prima Augusti, venit ad Casimirum Poloniæ regem Bidgostiam, Bernhardus de Schumborg, Capitaneus in Chelm & Brodnicza, et obtenta audientia, nomine Ludouici Magistri Prussiæ et ordinis pro caduceatore ad regem missus, ad placitandum de pace petebat colloquium. Colloquij quoq; diem et locũ (Magister siquidem Cruciferius obsideri et impugnari Choinicz̃am fortius indies et Slochow recuperatum, oppidaq; Emersthen, Fridlanth, Stargard regi dedita intelligens, Commendatoribus omnibus et partis suę militibus etiã mercenarijs in Ichinsberg conuocatis, quid facto opus esset consuluit. primus ipse sententiam edisserens magnopere pacem suadebat, nosse se ait probe Polonorũ spiritus, nosse animos ingentes, iamdiu iras pro ademptis sibi terris Pomeraniæ et Chelmensis in pectore voluentes, nec quieturos nisi recuperent. Cæterorum omniũ eo inclinabant sententiæ, et preces, ut pax si posset æquis, si minus, tolerandis conditionibus, acciperetur. Angebant siquidem tam magistrum quam omnes suos curæ ingentes, distentum in vniuersum euentum summæ belli, hostibus terra mariq; vrgentibus, ciuitatũ suarũ Prussiæ ne ad

Polonos de-

Polonos deficerent magno fluctuabat amore. Jam enim
plerasq; senserat nouandi res habere cupidinem. His e-
tiam & anxietas alia non mediocris accesserat, quonia
omnes Almanię principes à se & auxilio sibi ferendo de-
sciuisse cognouerat, qui et ipsi proprijs bellis intenti suffra-
gium suum, quamuis frequentibus legationibus fatigati, nisi
verbo tenus illis prestabant fauorem illis intelligentes for-
tunæ non adesse. Distinebat & CAsimirum Polonię regem
et consiliarios, quale Bernhardo Schumborski colloqui-
um, ad pacem conficiendam petenti, daret responsum.
Nam et abnuere tam supplicem petitionem, pro pace ad
quam se rex & apud legatum Apostolicũ Rudolphum
Episcopum Lauantinum literis & nuncio, et apud alios
reges et principes catholicos beniuolum exhibebat et
decori regio et fœliciter rebus gerendis. ne irritaretur di-
uinitas, videbatur non conducere, neq; militares et ciui-
tates Prussię diem et locum colloquij ipsis in consultis da-
do negligere, et ex Bidgostia priusquam Choinicam de-
di vel expugnari contingeret, ad locum et diem placitan-
di discedere, et opportunitatem propellendi, et opportunita-
tem propellendi suos ab obsidione Choinicæ. Almanię
principibus de ipsa obsidione frementibus, præbere cum
succurrendi suis, si qua necessitas ex aduentu hostium
ingrueret, in Bidgostia maxima ratione se locarit. Con-
cludit inter hæc absq; militarii & ciuii Prussię consilio,
et assensu, neq; colloquium neq; diem et locum colloquij
dare. Bernhardumq; Schumborski moleste id ferentem

cum ambiguo responso, certum post quindenam daturus, remittit. Verum Bernhardo discedente scrupulus magnus iniectus est, ne ea supplex Bernardi summissio, militaribus et ciuitatibus Prussię aduersum nitentibus, perinde ac vana euaderet, et conclusa exequi pergit, eo respectu vt militares et ciues Prussię infitiandi quod concludum est licentiá non haberent. Mittuntur itaqꝫ et ad Bernhardum et ad militares ciuesqꝫ Prussię Ioannes Dlugosch senior Canonicus CRacouien, Ioannes Sepinski cum altero, diem & locú colloquij conclusuri apud alteros, regem et consiliarios, quod transitu Mariemburgen velut parum vtili, obsidionem Choinicæ praetulerint excusaturi, & diem atqꝫ locú colloquij quem concluserint significaturi. Hi dum apud Swiecze quarta Augusti cum Bernhardo conuenissent, diem Natiuitatis domine nostrę, & locum ciuitatis Thorunen pro rege, CHelm pro magistro, CKelmsza pro pacis partis vtriusqꝫ tractatoribus intercapedine mediauit. THorun & Chelm distantem (Swiecze enim & Elbing ad quę Bernardus trahebat, parum videbantur regi accommoda) constituunt, & conclusione regi per literas significata, quatinus celerius speciali nuncio Rudolphū apostolicum legatū ad diem constitutum venire hortaretur, ipsi in Mariemburg contendunt, & militaribus ciuitatibusqꝫ ad eos confluentibus sub præsentia Stiborij gubernatoris Prussię causas obsessæ CHoinicæ, et neglecti in Mariemburg transitus conclusionemqꝫ diei et loci pro pace col-

loquij exponunt, inuendo illos huiusmodi colloquio interesse. Commendata est ab omnibus regis & consiliariorū presentia, laetabanturq; admodū et Choinicz̄am obsessam, & Sluchow recuperatum esse, exhibentes se obedientes dietae futurae, pro pace apud Thorun tenendae interesse. Solus Stiborius gubernator rem probare non videbatur, dolens apud plerasq; ciuitates Prussię quę dedicionem rege veniente in Mariemborg repromiserant, fidem suam non respondisse, sed cum a nuncijs regijs instructus esset, Choinicz̄ae obsidionem et futuram deo propicio conquisitionem, omnibus ciuitatibus Prussię praestare, et ipse sua sententia retractata, in regis et consiliariorū sententiam transijt.

Georgii Boemiae regis copiae ad expugnandā Vratislauiam missae.

Czastochouiam et villas circum circa iacentes spoliant Ioanne Burian instigatore & authore.

INTERIM tempus Georgius Boemię rex collecto expedite & equite exercitu, vix mille numerum explente, praefecto illis Stiborio Topiatzowski in Capitaneum ad obsidendum Vratislauia illum transmittit, dum eos qui se fratres vocant, et ex Austria pulsi fuerant, ut secum

vna contra Vratislauien irent perlitere non potuit. Erat autem omnis illis exercitus pannosus et tenuis, & ex colluuione vespilionum, et preda viuere assuetorum collectus. Erat & inter eos Joannes Burian Pulcritza minor de Stenberg, Pulcritza Vilelmi nepos, nonnullis alij qui regem Polonię sibi falso debitorem nonnullarum summarū astruxerant. His morem gesturus, vel quoniam ita a Boemię rege Georgio iussus erat Stiborius Sowarzowski, primum ad Polonam applicat, et nulla diffidatione premissa, oppidum & monasterium Czestochowa cum aliquot villis spoliat. Poterat Capitaneus Cracouien Jacobus Dambienski regni Polonię Vicethesaurarius, quem rex ad custodiam regni & partium Cracouien reliquerat, facillimè opprimere illum, ut pote qui de illius aduentu non ab exploratoribus modo didicerat, sed et a nonnullis Morauis et Slesitis oppressiom suam affectantibus, Copiasq; gentium pro sua obtritione suffecturas ex proprijs et mercenarijs, sed eas copias Przeczlao de Dmossitze Capitaneo Scepusiensi committens, ut solus ipse in Osswarzim consistens terrori hostibus foret, pulcherrimi triumphi palmam neglexit. Przeczlaus autem se magis cunctatorem quam persecutorem agens, preda Czastochowiensi letum Thowarzowski et in villa Dorniowiae ad quam de Czastochowia egressus nocturnabat, facili negocio etiam robore centum equitum oppressibilem (sopore vati enim ex itinere fatiga & Baccho si quis fuisset qui inuaderet, omnes sui velut ligati accumbebant)

inuadere distulit, propter quod Stiborius ipse nullam re-
pressionem sentiens, liberius versus Namislouia cum pre-
da Polonica contendit, & Vratislauiam obsidere pero-
sus. Namislouiam diebus quindecim obsedit. Verum cum
sensisset non Vratislauienses tantummodo, sed & Polono-
rum copias congregari, (Rogatus enim à Vratislauiensi-
bus Capitaneus Cracouiensis Iacobus Dembienski suas il-
lis coniungere copias fuerat pollicitus) Namislouiensi dis-
tricti spoliato, congressum veritus versus Velczin se recepe-
rat. Abinde vero cum preda rapta, superato apud oppidu
Clarapkowitze, Odra in Moraniam rediit. Vratislauiam i-
deo obsidere non ausus, quoniam Fridericus Brandeburgen.
in solatium illi iuxta politicationem regi Bohemię factam,
non veniebat. Misit illico Casimirus Polonię rex his co-
gnitis ad Georgium Bohemię regem, tunc in Clocko pro die
Sancti Iacobi Apostoli conuentum agentem, fœcialem suu
Nicolaum Grzimala Curiensem. Misit et Capitaneus
CRacouien Iacobus Dambienski alium Simonem nota-
rium vterqz de violentia et rapina, per Stiborium Thowa-
czowski contra fœdus Glogouiæ initum irrogata questus.
accepit responsum, nihil suo iussu sed iure Burian Puklic
cæ actum per Thowaczowski esse. Proinde aut Polonię rex
refundat in quibus Buriano Puklicæ est obnoxius. aut
si obnoxietatem abnuit, arbitrio suo decisionem quęsti-
onis aut saltem Baronum communium permittat. Mis-
so deniqz rex Casimirus Sbigneo de Gora Castellano Ma-
logostensi vsqz in Prazam, non regis Bohemię, sed com-

munium Baronum acceptat arbitrium, dieſq; ob eam rem pro die Sancti Andreæ Apostoli venturo in Bitom dicta est, ob graſſantem pestem vsq; in diem Sanctæ Trinitatis anni subsequentis exposi prorogata, quę etiam post nouos motus iusto Dei indicio contra Georgium Bohemię regem per bellum ciuile à catholicis Boemis exortum fuit, abrupta est.

Henrici ducis Stolpensis perfidus animus et simulata in Polonos amicitia.

Die Solis decima Septima mensis Augusti Henricus dux Stolpensis, in comitiua centum equorum, Bidgostiam ad Casimirum Polonię regem aduenit. Vbi audientia obtenta, innouari secum vetera fœdera supplici instantia expetijt, quod cum beniuolo animo obtinuisset, obtulit cum omnibus suis copijs, si rex aut sui Chlonicz am obsidentes, à quoquam inuaderentur regem adiuturum, obtulit se deinde, quoad liberet regi, pecunias pro Bithow & Lemberg hostibus dandas retenturum, obtulit se postmodo Casparum Nosthwicz, Ioannem de Zal & Hoier3 Capitaneos Chlonicien oppidi ad deditiõ extemplo regi faciendam de Chlonicza facili negocio perlicituru. Rogas

ut filium suum natu maiorem rex, filijs suis seruiturum coniungeret. Acta sunt & à rege, et à consiliarijs ducis Stolpensi gratiè, & filius suus applicandus regiorum filiorum obsequio et contubernio, acceptus, adiectumq3 in responsionis tenore, oblationem ducis Stolpen non nouam, sed vsitatam esse, mens vero ut noua cum opere sit, & oblationi ipsorum conueniat id plurimum referre. Quo nouam etiam mentem repromittente, sex pulcherrimis vestibus, pellibus subductis, pecunijs & equis, in se suisq3 donatus, et omnibus procuratus necessarijs, quarta die, ex qua ad regem venerat, ex Bidgostia recedens in Choinicz3am peruenit. Vbi non per se, sed per Dmisch, et Cancellarium suũ cum Capitaneis, Choinicensibus colloquium perfunctorie agens, & deditiom magis inficiens quam promouens, iniquiori in loco causam regis relinquens, quam si illam promouenda non accepisset, in suum se recepit principatum. Vbi quiescere non valens Henricum Schonebeke præsbiterum in Choinicz3am, breui oblitus promissorum regi factorũ, ad Capitaneos hostiles de dedenda non regi sed sibi accepta pecunia, à se in promptu danda, pactaturum transmittit. Is tamen à Capitaneis regijs Petro Dunin & Ioanne Sinowiecz3 obiurgationem et repulsam passus cum dedecore redijt. Choinicz3am intrare, propter simultates & dolos quibus vti dux Stolpensis insueuerat non permissus:

Choiniciam uallo et fos

ta cingunt Poloni

Post quam itaq; ex magna spe rex decidit de dedenda Henriti Stolpensis ducis opera, Chroinicza. (non enim Capitanei tantummodo Chroiniten, Casper Nostiwicz, Joannes de Tal, & Joannes Hoierz, sed et cęteri ferè omnes, præter paucos Almanos in præsidijs, Chroinicza, Bithow, et Lemberg demorantes Slesitæ, omnem deditiõm spontaneam regi Polonię fiendam fuerant perosi, minaciter de destituenda in tempus diuturnũ obsidione, & ferocifer loquebantur, magis inimicè quam Cruciferi, & Almani cum quibus bellabantur Poloniis infesti, ne Polonię regnũ cuius se vtero genitos meminerant sublimius Bohemico cui se perperam addixerant, non sine sua cõfumelia, relata de Cruciferis victoria emineret. Neq; enim alterius gentis aut regionis tam prona contra Polonos, quam Slesitarũ ad inuidiam sunt ingenia, quod regnũ Polonicum prosperatum iri dolent, vel quod generis proprij atq; linguę, apostatarum more, magis quam alieni bonum profectum oderint) maxima Casimirum Poloniæ regem & consiliarios eius secum Bidgostiæ demorantes, habebat, cura intentos ad hoc vnũ, ne Chroinicza obsidio recideret ad irritũ. Expugnationem illius non tam ignominiam cladis apud illam acceptæ obliteraturi, quã quod porta qua Cruciferis aduentare solebant ex Almanię terris exercitualia auxilia clausa & obserata, egre-

giorumq; militum manu submota, quę & illam tuebatur, & animos Crucigeris eorumq; adhærentibus faciebat, liberior potiundæ Prussiæ facultas sequeretur. Vnde & omnium ciuitatū & villarum et oppidorum maioris Polonię et Cuiamię terris operarios & rusticos cum quadrigis et fossoriis cæterisq; instrumentis conuenire ad Choinicam graui edicto iussit, sepibus, fossatis & vallis oppidū quanto celeriùs obstricturos, paritumq; est illico imperati et magna vis, frequensq; numerus quadrigarum et operariorū conueniens, sepium in vna parte oppidi et fossatorū opus, impigrè exequebatur, obsessis magnum terrorem incutiens, quibus ante sepiū ædificatio, tardius à militibus absoluta audaciam præstabat. Agrestibus autem laborantibus nec milites feriati stabant, quippę et ipsi ad opus expediendū vnquam operam intermittebat. Accedebat & omniū rerum, auenæ præsertim & potus, grandis caristia, quę illos et equos eorū maxima macerationē vexabat, tolerabilior quippe fuit oppugnatio apud Gniew & Nowe quā Stargard et Choinicza. Non quod et apud has excitandas sepes lignorū in propinquo copia deesset, sed quod apud illos præterfluebat Visla amnis, ad omnia victualia & quęq; alia comportanda oportunus.

Apud Nieloviam de pace eiusq; condicionibus tractatur.

Tempore quo Thornunensis dieta pro pace tractanda instituta, teneri debebat appetente, Casimirus Poloniæ rex relicta Bidgostia, mensibus prope duobus in illa peste epidimię quę et Cracouię, et in pluribus regni Polonię locis, inualuerat, illam quoq3 peruadente, moratus, die Saturni sexta Septembris, comitantibus illu Ioanne Gnesnensi Archiepiscopo, Iacobo Vladislauien episcopo, Luca Posnanien, Stanislao de Ostrorog Calisiensi, Sandiuogio de Lanzenicze Siradien, Petro de Oporow Lancitien, Ioanne de Coscz3ielecz Iuniuladislauien, palatinis, pluribusq3 alijs ecclesiasticis et secularibus dignitarijs in Nieschionam peruenit. Et altera die, septima videlicet Septembris honore magno & gaudio populari immeso Thorun intrauit, quo etiam die sub vesperam Rudolphus episcopus Lauentinus legatus apostolicus ex Vratislauia veniens, Lucam consularem Vratislauien secum ducens, honore processionum exceptus ingrediebatur, qui in die Natiuitatis dominę nostrae sequenti in minorum ecclesia officiu missae solenniter, sub conspectu regis, prælatorū, Baronū & populi exegit, et in crastinū à rege Casimiro et consiliarijs in prætorij loco auditus, pulchro sermone, & suam per summum Pontificem missionem, et operam fidam pro pacis consummatione Prutheniae, exclusa, omni ambitiu odio, & fauore interponendum, disseruit. Regem ad pacem magnopere cohortans, et pacem longo sermone suadens. Quem rex respondendo certum reddidit, ut quamuis victoriam in manibus habeat, pa-

cem se non abnuere, daturus vniuersis documentum e-
uidentissimum, bella quæ gerenda iustè susceperat, mode-
stè se finiturū, atq; equis vsurum conditionibus, quam-
uis non parum sibi ausculter fortuna, & superiorem se,
et penè iam victorem norit. Nec aliud quam naturales
terras per vim et iniuriam sibi et regno ereptas, et ali-
quam Prussię portionem in signum tituli et dominij (qua-
uis se vniuersam Prussiam propediem habiturū confide-
ret) petiturū. Tardius post hæc Ludouicus magister Prus-
się cum suis in Chelm aduenit. Ratus Rudolphum lega-
tum apostolicum iuxta literas primas sibi directas pro-
pter obsidionem Namislouien oppidi, & belli Vratislaui-
ensis à rege Georgio Bohemię moti, ad diętam Thorunen
(quas tandem secundis serius magistro redditis corre-
xerat) non venturum. Multipharię à subditis suis, viati-
cum etiam (tanta pannositas habebat magistrum) con-
ferentibus, quatinus sine pacis conclusione non rediret
rogatus. Et quoniam Chelmsza ad conueniendi vtriq;
parti locus electus, parum propter diuturnam desolati-
onem suam aptus videbatur, tum apud Nieschouam, per
Iacobum Vladislauien, et Paulum Varmien episcopos qui
consecrationis munus die Solis quartadecima Septembris
à Iacobo Vladislauiensi Epō in ecclesia Sancti Ioannis
Baptistæ parrochiali sub præsentia regis sibi impensum ac-
ceptat. Item Lucam Posnanien, Stanislaum Calisiensem,
Sandiuogium Siradien Palatinos, Stiborium gubernatore
Prussię, Gabrielem Palatinū, Chelmen, Ioannem de Rithwia-

1111.

ny regni Poloniæ Marschalcum, Iacobum de Schadek decretorum doctorem, Ioannem Dlugosch seniorem, Canonicos Cracovien, Thorunen, Elbingenses et Gdanen, Consulares, pro parte regis missos, et per Gerhardum Molingrade Liuoniæ magistrum. Vlricum Kinzberg Capitaneum in Slava, Ioannem Vintecler decretorum doctorem, Georgium Sliwienski, Ioannem Polmar, & Michaelem Cromer, consules de Kinzberg pro parte magistri directi fuerant pacis tractatus, Rudolpho apostolico legato mediante, sub tribus papilionibus in eam rem dispositis gerebatur, cauente rege ne si apud Thorun pacis tractatus fieret, seminarium fraudis quod in superioribus dietis hostes iniecerant, etiam in hac misceretur, sub hoc quoqz tempore hostes in Szantir consistentes, per Petrum Rambielinski Burgrabiu Mariemburgensem, & Thomczonem partim cæsi, partim fugati, & Ecclesia contremata est:

Choinicia Polonis dedi-tur:

Singulis fere diebus, inter obsidentes & obsessos apud Choiniczam certaminibus feruentibus, die Solis quartadecima Septembris hostes, quasi fortunam extremam temptaturi sub hora tertiarii in frequenti numero ex oppido ebulgentes pugnam ceperunt conserere, qui a regijs vitii militibus, et in oppidum secedere cõacti, paulo post Polonis prandentibus, maiori conatu maioriqs fremi-

tu pugnam resumunt. In qua dum horis aliquot neutra parte referente pedem, pluribus tamen hinc inde aut cadentibus aut vulneratis, tandem Choiniten iterum victi, terga vertunt, et Polono fugientibus instante multi trucidati, nonnulli insuper in oppidum refugientes, portis clausis ne simul Poloni irrumperent, aut caesi aut capti, aut in fossata aquis plena praecipitati sunt. Tanta tunc clade attriti, ut in dies aliquot obseratis portis feriatum silentium agerent. Poloni interim geminas longe lateq; sepes et fossas, sub hostium oculis inter infesta illorum tela, sub humidissimo et pluuiali imbre, omnem subsidiorum spem et importationem adempturi, circumducebant. Quindecima deinde die Septembris, milites regij sub noctis caligine, frequenti ignitarũ sagittarũ proiectione in oppidum vsi, obsessis nequicquam ope magna in extinctionem adnitentibus (Choinicensia enim tecta constant ex culinis) oppidum intendunt, ex quo quarta pars oppidi cum commeatibus et substantijs conflagrauit, conflagraturum vniuersam si modica vis venti illud infestare perseueraſset. Sub tempore autem huiusmodi conflagrationis tantus obsessos pauor peruaserat et formidinis cura, omnium pectora ne illa inflammatione absumerentur. et viui in potestatem Polonorũ venirent, vrgebant, ut flexis genibus precarentur rescindi intendium, denonentes se quamprimum de deditione oppidi pacturos, quod et in crastinũ diem (victa tum demũ suę pertinacitatis, qua vti consueuerant ferocia) executi sunt. Lenta tamen fuit tuc

eorum pactatio, ut adumbrarent non se illam vltima ne-
ceſsitate impulsos iniſsse, donec parte media sepita, e-
xercitus regius in partem se alteram sepiendam trans-
posuit. Ab inflammationis siquidem die, maior Polonis
cepit esse ad premendam obsidione Chloinicsá, et ad
incendendum iterum eius tecta, pertinacia, quam obse-
sis pro illius defensione. Quę inflammatio nisi interue-
niſset, non prius quam consumptis victualibus, ipsa vide-
licet famis neceſsitate, et non aliter traditum iri Chloini-
csam destinabant. Iunt enim & captiuitatis ludibrium &
fortunarum ammiſsionem veriti, dum renunciatum e-
is esset, nullam inferenda obsesis ope, spem habendam
esse. Vlricum Eisenoven magnum commendatorem,
Ioannem de Tal et nonnullos alios de oppido dedendo
nuncios, ad Capitaneos regios mittunt. Quę deditio
conditionibus deditionis compositis quibus cauebatur,
ut obseſsis incolumibus cum fortunis et rebus omnibus
propriis, relictis omnibus machinis et operibus abire liceat, et in regem Polonię regnumqs suum pro Cruciferis nun-
quam machinari hostilia, solutis hinc inde a parte vtra-
qs captiuis, vbi etiam liberatio Pauli Sassienskei, Petri Sorez
et Laurentij Schrank, quos in dura carceris captiuitate
vinculis allizatos vsqs ad obsidionem Chloinicsae detinu-
erant, secuta est. Die autem Solis vigesima Octaua Septembris
in manus Capitaneorum regiorú oppidú, machinas, bom-
bardas, et quęlibet opera dedunt, et incontinenti ascen-
sis equis magna multitudine lachrimarú suffusi, inca-

put Almanię principũ qui eis promissa non tulerant auxi-
lia, imprecati hostilia offerentes se etiam in eorum extermi-
nium, voluntaria suffragia si quis illos impetere contendat
laturos, oppido excedunt, et in verticem propinquiorem per-
gendo aliquandiu versi fronte in oppidum suę mutabilita-
tem fortunæ speculando, vrbem execrati tandem tuto con-
ducentibus eos militibus regijs in Lemberg perueniunt, de
qua & Bielsow post dies quindecim Henrico duci Stolpensi,
receptis ab eo octo millibus florenorum, & relaxatis de
pacto captiuis eorum nobilibus quos in frequenti numero
dimicando cæperat, excedunt, in propriaq3 & in varias o-
ras dilabuntur. Casimirus rex deditionis nouitate acce-
pta in hymnos et supplicationes diuinas prorupit, et oppida-
nis Joannem Puskar3 Boemũ (insignem enim et pro Choi-
nic3a et pro Stargard conquisitione constabat illum manu-
fę operam) pro Capitaneo profecit. Exercitus omnis tam
ex Curiensibus, quam ex mercenarijs militibus à Choini-
c3a victor ad regem in Thorun reuersus vsq3 quo pacis
durabant tractatus cum rege mansit, ad veram merito-
rum æstimatiõm à Casimiro rege premiatus.

Choinicza dedita Cruciferos apud Nieschouam
de pace placitantes magnus mœror affecerat, denunciati-
onemq3 illius conflictam, et ad terrendum se simulatam,
donec magistri literis certiores effecti, tenuerant. Nec du-
bium quin recepta Choinicza animos Crucifer orum, ad pa-
cis æquis conditionibus subeundæ respectum, inclinatura

videbatur. Stimulabant autem regem & consiliarios, viris grauibus et nonnullis exteris principibus id quoq; suadentibus, iusta in Cholmitzam quatinus deleretur ira. In nullam vnquam ciuitatem pro defectione hostiumq; receptione et belli in annos prope tredecim productione, iustius deponendam. Eius enim abrogatione notam acceptæ cladis sublatum iri et suis occisis parentare suggerebant, non potuit tamen rex clemens induci ut etiã in maxime noxios et defectionis authores animadverteret, aut ruinis incendijsq; in tecta innocua seniret, indignanter ferentibus plerisq;, et ciuitati parsum esse, quę sua defectione amplius deliquerat, quam ut ei debebat clementia regia ignosci. Infestius enim in regem et regnum quam Crucifferi debachata est.

De pace perpetua inter Cruciferos et Polonos opera Rudolphi apostolici lecti conuenit.

Liuoniæ Marschalcus Molingrade, & sui complices, auditis conditionibus quę per partem regiam pro pacis perpetuę confectione petebantur, ad Ludouicum magistrum Prussiæ suosq; consiliarios in Chelm reuersi, expositis ex ordine singulis tractatibus, quę conditiones acceptandæ queue refutandæ forent consultant, pacemq;

1117

sub quibuscunqꝫ regi præscriberet conditionibus accipere con-
cludunt, haud ignari quantum sibi virium ad omnia Cho-
inicza cincta decessisset. Veriti insuper ne circa se quoqꝫ
in Prussia omnia ruerent, qui probe nossent civium suorn
animos, et stipendiarios suos ad exiguum redactos, et hos
ipsos in seditiom et rebellionem contra se spectare, ob non
solutum illis annis multis stipendium, ac in omnem sedi-
tionem defectionemqꝫ quamprimum occasio subesset ser-
pturos. Victricia insuper Polonorum arma veriti, cumula-
tiori ordine in Prussiam deferri, et se ac suum ordinem
desciscentibus civitatibus, quarum singulas constabat
ad defectionem inclinatas, exterminatum iri. Validiorem
occupaturi gratiam se regi et regno Poloniæ vnire & dede-
re perpetuo, sero quidem sed prudentissimo consilio consti-
tuunt. Meliorem fortunam, conditionem et statum dedi-
ti, quam hostes habituri. Rogatus autem Rudolphus apo-
stolicus legatus eorum nuncio speciali, et literis, ad ipsos
in Chelm processit. Cui Casimirus Poloniæ Vincentium Kiel-
bassa Cancellarium Posnaniensem secretarium suum
sufficienter de admittendis et reiciendis conditionibus,
instructum adiunxit, facilius illic in abscisiori numero
super omnibus pacis mediis, quàm in Thorun transactu-
ros. Plus quam gratus fuit magistro & suis Rudolphi le-
gati, et Vincentij Kielbassa in Chelm aduentus, et per
dies aliquot de principalioribus pacis capitulis, excti-
tit concordatum. Rudolphus enim apostolicus legatus
ad componendum Prutbenicum bellum totis viribus incu-

buerat, maximaq3 illi dum suaderet à Magistro &
Cruciferis, pro conditione sua, quod et Almanus et apo-
stolicus legatus esset habebatur fides, ut Poloniæ regem Ca-
simirum Pruthenico extincto ad suispiendum Bohemicu
quemadmodum in sequentibus narrabimus posset fa-
cilius pellicere. Comperendinata deinde apud Chelm pa-
cis conclusione Rudolpho legato apostolico, et secum v-
nà Vincentio Kielbassa in Thorun reuertente, post facta
per eum conclusionis de pace habita relationem, nonnul-
lis consiliarijs conclusio ipsa, parum videbatur militari-
bus et ciuibus Prussię habere firmitatis & crassitudinis.
Neq3 illam posse fieri diuturnam, Pruthenici milites &
ciues, (ferè enim omnes per eiusmodi conditiones in sor-
tem et ditionem magistri & ordinis redierant) astrue-
bant. Nouaq3 granedo et molestia, apud Rudolphi le-
gati & aliorum pacem summopere optantiũ pectus inces-
sit. Aduenit post hæc Ludouicus Prussię Magr, Henricus
Plauenski hospitalarius. Gerhardus Marschalcus Liuo-
nię, Guilelmus de Epingen Commendator in Osterode Vri-
cus Kinzberg in Slava Capitaneus, Georgius Slivinski,
Bernhardus Schumborski milites, et plures alij partiu
CRucifericarum de terra Sambiensi, et Prussiæ milites no-
biles, terrigenæ et ciues in Thorun. Cum quibus per plures
dies Rudolpho apostolico legato mediante, plures tracta-
tus, sub diuersis qui exiles putabantur articulis studi-
is partium, in magnam extimationem versi habiti sunt,
omniq3 difficultatum succisa radice, in summam pacis

perpetuæ deuentum est. Quam cum nonnulli, pauci tamen admodum Poloniæ consiliarij, omnes tamen fere militares Prussiæ, Paulus Varmiensis Episcopus et Prussiæ ciues carperent, flocciq3 facerent, molestius ferentes quam sat erat Prussiæ magistrum & ordinem, in omnem fere dominatum terræ Prussiæ, à qua facile si rex post conquisitam Choinicz3am enixius bello instando Kinsberg obsidione vallasset repellendus fuerat, admissum. Durius tñ ob id à pontificibus, cæterisq3 consiliarijs Poloniæ coarguti sunt differentibus ne quod omnibus votis expetendum fuerat et vltro offertur, fastidirent nec occasionem quę suberant negligerent. Non semper licere quod nunc licet. Acceptandá q3 non aspernandam tam fauorabilis fortunæ oblationem. In stultorum enim computandi sunt ordine, si quod superiore tempore per arma & sanguinem grauemq3 mortem petitum est oblatum impediat suscipere. Tandem & ipsi saniorís maiorisq3 partis sententiam æmulati in pacis conditiones, studio Rudolphi legati Apostolici, et limatas et digestas consentiunt, qui caste sincereq3 in partem vtrá q3, duobus propè mensibus versatus, fructum est amplissimum suæ missionis consecutus, summa fide, probitate, continentia, puritate, modestissimisq3 moribus; partis vtriusq3 beniuolentiam et extimationem consecutus. Talem se in pace conficienda, talem in dirimendis difficultatibus, talem in dissoluendis nodosis disceptationibus, talem insuper in admonendo & persuadendo gessit, parti vtriq3 integritate gratissima, vt ad rem ipsam optimo fine componendá

diuinam illi affulsisse gratiam, non secus quam pacis angelo mirarentur vniuersi, gratias illi reddendo ingentes, quod bellum atrox horrendum et diuturnum consilio saluberrimo, integritate admiranda, & virtute eximia, incendia et sanguinis humani profluuia restrinxerit, disiunctissimosq3 populos odijs prope maioribus certantes, quam viribus. ad pulcherrimam et conformem idemptitatem reduxerit, et solido consociauerit fœdere atq3 glutinio. Quem dum gratificationis studium prorsus abdicasse partes viderat, facilius illius persuasiones acceptabant, sed et pax ipsa Casimirum Poloniæ regem mulcebat, qui etsi se arbitraretur et iure et victorijs superiorem, in meliori sua fortuna videns de pace agi, atq3 in secundis rebus statius quam in aduersis sapere solertissimum ducens pacem acceptat. Eo à rege & consiliarijs credita solidior, quo æquioribus conditionibus legato apostolico dictante composita est. Eo insuper ad componendum notatus feruere ardore, ut quauis pestis epidimica etiam in Thorun irrepisset, et plures ex militibus suis et interioribus consiliarijs cæteris q3 mortalibus singulis diebus caderent. Sandiuogius insuper de Lanzenicze Palatinus Siradien. posteaquam à peste inuasus tertia die ceciderat. Ioannes Gnesnen Archiepus periclitatus ægre euaserat, non se tantum torsit, quin quauis suadentibus fugam consiliarijs, donec pax omnis ad extremum perfecta fuit, subsistere in Thorun perseuerauit, suoq3 huiusmodi mirabili duramento prælatos et consiliarios fugam pauore mortis assiduè grassantis medi-

tantes, nec obirent circa se continuit, virumq; se heroicu
luem pestis nihil pendendo monstrauit:-

1121

Vigesima quinta Septembris hostes ex monte Hicz-
ko quem Wicra abluit prope Starnow incastellato, dum
in Masouia in numero quadraginta equitum spolia a-
gerent, a Dadsibog de Goladkow, genere Junoscha, & Cu-
riensibus ducis Masouiæ Cunradi profligati sunt. Mons
ipse qui a Miska & tricentis suis complicibus tenebatur,
expugnatus, omnesq; qui illum tutabantur a Masouię
militibus aut occisi aut capti:-

Ex perpetua vltro citroq; iureiurando firmata inter Polonos atq; Cruciferos pu-

blice Torunię consumatur

Die solis decima nona mensis Octobris pace perpetua
in vniuersis articulis conditionibus atq; punctis per dies
plures digesta, limata, concordata, & in priuilegium perpe-
tui fœderis, sub latino idiomate cum subscriptione manus
propriæ Rudolphi Apostolici legati, & trium notariorum
publicorum, sigillis insuper Casimiri Poloniæ regis, & Ludo-
uici Magistri ordinis Prussiæ, prælatorum quoq; et consilia-
riorum partis vtriusq; redacta, atq; roborata apud domum

Gedae Thorunensis vterq3 cum suis, rex videlicet & Magister in magna multitudine personaliter conuenit, & post mutuas exceptiones salutationes & amplexus, tum primum a rege in Magistrum et vicissitudinarie factas, silentio indicto Rudolphus apostolicus legatus pacem inter Casimirum Polonie regem suosq3 ex vna, et Ludouicum Magistrum et ordinem suosq3 partibus ex altera feliciter initam confirmatam, & conclusam publicat, et primum in Idiomate Almanico cum Polonicum ignorauit, deinde per organum Vincentij Kielbassa secretarij in Polonico, singulos eius articulos ex ordine enarrauit. Quibus a parte vtraq3 conclusis & approbatis, primum Casimirus Polonie rex deinde Ludouicus Magister flexis genibus in Rudolphi legati apostolici manibus super lignum crucis vinifice iureiurando se astrinxit pacem conclusam in omnibus clausulis conditionibus atq3 punctis custoditurum. Idem fecerunt Joannes Gnesnen Archiepiscopus, Jacobus Vladislauien, Paulus Varmien, Episcopi, omnesq3 tam Magistri quam regij consiliarij Palatini, Commendatores, Officiales & dignitarij atq3 ciues. Actum est deinde ex Gielda in Sancte Marie fratrum minorum Basilicam & hymnus TE Deum cantatus, missaq3 in honorem benedicte trinitatis. Rudolpho legato rem diuinam expletente, et sub presentia regis et magistri solenniter acta, Magister cum omnibus suis honorem mense a rege exceptus et splendide tractatus, diesq3 illa in magno gaudio iucunditate & exultatione absumpta est:

1123

Terra Pomeraniæ & Chelmensis. Michalouiensis regno Poloniæ & Archiepiscopatui Gnesnensi Diœcesis Chelmensis accedit. Vaticinium Brigittæ dinæ de Cruciferorũ exterminio.

Illo plane die, quantum omnipotens deus cum gente & natione Polonica misericordiam suam mirificauerit ostendit, dum & prouincias insignes à regno Poloniæ, diuturno tempore scissas et alienatas restituit, et hostem infestum pacatum & vnitum reddidit, de iratis beniuolos, de suspectis placatos, de austeris mites, de hostibus amicos et vnitos fecit. Bella tumentia sedauit, pacificauit oram Prutbenicam, Pomeranicam & Dobrzinensem, cade & ciuili sanguine madentem. Nulla in parte orbis tamdiu ciuilis cruoris rabie debachata, fines sui propagauit imperij, et plurimis illud apud longe et prope positos populos nobilitauit, & extulit preconijs. Adeo vt plerique Almanię et cometanei principes et populi, super tam magnifica regni Polonici sublimatione singulari torquerentur inuidia, et pacis calumniarentur conditiones, Vratislauiensis tamen populus et ciuitas haud mediocrem fidem, gratitudinem et deuotionem in regem & regnum Poloniæ tunc monstrauit. Quæ nouitate conclusæ pacis ad se literis Rudolphi legati perlata, laudes Domino

per singulas ades sacras, alto clamore cu pulsu campanarum cecinit, et in noctem sequentem ignibus extructis frequentius effusa lætitia gaudioqꝫ carmina iubilauit. Maiorem od ia apud Georgium Bœmiæ regem liuoris et indignationis contractura sarcinam, quem diuersum dolor liuor ira mœror quod se repudiato & neglecto Poloniæ regis gratulabatur successibus, distrahebant, præcipiti in alieno occupando regno gradiens via, et stabilem religionis nostræ orthodoxæ deferens ordinem, peregrina & erronea sectatus dogmata, latos non habiturus exitus, prosperitatis suę velocem cursum, quamuis ut plerioqꝫ rebantur iniocundum & noxium, et excelsam suæ potentiæ machinam repentino atqꝫ insperato tandem finę amissurus. Illo insuper die, diuinitas consuetudinem suã ostendit, qua non amauere initio pericula, sed multiplicare permisit, at tum demum confractis pene et exterminatis omnibus rebus opem tulit, ac præter omnem spem mirabili sua prouidentiæ benignitate bellum atrox, & in annum prorogatum tredecimũ extinxit, in ipso necessitatis articulo, cum bella plus solito intremuissent, et bellantium rabies crudelia quæqꝫ & extrema moliretur. Magnitudinem virtutis suæ indicans, et mortalium tolerantiã clementer exercens. Viciqꝫ tunc licet multis seculis caligine suffusa veritas, et id qd CRuciferi multis ingeniis coloribus, et astu ambiguum fecerant, vtrius populi Pomeraniæ Chelmensis & Michaloviẽ terræ forent, illustratum est, terraqꝫ ipsę pro quibus annis centum quinquaginta certabatur iuris regni Poloniici, ut erant de

ut erant declaratæ. Quarum recuperatione Casimirus Poloniæ rex contentus morigerum se apostolico legato Rudolpho circa pacis confectionem gessit ad cætera. Ostendens se victoria non insolenisse, et bello tam diuturno, non nisi quæ sua erant quæsiuisse. In hac autem re diuinum numen mortalibus quibusqz aliena per iniuriam occupantibus, formidandum est, quod iniustos rerū alienarū inuasores dum se magis tutos crediderint solet vlcisci seuerius. Mariemburgen autem castrum ideo in sua ditione Casimirus rex consistere & perpetuo regno Polonico applicare voluit. veritus vna cum consiliarijs, ne situs bonitate et murorum magnitudine ac robore in potentiam formidabilem sibiqz periculosam euaderet, et ex castri tam celebris ditione ac nomine, ordo quandoqz oportunitate conspecta, superbiret. Succisurus eo pacto ab ordine omnem hostilitatis atqz rebellionis occasionem atqz materiam ut fideles illos subditos et adiutores perpetuos haberet, quos annis multis hostes infestos pertulerat. Culmensis insuper Ecclesia suę matritri & metropoli Gnesnensis ecclesiæ tunc reunita est, quæ a Leschkonis Albi Cracouiensis, Sandomirien, & Pomeraniæ ducis et Polonorū Monarchia, vsqz ad tempora moderni regis Casimiri tertij annos circiter ducentos ab ecclesia Polonica abstracta, Liuonicæ Rigensi in rerū natura dum Chelmensis fundaretur nondum extanti, per longa non terrarū modo sed et mariū spacia adiecta fuerat. Quandoquidem callido & vafro ingenio, Carolus quartus Romanorū Imperator & Boëmiæ rex in abstrahen-

da à Gnesnen prouincia diœcesi Vratislauien quasi quo-
dam nouo præstigio visus est vti, ut iuxta ac dominiu
abstraxerat, ita & diœcesim appropriando nouo Archie-
piscopatui Pragensi abstraheret, nisi eius molitiones Casi-
miri Secundi Poloniæ regis scrupulosa cura repressisset.
Conatus est insuper magister & ordo Crucifericus denarij
Sancti Petri in diœcesi Chelmen vetustam redditionem,
negata per annos quatuordecim sedi apostolicæ debita
eius solutione, et tolerando totidem annis censuras, ex-
tinguere ius vetus & liquidum, quod terras et regiones re-
gni Poloniæ, quotiens vsurpantur iniuste detineri clami-
tat, existimantibus callidis coniectoribus, quod ius re-
gno Polonico & prouinciæ Gnesnen in terra & Ecclesia
Chelmen competens, tot tantisq3 adumbrationibus tol-
lere & perpetuo obliterare potuissent. Illo quoq3 die Bea-
tæ Brigittæ, Scotiæ reginæ oracula in secundo reuela-
tionu libro capitulo decimo nono versus finem constat
verificata esse, quoru et exemplar subnectimus. Ostendi
tibi supra de apibus quæ habent triplex bonu de apiastro
suo, dico tibi nunc quod tales apes deberent esse illi Cru-
ciferi, quos in illis finibus Christianoru posui, sed iam pu-
gnant contra me. Nam de animabus non curat, non com-
patiuntur corporibus conuersoru ad fidem catholicam,
et ad me de errore, opprimunt enim eos laboribus, priuat
libertatibus, in fide eos non instruut, sacramentis priuat,
et cum maiori dolore mittunt eos ad infernu quam si sta-
rent in suo consueto paganismo. Etiam non ob aliud pu-

gnant, nisi ut dilatent superbia, & augeant cupiditatem suam. Ideo veniet eis tempus quo confringentur dentes eorũ, manus dextra mutilabitur, et subuernabitur dexter pes eorũ, vt uiuant et seipsos cognoscant. Amen. Ad prophetiam aut beatæ Brigittæ etiam cælestis numinis accedebat ostensu. Stella enim ut in superioribus præmisimus crinita, per biennium exorta, quæ & bellum atrox diuturnumq3, et Crucifferorum exterris quas occupauerant portendebat amotionem.

Forma et condiciones initæ pacis perpetuæ inter Polonum et Cruciferum.

Conditionum autem perpetuæ pacis Prutheniçæ summa à me abscisius quo poteram compendinata, hæc est, ut cessantibus omnibus bellis, rancoribus, & infamijs rex & regnum Poloniæ terras suas naturales Chelmen, Michalouien et Pomeraniæ iuxta veteres limites cum omni integritate habeat. Magister & ordo de illis et earũ iure quomodolibet competenti perpetuè & in æuum, tribus villis duntaxat in Nerga exceptis, quas de speciali gratia Casimirus rex Magistro et ordini, ex terra Pomeraniæ, propter commodiorem piscatura in habenda venatione, sibi iure totius Nergiæ reseruato, largitus est. Item castra & oppida Mariemborg, Sthum & Cristhburg. Item ciuitatem

Elbing nouam & veterem cum suo districtu & oppido Thalkmyth et suo districtu, et officio Valdamplst, & sex villis castri Holand, et omnibus militibus vasallis, ad regem & regnum Poloniæ perpetuo pertineat, & magister & ordo perpetuo illis renuncient. Item quod tota terra Prussiæ, cu suis castris ciuitatibus, oppidis, militibus & villis (Marienburgen & Elbingensi castris oppidis et districtibus exceptis) et cum iure patronatus et ditione Episcopatuu Pomesanien et Zambiensis magistro et ordini perpetuo remaneat in illorum iure et dominio perpetuo consistat. Item quod piscaturaru Reuthel medietas cedat regi et regno medietas ordini & Magistro. Item quod Ludouicus Magister et quilibet suus successor magister Prussiæ sit princeps et consiliarius perpetuus regni Poloniæ et Commendatores principaliores a magistro pro tempore deputandi sunt regni eiusdem consiliarij in regis & regni Poloniæ protectionem, subiectionem, et defensionem perpetuo duraturam assumpti, et ab eis affectione regia tractandi, honorandi et diligendi, et in iuribus eorum conseruandi. Tenebiturq; quilibet Magister de nouo in magisteriu assumptus regi cuilibet pro tempore post sex menses a die Assumptionis se personaliter repræsentare, et tam pro se qua Commendatoribus & terris Prussiæ præstare regi & regno Poloniæ iuramentu de obseruanda præsenti perpetua pace, et nunquam petenda absolutione, aut relaxatione iuramenti, nec concessa aut concedenda vti, ac in sinistra regum Poloniæ habiturus locu primariu et sessionem.

1129

Item quod Magister & ordo ac terra Prussiæ et quæcumq; aliæ per magistrum et ordinem sub barbaris conquirendæ sunt, perpetuo regi et regno Poloniæ connexæ, iunctæ et vnitæ et inuiscerataæ, ita ut sint cum regno Poloniæ vnum et indiuiduum corpus, vna gens, vnus populus, in amicitia, fœdere, & vnione. Nullum alium quam reges Poloniæ præter Summũ Pontificem pro capite & superiore recogniturі. Laturi insuper illis contra hostes omnes auxilia, et vnquam illos in prosperis aut aduersis deserturi. Nec sine eorum speciali scientia & consensu celebraturi fœdera aut bella Catholicis moturi. Item quod Chelmen Ecclesia ad suam matricem & primitialem Ecclesiam Gnesnensem redeat, et illi reuniatur, ex regulari in secularem transferenda, in ditione regis et regni perpetuo duratura. Item quod Ecclesia Varmiensis cum suo capitulo et omnibus castris & ciuitatibus in ditionem et ius regis regniq; Poloniæ perpetuo transeat, renunciantibus illis Magistro & ordine. Item quod ad ecclesiam Chelmen præfatam promoueatur secretarius regius Vincentius Kielbassa, habiturus et Pomesanien in Commendam ad vitam. Eius morte secuta ad regularitatem et ditionem Magistri redditura. Item quod castra, ciuitates, oppida, villæ et quælibet loca ecclesiastica reddantur per partem vtramq; eorum ecclesiis, soluantur hinc inde omnes captiui, strataæ veterem habeant vsum, abstineatur ab omni impositione nouorũ Theloneorũ et depositorũ. Ad ordinem Sanctæ Mariæ Theutonicorũ, prædictum, etiam de subditis regni Poloniæ personæ assumã-

tur capaces ordinis, ita tamen quod non excedatur medietas, et in distribuendis Commendarijs et officijs ordinis, habeatur etiam ad illos respectus. Magister eligatur idoneus, absq; demerito et sine scientia regis et regni Poloniæ no ammouendus. Item quod rex regnum Magister & ordo, ad nullam ecclesiasticam potestatem vel mundanam recurret, et præsentis pacis solutionem petet, nec vtetur impetrata, vel motu proprio concessa. Item castrum, ciuitas oppidum, munitio in terris regijs Pomeraniæ Chelmensi et Michalouien quomodolibet intercepta, vel Magistro tradita, debet regi et regno restitui, aut cũ assistentia Magistri expugnari & econuerso reddi. Item quod castra, ciuitates ad regem et regnum et vice reciproca ad Magistrum et ordinem ex fœdere pertinentes in festo Sancti Ioannis Baptistæ cuilibet partiũ debent consignari & reddi. Et ciuiũ et subditorũ omnis hostilitas et rebellio perpetuo obliterari, vitaq; eorũ et fortunis securitas plena haberi, et quod omnes donationes, venditiones et alienationes hinc inde in bonis quibuslibet in partem alteram cedendi, sub bello facta debeant cassum et retractatum iri. Omnes profugi et exules militares dumtaxat & nobiles ad bona sua reuerti, de illis pro beneplacito disponi, et omnis bonorũ eorũ alienatio irritari. Ciues vero exiliati et profugi, in omnia æque bona, domos & agros restitui quę non essent vendita ante præsentis dictæ inchoationem, pro venditis quoq; licebit eis dare precii expositũ per emptorem. Item quod pacem ipsã omnes Episcopi

duces, Palatini, dignitarij, commendatores, militares, ciues regni Poloniæ et Prussiæ iurabunt seruare, renũciando omnibus exceptionibus iuris & facti. Item quod Casimirus Poloniæ rex et Ludouicus Prussiæ magister, et si firmam ratamq; pacem præsentem vel ex eo crediderint, quod à legato apostolico Rudolpho Episcopo Lauantino tractata ordinata, approbata, et confirmata sit, pro maiori tamen eius subsistentia et robore, per suos oratores instabunt, ut præsens pax fœdus & vnio, vtroncę per partem vtramq; celebrata confirmetur per Summũ pontificem specialibus bullis, adiecta pœna censurarũ in transgressorem cũ suppletione omniũ defectũ quacumq; auctoritate firmaturũ, et specialiter cũ cassatione allegationis, quæ prætendi quomodolibet possit, cum et in dictam vtraq; pars sponte venerit, & concordiã, fœdus & vnionem inierit vtroncę, et initam in singulis conditionibus & articulis speciali & expressa voluntate emulgauerit, sic bellũ in quatuor & decem annos protractũ, spe omniũ, propter cunctationem solam principis in rebus omnibus seriũs finitũ est.

Veronica uirgo vates legatum Rudolphum pace inter Polonos & Cruciferos

confecturum regi Bohemiæ Georgio prædicit. Qui

...busdam ex Polono Senatu at ipsis militi-
...bus pax non placet.

Tali itaq; quem ut præscripsimus modo, ordine e-
fadere, Prussia vniuersa postquã Polonos vario Mar-
te, multoq; cruore, et sudore annis prope tredecim exer-
cuisset, polonico regno vnita atq; dedita est, capitq; ex-
tunc area regni Polonici diffusis oris protendi, et nomi-
nis sui illustre præconiũ dilatari, salubri consilio, salu-
bri arte, et magis diuina, quam humana prouidentia, vi-
ctores victis et nigra crucis osores, cultoribus illius per-
mixti, at post cruenta et sanguinaria bella, viribus co-
piarũ et ingenijs callidis, terra mariq; gesta post gra-
uia odia, quę annis tredecim sanguis fusus vix exple-
re poluerat, pax optima, solida terra mariq; composi-
ta est. Cuius compositionis maximam partem laudis at-
q; extimationis Rudolphus Apostolicus legatus tulit, quo-
niam illo authore atq; agente ab infestis armis, quę
magnam turbationem Catholicis tantopere attulerat,
fuit discessum. Qui priusquam Vratislauia ad Thorunen
dietam egrederetur, oraculo deuotæ et religiosæ Veroni-
cæ virginis de Cracouia ortæ, sed circa Vratislauien
multis iam annis demorantis Ecclesiã, et frequentes ha-
bentes reuelationes, ad liquidum edoctus pacem Prute-
nicam à se confectam iri, quemadmodũ eidem Vero-
nicæ per visionem, qua in conspectu altissimi legatus
ipse visus est ab ea consistere, et dominicam à parte
traq; dextrã confringere, pruthenicũ belli confringendũ

1133

ab eo, angelo interpretante monstratũ est. Et quamuis pax
præfata et ipsa sui natura, et optimis æquisq3 conditioni-
bus suis lata esset, desiderabilis cũctis et iocunda. Vniuer-
si quoq3 viri pacifici et timorati, Casimirũ Poloniæ regem,
consiliarios suos, Rudolphum legatũ Apostolicũ cæteros-
q3 authores illius summis laudibus ad cælum eferrent.
Georgius tamen Bohemiæ rex dolore ingenti cadentis sue
ad irritũ spei angebatur, quippe qui Polonos Pruthenico
bello in multo longius tempus distineri atq3 exhaustum
iri optauerat, et per dissidentias cũ Cruciferis mutuaq3
bella regnũ Boemiæ sibi et filijs male quæsitũ et quæren-
dum diuturnũ fore crediderat. Qui cum iam primũ exru-
more sonoro et præcipiti confectam audisset, dudum cre-
dere renuit, ne indolendum sibi vehementius foret, si cre-
deret, asserens ingenijs suis abunde prouidisse, ne pacem
Pruthenicam confectam iri, et irarum atq3 bellorum flam-
mas, largo hactenus cruoris mutui imbre productas len-
tescere contingeret, dum vero contra ac ipse ratus pacis
Pruthenicæ, multorũ relationibus atq3 literis gloriosus cõ-
firmaretur exitus, stomachans & indignans et liuore se-
se excrucians, stabilem et diuturnã fieri non posse apud
suorum aures deducebat, et ex impedimento per Cæsare
et electores imperij Almaniæq3 principes dando, vel ex eo
solo quod mercenarij milites in parte vtraq3 in emerito
stipendio negligendi illam infecturi forent, coq3 vno respe-
ctu se & secum sentientes in communi anxietate & li-
uore quam maxime solabatur. Lithuanis quoq3 ipsa pax

sciebatur parum grata, molestius ferentibus quod Polonos bellis Prutbenicis occupatos, facultatem nocendi nacti, bello pulsare pro conferenda eis Podolia, et iure ac proprietate terræ Lucensis quæ Volhinensis antiquitus dicebatur abdicanda omiserint, et quod tempus expectatū amiserunt, quo Polonos et Prussiæ accessione atque potentia auctos, et cæteris impedimentis vacuos tam opportunè iam aggredi non posset. Porsere se deniqs nonnulli proceres Poloniæ ex pacis præfatæ prospero et inopinato euentu tum quod illis non adhibitis fœdus ictum deputabant ignominiæ, tum quod republica bello exonerata, & ea quæ emungere solebant rapturi non essent, et quæ detinebant regalia, rege pecuniarū abundantiā consecuto, amissuri. Nitebantur etiam per cæcam inuidiā eorum qui pacem tractauerant & confecerāt non sine manifesto et euidenti, propter pestem assidue grassantem periculo, quod soli illa non assequebantur honores corrumpere & præmia, astruendo potuisse confini pacem meliorem, pacisqs conditiones feraciores si præcipitatio non interuenisset, et rem integram ad conuentionem gnalem in Piotrcowiensem dilatum iri placuisset. Ignari rerum humanarū quæ fluxæ ac mobiles sæpe in aduersa, quotiens moderatio et æquitas illas non rexerit, diuino nutu vertitur, cum potius clementissimo Deo gratiæ immensæ ab vniuersis agendæ forent, quod ad pacem æquis conditionibus ineundā, parti vtriqs animos mentemqs tribuerit. Mercenarijs insuper militibus pax ipsa cordi non erat, pacis

qz non probabant capitula, qui veluti belli instrumenta sub pace minus se pensum iri, et præciũ suæ æstimationis et militiæ, ea secuta sciebant casurum. De hac autem pace et victoria Polonis neqz superbiendum, neqz gloriandũ est, ut pote quæ non eorũ viribus, industria aut merito, sed sola prouenit propiciatione diuina, Venerandumqz ipsis & assidue glorificandum nomen diuinũ, fortunæ quoqz expauescenda mutabilitas, et id maxime & ante omnia intelligendũ sentiendumqz dominia & regiones facile amittiri quæ contigerit, aut occupari per iniuriam, aut iure & iustitia non administrari.

Rudolphus legatus Pontificis innata modestia amplissima dona regis Casimiri renuit Magister Ludouicus cum præclaris honoratur. Legati Romam pro confirmando fœdere mittuntur. Rex nomine Summi Pontificis rogatur vt regnum Bohemiæ suscipiat regem hæreticum ac vna hæresim extirpaturus.

Honoraturus Casimirus Polonia Rex Rudolphum Apostolicum legatũ, suũ iam ex Thorun in Viratislauiam appropinquante discessum, & labores quos

in conficienda pace mensibus prope duobus pertulerat premiaturus, quatuor illi argenteas scutellas et duas pelues. Quadringentos florenos in auro, quatuor pocula deaurata, vestes multiplices sebellinas et mardurinas purpura nobili contextas, equos pulcherrimos, et nonnulla alia magnifica dona iuxta meritum transmittit. Quae pater ille sua illa celebri modestia suscipere aspernatus, ne sibi probro haberetur, humiliter à rege expetijt. Alaius se donum ex recusatione, quam recusationem & natura sua et sedes prohibet Apostolica, quam susceptione ratus ab ipsa sede et regis promotione, seruato cultu modestiae adepturũ, et quamuis ab insignibus et grauibus viris itidem a rege ad illum destinatis, ut ex donis ipsis saltem aliqua grata acciperet in animũ induceret. Iterum atq; iterum cum multipliciter vexaretur aspernatus tñ omnia, & petitionis frequentem instantiã, et petentiũ dignitatem manus suas ab omni incestus seruauit munere. Extendit et in Magistrum Prussiae Ludouicum suos spõnes Casimirus Poloniae Rex suae munificentiae dexterã, et vestibus triplicibus sebellinis valde optimis Magistrum vestiens, dat insuper pro viatico trecentos florenos, duas scutellas, et duas pelues argenteas, duos pulcherrimos equos. In Henricũ vero Plavienski hospitalarium, Gerhardũ Mollingrade Marschalcũ Liuoniae, Vilelmũ Epingen Commendatore in Osterode, Vricũ de Kinzberg in Slawa tenutariũ, duplicia vestimenta Sebellina et Mardurina, florenos et equos contulit. In Bernardum denique de Schumborg

Capitaneum Chelmen. Georgium Slivienski milites qui cum Magistro aduenerant. simplicia sebellina. In duos. vero fratres Cruciferos Magistro & cubiculo assistentes, suo, qui appellantur Kompani mardurina contulit, non co; putatis his quæ in Magistrum et omnes suos dum apud Thorunen diætam staret, per omne tempus contulerat. Nec his omnibus rex optimus contentus, nimia egestate & pau; perie Magistri cognita, quo sibi & regno illum et ordinem suum fideliorem efficeret, quindecim millibus florenorū eum donat, quibus suis stipendiarijs facilius soluat, et re; cedentibus mercenarijs ex Prussia militibus amenitas pa; cis robustius vbiqs consurgat. Qua quidem liberalitate Ludouicum Magistrum Prussiæ et omnes suos adeo rex, deuinxit, ut pro custodiendo pacis fœdere, impensius etiā quam exigebatur, operam suam nauaturos repromitteret, pœnitentia graui afflicti, quod Friderici Imperatoris Du; cis Austriæ et electoris Imperij vanis promissis delusi, in pacem perpetuam dudum ante cum rege & regno venire tardauerint nec vnquam alias priuatim et publicè ordo CRucifericus Polonico regno fuit coniunctior. Delegati posthæc nuncij ad Summum Pontificem Paulū Secundū in vrbem a rege, siquidem Vincentius Kielbasa. ad Ec; clesiam Chelmen nominatus, et Ioannes Ostrorog vtriusqs iuris doctor Castellanus Miedzirzecen. a Magistro vero Ioannes Vinkeler decretorum doctor sub vna comitiua ituri et post præstitam præstandamqs obedientiam, actas quoqs in Papam gratiarum actiones, pro bello diuturno.

opera sui legati summoto, confirmationem faderis de certa scientia aquo tenore petituri. Quibus quoqz & hoc iunctum est, ut Rudolphum Episcopum Lauantinú in Cardinalem pro suo merito enarratis suis virtutibus, et exactissima quam in procuranda pace prutbenica egit, cura, creari summo conatu exoptent et procurent, quem Casimirus Poloniæ rex dona sua abnuentem in perpetuú ipso acceptante delegit consiliarium, & ducentos florenos in Cuppis Cracouien pro annuo salario illi deputauit. Orditurus autem apud Casimirú Poloniæ regem rem fidei et Bohemicam (concreta enim erant) Rudolphus epus Lauantinus apostolicus legatus gratia quorú principaliter, ad intercipiendum bellum Prutenicú omni conatu æstuauerat, petita à rege audientia in Joannis Gnesnen Archiepi Jacobi Vladislauien Episcopi, Lucæ Posnanien, Joannis de Ritviany regni Poloniæ Marschalci præsentia CAsimirú regem nomine Summi Pontificis Pauli Secúdi orat, rogat, requirit et hortatur, ne sacra fidei rem in regno Bœmico ab improbo & callido hæretico Georgio Posdziebracski diutius in obrobriú totius Orthodoxæ fidei calculatum iri, et regnum illud contra ius fasqz detineri ab eius iniusto occupatore qui variis dolis et ut fertur etiam per venena nobilissimo inter principes adolescente Ladislao Bohemiæ et Hungariæ rege enecato quæsinerat, detineri sinat, eo maxime attento quod regnum illud penè eiusdem linguagij et nationis cum suo Polonico sit, et nulli alteri quam sibi, ratione consortis reginæ Elisabeth regni illius ex patre,

auo et protauo vnica hæredis, et filijs suis quos dono dei frequentes in spem regni eiusdem progenuit debeatur. Addit præterea esse in regno illo plures insignes Barones fideles & orthodoxos, esse et plures numero ciuitates præsertim Vratislauien, esse & Slesiæ principes dominatum suu, et susceptionem regni Bohemiæ magnopere expetentes, et qui essent non secus quam perniciosam pestem Georgium deserturi. Consurgeret itaq; et regnum illud primum pro dei honore et fidei Sanctæ exaltatione, deinde pro iure sibi debito et gentis ac linguagij idemptitate, a monstris hæreseos ac detentione iniqua solueret, amplificaturus eo ipso premiu sibi apud deum et nomen apud posteros. Quod si forte regni Poloniæ et cæterorum suorum principatuum cura & charitas eum a suscipiendo distineret, aut daret saltem pro rege Boemiæ filium suu Vladislau natu maiorem, aut si id quoq; molestum esset, secundo genitum Casimiru, aut tertiu genitum Albertu, et ad extremu vltimo tunc genitum Alexandru. Tutissimam regni sedem apud Vratislauiam donec cætera in ditione accederent habiturus, siue solus præsidere vellet, siue filium aliquem instituere mallet. Neq; enim fas ducunt cæteri principes suscipiendi regni Boemici et exterminandæ hæresis sub Georgio plurimum virus suu diffundentis Casimiro Poloniæ rege, filijsq; suis superstitibus regimen assumere. Casimirumq; regem aut aliquem filiu suum, et non aliu tam Summus Pontifex & collegium Cardinaliu, quam omnes reges & principes orbis iustum & legittimu, ad assumendum regni illius diadema

destinant, facilẽ diuinitate propicia et pestiferum ritũ, et iniquam Georgii dominationẽ obtrituri. Ad quam rem operosius expediendã, et Summi Pontificis prestabuntur fauores amplissimi, et peccuniaria auxilia, et totius Slesie ac Lusacie, ego ipse plenam possessionem politeor. Breui Casimirus rex cum suis deliberatione capta, respondet legato, legationis sue continere seriem ardua, nec super illa sub angustia temporis et ab ipso et consiliarijs suis rerum Pruthenicalium expeditione fessis, et in recessum ob grassantem in Thorun pestem festinantibus, posse quicquam bene transigi. Proinde ad dietam Piotrcouiẽ circa principium mensis Maij ab eo et frequentiori consiliariorũ numero tenendã, personaliter veniret, responsionem sue legationis illic fauente domino accepturus.

Mercenarius miles otii impatiens Pelcznicz am oppidum Stolpensis diocesis occupat quod castro Drahim Polonis restituto mox reddit.

Omnibus apud Thorunẽ dietam propicia diuinitate ritè expeditis mercenarijs etiam militibus sui stipendij solutionem in diem vsq; beati Ioannis Baptiste prolongantibus Rudolpho apostolico legato in Vratislauiam, Ludouico

Magistro cum omnibus suis in Prussiam diuertensibus. Casimirus Poloniæ rex die Martis vigesima octaua Octobris de Thorun in Nieschoniam egressus per Raczią Vtiskithki, et loca villarum abstracta vitando auriam infectam die Solis octaua mensis Nouembris in Lozinicze peruenit, ubi extunc ordinandis expediendisq3 plurimis rebus, nonnunquam etiam tractandis venationibus intentus, vsq3 ad vigesimam nonam Januarij cum consorte sua Elisabeth regina mansit. Sub idem tempus mercenarij milites tam magistri quam regij ne sui stipendij solutionem sufferendo cassas feriæ viderentur agere, grege de duobus millibus in vnum coacto, duce Joanne Schuale iniussu regis & magistri in Stolpensem terram, quæ ab Vlrico Stolpensi duce tenebatur transeuntes, oppidum Pelczniczam occupant, et omne tempus hiemis illic agunt, regijs iussibus non attentis qui illos inde discedere per Joannem Richerz cubicularium suum, geminata vice ut inssionis efficaciam iteratio testaretur: Interceptum & tunc fuit castrum regium sub Joanne Marczinkowski Cassubita, per vnum ex Stolpensibus, cuius erat Pelczniczа, quapropter concordatum fuit ut Polonus cederet de Pelczniczа, Saxo de Drahsim. Et in hunc modum pax reintegrata est inter Schranke, et ducem Stolpen, qui personaliter Srancum & suos in Pelczniczа cum quatuor millibus cinxe-

Prag:

Synodus Norimbergę

trultra tit pro reprime-
dis Turcarum insultibus

vnde legati regis Bohemiæ vt hæretici tur-
piter excluduntur.

Vndecima Nouembris apud Norimbergam gene-
ralis dieta à Frederico Imperatore instituta, ad proui-
dendum rebus fidei et Catholicorum contra Turcas, in
Catholicorum exterminiũ et terrarum eorundem occu-
pationem assidue grassantes habita est. Ad quam licet
Summus Pontifex Paulus Secundus legatum suũ Pan-
num auditorem, & Imperator Romanorũ oratorem suũ
misisset, venisset insuper frequens numerus principum Al-
maniæ, et quadraginta quatuor ciuitatum & communita-
tũ nuncij comparuissent, varijsq; tractatibus, ingenia, ad
reprimendam Turci seuitiam, varia inuenta sudasset, singu-
lis suam operam in opus tam necessarium pollicentibus, du-
ce tamen idoneo, qui onus in se susciperet, & susceptum ge-
reret non extante, omnis illa solicitudo perinde ac ra-
dice non subnixa euanuit. Nuncij Boemiæ regis Ge-
orgij Albertus Costka, & Benedictus Rithsimilier licet
in apparatu ducentorum & sexaginta equorũ numero
in dietam huiusmodi venissent. Pantino tamen legato
Apostolico, Georgium prælatum pro non rege sed hæreti-
co a Summo Pontifice deposito, priuato, damnato, censu-
rato, et interdicto extimante non fuerunt audiri, neq;

in colloquiũ aut consessum admissi sunt, sed per omne tempus dicta prafata conuersatione orthodoxorum eis negata, magno ludibrio habiti, licet regem suum cũ omnibus Boemiæ potentijs in Turcorum bellum callido satis ingenio, non quod præstare possent sed ut æstimationem regis sui apud ignaros efferrent, & facinus suæ hæresis adumbrarent, obtulissent, qui deinde subnectendo petebant, ne rex eorum denunciaretur vt privatus, damnatus, & hæreticus, sed dicta altera instituta infidei causa daretur sibi audientia et defensionis facultas. Ad hanc autem ignominiam Georgio prafato et suis alia accessit pernicies. Ioannes Rosciczan Boemicæ hæresis vertex dolosus auriga, et scelestus artifex subita paralisi apud Pragam percussus loquendi vsum amiserat, iustissimo Dei iudicio id perpessus, vt qui pestifera lingua plurimos in errorem et damnationem, scorpionis more lingendo et virus infundendo traxerat, in lingua ipse vives adhuc mutilationis sentiret tormentum.

Ezigeri Tartarorum dux moritur.

IN ea medietatem mensis Augusti Tartarorum Imperator Ezigeri absumptus est, et vt nonnulli ferunt à suis venenatus, qui sub omni tempore sui imperij pacem optimam cum regno Poloniæ et terris Russiæ custodiuit & tenuit, humanus ciuilis-

ep̃ et bene agendi cupidus, qui & suis potentijs Christianos contra Turch dummodo Casimirus Polonia rex sibi id imperasset, enixius se vinaturum obtulerat, qui Thartaros à praedis et rapinis abstrahens, agros colere, Mechanicas artes agere, et elaborato aut mercato cõegerat viuere. In Polonos qui frequentes apud illum agebant militiam, quod enixius in certaminibus pro eo susceptis operam suam pro victoria nouasset, & in omnes Christianos vndecumq̃ ad se venientes, et in suo commorantes imperio, adeo humanus ciuilis et liberalis, et nequicquam barbaro homini & in ritibus Mahumetitis educato, quamuis nihil attinet mores natione perpendi conuenire videbatur, maiori Christianorũ quam suo damno extinctus est.

Corrupti mores hominum.

Tempus apud Polonos non in anni tantummodo presentis, sed & transactorum, omni genere malitiae quodammodo secundum erat, siue ex impunitate sceleris, siue ex diuturnitate vicinum assiduè bellorum, siue ex caelestium inclementia proueniens (capillum enim aduersantem frangere & in circinos cogere, ad muliebres blandicias amictu expolire, cesariem peplis, foris & domi nocte & interdiu obuoluere, molitie corporis cum faminis certare, capillo ex casarie permisso, illas vincere, pectoris loca splendoris quod alias vix faminis permittebatur obuoluere, illom

temporum grande extabat specimen. Et peruersorum ne-
quitia, per dissolutam impunitatis licentiam, supra solitu
excrescente, sic in annis illis scelerum diluuium inundauit,
ut omnes facinorum terminos et metas transcendisse vide-
retur. Plerisq; nullam habendo patrimoniorũ æstimatione,
effuso censu in furta dilabebantur & rapinas. In nonnul-
lis enim Polonis notabatur auarus superbus tener & degener
animus iustissimis obluctans imperijs, & de ordine religio-
nis christianæ, et quod omnia superat facinora, de legibus
diuinis & ecclesiasticis male existimans. Non se malebat,
et prauaricationes suas emendare, sed superiores. Ex su-
periorum suorũ factis virtutibus, aut imaginibus superbies,
loquebatur grandia, totus tumebat, quasi alta & heroica
ipsemet fecisset, & sine cultu virtuosæ actionis semper se
in anteriora ridiculus Trasonis imitator extendebat. Ita-
q; ut non de singularibus personis, sed de vniuersis iustius
scribam, leges diuinas & scita contemnendo irridemus &
floccifacimus, nec satis scripturarũ comminationibus credi-
mus, nec diuina imperia aperto pectore haurimus, leuissimè
q; ventura vitæ & salutari perpetuæ, iuxta ac si semper
hic victuri insistimus. Neq; ad mortem & rerum omniũ
consummationem aspicimus, portum vt nunquam recusandũ
ita aliquando ingrediendum. Optimos insuper nos & iustos
nostro vel assentatorum infatuati iudicio rati, mutari &
corrigi dum tempus est negligimus. In conferendis Magistra-
tibus & officijs venalitas & mercatura, mutuas tunc
exagitabant vites. Nec plus honorato aut sensato, sed

eroganti magistratus contingebant. Diuinam euacuare nonnulli vi suam statuerent authoritatem, nitebantur. Morituri ob id scelus sine liberis, aut degeneres & ignauos illos relicturi, in se finaliter aut in sobole puniendi. Multos denique cum statum per vim & iniuriam diuinam & humanam cœpisse, qui diuturnus esse sine rerum mutatione non posset. Nec operiuntur cum tremore diebus ac noctibus, quas in solatijs deducunt, quod reddituri sunt tandem districta de nouissimo quadrante rationem. Quod non ex alio reor prouenire, quam quod non statim flagellū appropinquat eorum tabernaculis, nec cum hominibus verberari merentur aut flagellari, sed cum dæmonibus:

Pestifera aura uehemens in Polonia grassatur. Georgius Pozdziebraczki hæreticus declaratus

per Summum Pontificem regno Bohemiæ abdicatur.

Annus hic apud Polonos plurimum insignis & memorabilis, in quo bellum Ruthenicū annis prope tredecim assiduo vrgente Marte extinctum est, et æquis conditionibus firmata pace, terræ naturales Michalouiensis, Chelmensis, & Pomeraniæ regno Poloniæ restitutæ. Prussia

1147

capit esse subiecta & vnita. Epidimia peste regiones Poloniæ ferè vniuersæ, ora tamen Pruthenica, Pomeraniæ Russiæ & Masoniæ excepta, quam graviter vexata et fere per vniuersum Poloniæ regnũ, in vicis vrbibus atq3 villis discursione mirabili, dum nonnullas villas præteriret, cæteras inficeret, per nota & ignota capita late vis morbi peruagata est. Tractus enim cœli infectior, pestem longo durantem tempore non quidem omnia peruadentem loca, sed hinc & hinc, & primum in vrbes, deinde in vicos & rura se diffundentem, causabat humiditate & inopia frugum. Singulis enim mensibus frequenter descendebant imbres. Insuper & hyeme calida et fere sine exemplo, cuius caliditas pestem vehementius promouebat, & vsq3 in dies quadragesimales produxerat, sub quibus propiciatione diuina quieuit lues. Opportunus & ipse annus ad rescindendum bellum Pruthenicum, nec reconciliationis tempus aptius eandem referens astrorũ reuolutionem, sub quibus bellorum stridor ceperat, & astronomorum iudicio nisi præsenti fuisset rescissum bellum, in multos futuros producendũ. Accedit his quod ex dominio suo, annis multis super mortales continuato, Saturnus discordiam bellorũ rixarum & pestium sator, Excessit, & Ioui benigno Planetæ dominiũ reliquit.

Nec apud Polonos solum, sed & apud Bohemos is annus insignem se Georgij Pozdziebraczki regis Bohemiæ depositione, priuatione perpetua, per Summum Pontificem Paulũ Secundum facta, præstitit, vbi enim ad liquidum quod dolosa simulatione celatum iri sudauerat, cognitum de-

prehensumqꝫ est, qualis & quam vasra, quamqꝫ adulterina iuramenti sui in coronatione de tenenda fide orthodoxa praestiti series extiterit, ex qua professionis & operis effectus faedus & scelestus erupit, praefatus Summus Pontifex Paulus Secundus praefatum Georgii Pozdziebracki omni honore regio ducali, ut & tanquam haereticum relapsum vigesima tertia decembris Romae priuauit, & omnes subditos regni Bohemiae ab eius obedientia et iurisditione absoluit, ac ipsum & filios suos, ac posteros ad consequendas quaslibet dignitates & honores inabilitauit:

Annus domini Millesimus Quadringentesimus Sexagesimus Septimus.

Capit & me scribentem praesentia annalia, non mediocris super bello Pruthenico finito, et restitutis terris abstractis dudum. Prussia quoqꝫ regno vnita voluptas, vt pote qui molestius tulerant Polonicum regnum a varijs nationibus laceratum in eam diem fuisse. Fortunatum me & caeteros coetaneos meos ratus, quibus reintegrationem ipsam post tot secula videre contigit, crediturus fortunatiorem si Slesiae, Lupsensem & Stolpensem eras in quibus tres Episcopatus a Boleslao magno Polonorum primo Rege & patre suo Miecislauo fundati, Vratislauiensis videlicet Lubucen et Camenensis con-

nensis consistunt, reddi quoq3 et reuniri regno Poloniæ per clementiam diuinam me inspectante contingeret. Lætior enim exhinc discederem, & in somno meo suauius mollius q3 quiescendo accumberem.

Sigismundus Casimiro regi Cozinicix nascitur. Legatio Boemiæ regis apud Casimirum.

In rure villæ Cozinicæ in Radomien supra Vistá consistente districtu, Casimirus Poloniæ rex huius anni Saluatoris natalem cum regina Elisabeth egit diem, propter Epidimiæ pestem facilius deuitandam. Die autem Iouis prima mensis Ianuarij sub noctis medio in diem succedentem, quintus filius, sed octaua proles Casimiro regi per Elisabeth reginam apud Cozinicæ productus est, fonte baptismi à Ioanne Racouiensi Episcopo, sub præsentia nonnullorum Baronum in loco eodem regeneratus est. Geminati aui Romanorum videlicet imperatoris, & alterius magni Ducis Lithuaniæ Sigismundi, cognominationem sortitus. Casimiro autem rege, feria quinta ante festum Purificationis ex Cozinicæ interras Lithuaniæ processuro Paulus præpositus Monasterij Scheradensis in Praga sacri ordinis Dominici Hierosolymitani de rubea cruce a rege Boemiæ Georgio missus aduenit, id in summa literis & voce à Casimiro rege petens, ut suæ ditionis rumo-

res disseminantes quibus Casimirus Poloniæ rex Vratislauienses in suam protectionem suscepturus significabatur cohiberet, certioremq3 Georgiũ Boemiæ regem faceret, obseruare velit ne an non fœdera secum in Glogouia inita. Iam siquidem præfatus Georgius cognouerat se a Summo Pontifice Paulo Secundo solenni processu instaurato a regno Bohemiæ depositum, & ut hæreticum relapsum, damnatum, & omni priuatum honore habito et habendo. Iam senserat legatum apostolicũ Rudolphum Episcopum Lauantinũ de suscipiendo regno Boemico Casimirum regem magna cura & conatu Summi Pontificis nomine solicitasse, & omnium Catholicorũ tam Baronum quam ciuium & agrestiũ in regno Bohemiæ consistentium, quorum Zdeniek Konopnic3ki de Sterbarg Burgrabius Prazen erat princeps, animos a se alienatos esse, in bellum illi publicè mouendũ spectare. Propter quod Casimiri regis vafra satis & callida legatione palpabat explorabatq3 mentem, literis insuper satis prolixis, & Casimiro regi & pluribus alijs regibus Catholicis destinatis, processum depositionis per Papam factũ, infectum, causam vero suam iustificatam iri contendebat. In quibus degenere & indecora vafritie dum se purgare & nobilitare exestuat, maiori fuscamento denigrat, nonnullorũ suorũ consiliariorũ & signanter Gregorij de Hamberg temeritatem & insaniã suam cassis nutrientiũ preconijs ad vesanã mentem pertractus. Depositionis autem suæ tenor Apostolicus

talis extat:.

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriã. Saluator noster Iesus Christus vitis vera & pater eius agricola, discipulos fideles q3 suos in illis instituens, inquit, Si quis in me non manserit mittetur foras & arescet. Cuius Summi doctoris et Magistri doctrinam imitantes, et mandata exequentes. Nos qui licet immeriti ipsius vicem gerimus in terris, palmitem iamdiu aridum, et ab ipsa vera vite qui est Christus Saluator noster a seipso præciso, in vinea domini Sabaoth Georgiũ alias Przibkum de Kunsthath & Podiebrath regni Boemiæ occupatorem, amplius ferre & inspicere non valentes, fama publica nobis ipsius Georgij hæreses & blasphemias, & sacrilegia referente, & causam inquisitionis super his denunciatis excessibus, venerabilibus fratribus nostris Visarioni Thusculensi, Ioanni Portuensi, et in ipsius Ioannis absentia Guilerino Hostiẽ Episcopis, ac Bernardo tituli Sanctæ Sabinæ præsbitero, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ex certa nostra scientia commisimus examinandũ, & successiue coram ipsis legitimè cõstituto processu, citatione etiam personali decreta cũ prolixiori quam expediens fuerit, ex benignitate præfixione termini ad comparendũ, & se de prædictis criminibus, de quibus infamatus & denunciatus fuerat, coram prefatis iudicibus excusandũ, et ipsius non comparentis accusata contumacia, ac ipso ex nostra & Apostolicæ

sedis clementia & patientia, si forte resipisceret, & ad cor rediret, etiam post lapsum dicti prolixioris termini præfixi de mandato nostro expectato seruatis terminis & prolixiori cautela iudiciaria, quam ipsorum criminum euidentia & qualitas exigeret, & in ipsis terminis singulis citationibus emissis, examinatis etiam diligenter per alterũ ex dictis delegatis inditibus, testibus fidedignis, & ipsorum testimonijs & attestationibus fideliter inscriptis redactis, & eorum omniũ quæ deducta & probata sunt in processu, ab ipsis delegatis à nobis iudicibus, habita in præsentia quam plurima doctissimorum, venerabilium fratrum, Archiepiscoporũ, Episcoporũ & aliorum diuini & humani iuris doctrina experientia peritorũ, plenaria relatione, et super his matura discussione, comperimus: præfatum Georgiũ Drzicum fuisse et esse hæreticũ pertinacem, euidentem et in deterius semper prolabentem, hæreticorũ fautorem hæresumq; in generali concilio Constantien damnatarum defensorem, blasphemum, periurum ipsumq; in dictis iamdiu damnatum hæresibus natum, nutritum & educatum, Catholicorum in regno Poloniæ persequutorem. Et vt talem notoriæ et publicæ à Christi fidelibus ibidem & alibi existentibus habitum, et pro tali seipsum publicè profitentem. Idcirco nos quibus ex officio curæ pastoralis hoc præcipuè onus humeris incumbit, ab his delegatis, & alijs quibuscũq; iudicibus, causam ipsam ad nos harum serie aduocantes, de venerabilium fratrũ no-

strorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Archiepiscoporũ & Episcoporum aliorumq3 diuini & humani iuris magistrorũ nobis in his assistentiũ, vnanimi consilio & assensu, præfatum Georgium alias Brzikum hæreticum, pertinacem, hæreticorum fautorem ac hæresum iam damnatarum defensorem, periurum, sacrilegum fuisse & esse, ipsumq3 dignitate regia, Marchionali, ducali, aut quauis alia, si qua præfulgeat, bonisq3 omnibus ac temporalibus dominijs, & iuribus priuatum, & ab ipsis amouendum, omnes & singulas penas & censuras à iure contra relapsos in hæresim, periurium ac fautores et defensores eorum incurrisse. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis apostolica autoritate tenore præsentium decernimus. pronunciamus & declaramus, ac ipsum ab huiusmodi dignitatibus dominijs et bonis priuamus et amouemus, posterosq3 suos filios et liberos inhabilitamus, inhabiles fore declaramus & à dicti regni, Marchionatus, ducatus et cuiuscunq3 dignitatis susceptione vel electione, absoluentes omnes & singulos Barones Ciuitatũ, & subditos dicti regni quoscunq3, ab omni subiectionis, omagij & fidelitatis iuramento, vinculo & obligatione quacunq3. Actũ Romæ in publico consistorio vigesima tertia mensis Decembris. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Sexto:-

Ludouicus Magister

Prussiæ moritur.

Die Saturni quarta mensis Aprilis, aliâs Sabbato ante conductum Paschæ, Ludouicus de Erlichausen Prussiæ Magister vigesimus nonus stabilitis & compositis pulchro ordine commendarijs et officijs ordinis, & in ipsas commendarias et officia fratribus ex ordine qui sedato bello superstites fuerant suffectis. Pomerania & Culmensi ac Michaloniensi terris in corpus regni Poloniæ redeuntibus, nouas commendarias & officia in terra Prussiæ, nouamq; sedem pro magistro apud Kinsberg creari & erigi oportebat, tactus infirmitate quæ diebus quindecim illum macerauit, omnibus Sacramentis potitus Catholicè & religiosè apud Kinsberg moritur, et in Ecclesia Sambiensi sepelitur, cum annos decem et octo in Magistratu exegisset, vir modestus & lingua latinæ aliquantulum gnarus. In Bacchum ti et Venerem parum asserebatur temperatius, miro affectionis amore in CAsimirũ Poloniæ regem, propter præstita sibi à rege in Thorun liberalitatem, & beniuolentiam ardens, adeò vt frequentius languens ingeminaret, non ob aliud magis se propter imminentem è uita excessum afflictum, iri, nisi quia diutius benignitate regia frui non valeret, cui etiam grabbato decumbenti rex pulcherrima et insignia munera, per Stanislaũ Visliczici transmiserat, quæ cum maius vitæ desiderium in eo accendissent, supre-

ma ad regem mandata dedit. Et tu (inquit) rex perpetua superum felicitate floreas, ego ex confecto federe pacem ordini meo relicturus, abunde cæteris lætus hoc vno torqueor, quod præcipiti morte subducendus, diutius tua bonitate defungi non possum. Moribundus autem ordinem meum in tuam defensionem dedo.

Acceptis et datis literis pacis inter se et Cruciferos factæ Casimirus Rex novos creat magistratus in Prussia Nurdumla ad Tartarorum Imperator exemplo patris Ezigeri amicum se fore regi declarat Militibus pars stipendij solvitur Vladislaus de Domaborz Castellanus et Capitaneus Nakelensis capite plectitur.

Legationes & regis Boemorum et Senatus Boemici Casimirus rex audit. Vratislauienses affliguntur. Vincentius a Summo Pontifice cum ambiguis responsis de fadere CRucifero confirmando domum redit:-

DIe Solis tertia Maij dicta Piotrcouien agi capta est. Ad quam Casimirus Poloniae rex ex Lithuania (in qua vt in superioribus ostendimus tempus hyemis absumpsit) per Drohicźin & Radom (regina Elisabeth cum pignoribus et impedimentis in Nouam ciuitatem Corczin remissa) aduenit, et consiliarijs tardius conuenientibus in legationibus audiendis aliquot dies absumpti. Aduenerant etenim ex parte Crucigerorũ de Prussia ordinis, Henricus de Plauen hospitalarius supremus, & Cunradus de Lichtenhaim, aduocatus in Sthum, qui literas super pace perpetua in Thorun confecta, sigillis Magistri, Commendatorum, ordinis, militarium et ciuium Prussiae, plenas, reuersales regis & regni sub simili plenitudine sigillorũ exacturi attulerant. Sub quorum potentia a prelatis, Baronibus et ciuibus regni qui in Thorun adesse non poterant, iurisiurandi religio de pace tenenda praestita est. Venerant & militares ciuesqꝫ Pomeraniae CHelmen & Elbingen, apud quos etiam Casimirus rex statu rerum permutato mutare officia, & nouos dignitarios instituere inductus est, creatoqꝫ Palatinatu et Castellanatu apud Mariemborg, qui alias in Elbing creati fuerant, Palatinatum Mariemburgensem Stiborio de Baisen, qui se tuc

gubernatoris officio abdicauit. Castellanatum vero Fabiano de Maul contulit. In Palatinatum Gdanen̄ Ottam Machvicz. In Castellanatum vero Nicolaum Pilavski suffecit. Contulit et Castellanatum Chelmen̄ Ludouico de Mortangen. In Palatinatū vero Gabriel de Baisen erat adhuc superstes. Aduenerant & noui Imperatoris Tartarorū, vocati Nurdavlad, qui patri Ezigero in imperio succesſerat, nuncius qui Ezigeri morte commemorata hunc in imperium omnium principum & Vlanorum vnanimi conſensu ſublimatū, caterisq3 fratribus prælatum deduxit, offerens illum in pari liga, amicitia & fœdere iuxta ac pater Ezigeri manserat, cum Caſimiro rege regno & principatibus ſuis manſurū, et hostes & amicos regios et regni, pro hoſtibus & amicis habiturū, & contra quemlibet hoſtem fidelia ſeruitia regi et regno laturū. Huic reſponſum est, regem et regnum de morte Ezigeri ſincere doluiſse & dolere, de filij vero sui in ſolium paternum & imperium ſubſtitione tu lætari conuenire, exiſtimantibus. illum paternos mores et virtutes, et veſtigia ſectaturū, et fœdus & amicitiam regis & regni Poloniæ non ſecus, imo & enixius quam genitorem cuſtoditurū, regem vero & regnū Poloniæ eius auxilijs si res vnquā poſtulauerit, vſurum. Ad res denig3 publicas expediendas et milites, qui annis tredecim apud Pruſsiam meruerunt, ſoluendos, qui infrequenti numero cum coniugibus et pueris pannoſi Piotrcouiam aduenerant, gratia quorum diata ipſa principaliter noscitabatur inſtituta, omnis conuerſio facta est, plu-

resq3 dies in inuestigando modo, per quem solui milites, cum ærarium nullum extaret, et priuatorũ sumptus superioribus annis exinaniti, et inopes essent absumpti, adeo ut dicta ipsa in dies decem et septem protenderetur. Et quoniam in conuentionibus particularibus apud Nouã ciuitatem Corczin et Sroda decima octaua Aprilis tentis de ferendo subsidio, maiori militum parte renitente, statui non poterat quicquam. Consiliarij quoq3 maiores a decernendo suffragio crediderant satius abstinendũ, ne irritatis militum animis, qui collaturi erant suffragiũ, rem infectam iri contigisset. Instituta sunt itaq3 nouæ conuentiones, vna pro militibus maioris Poloniæ in Colo pro die Sancti Iacobi, altera pro militibus Cracouien pro festo Sancti Laurentij in noua Ciuitate Corczin, quatinus ex Colensi in noua ciuitatis cui solus Casimirus rex præesse rogatus est, venire. In singulos deinde stipendiarios duo aurei collati sunt, quatuor infra mensem pollicitis, quo aquius residui stipendij dilationẽ tolerarent. Vladislao de Domabor3 Castellano & Capitaneo Nakelensi imperatũ, quatinus fideiussores daret, ne seditionibus & bello intestino rempublicam turbaret, solicitauerat eius stipendiariorũ animos, quod et postea libere professus est, ut ex Nakel & Domabor3 veteribus suæ possessionis castris, ex Vangrowiec3 quoq3 & Pakoss de nouo incastellandis bellum secum vna, qui sibi regem in multis deberi propter bellũ superioribus annis in Cruciferos gestum astruebat, regno inferrent, pace deniq3 perpetua

1149

vbiq3 parta, ipse in armis erat, et Sluchow castrum frau-
de intercipere, vel vi expugnare adortus, quoniam secus
cesserat, Sluchowien regionem pecore, Naklensem tri-
buto imposito pecunia mulctauit. Is cum dissuadentibus
sibi necessarijs dare vades negaret, tredecima Maij ra-
ptus, et Petro de Schamotuli Castellano & Capitaneo
Posnanien si traditus, ac deinde in Calisch ab eo ductus,
quatuordecima Maij publico gladio truncatus est, et gli-
scens seditio extincta, singulorum enim iudicio si solu-
tus foret, non dubitabatur ad sua ingenia reuersurus.
Casum illum iustissimo iure latabantur ferè omnes, quod
& superiori tempore Sluchowienses milites ad eum data
securitate venientes palo infixerat, plerosq3 tormento
ex castro proiecerat. Gnesnen etiam milites spolijs af-
flixerat, sed et furtiuam multarũ monetarũ officina
asserebatur fabricasse, non genus illi tunc suffragatum est,
neq3 maiorum imagines, ex domo siquidem bipenniũ
trahens originem. Matthiam Iuniuladislawien Palatinũ
parentem habuerat, sed nec splendidum communi gene-
ri, quod cum filia Venceslai Ducis Ratiborien nactus
erat. Quod si eadem iustitia in cæteros extenderetur
malignos, benigniori oculo deus Polonicum regnum & e-
ius rempublicam intueretur. Captus est sub eadem die
quo & Castellanus Naklen Ioannes Rzeschowski Cano-
nicus CRacovien et Capitaneus Nouæ ciuitatis, dum ex
Piotrcow à rege in nouam ciuitatem rediret, à vispilio-
nibus et furibus pravis infestantibus et multis pecunijs

vestibus & clenodijs regijs et suis exutus Joannes Nie-
miecz propter furta proscriptus, habens coadiutores plu-
res, furto et rapina viuere assuetos, ex regno inter quos
Joannes Vloszowski de genere & domo Thrzaski, qui
Roch deferunt, huius facinoris asserebatur patrator.
Is tamen ex manibus ducentiũ se media die, circa vil-
lam Konopiska, prope Czastochoua, suffragio diuino
et Sanctæ Mariæ, et Sancti Stanislai patrocinio, quibus
se frequenti oratione deuouerat, incolumis eodem ferè
quo Castellanus Nakelen truncatus est die, euasit, & qui
vno die capti fuerant, vna die pertulerant, destinata
sibi à deo stipendia, vnus liberationis alter truncati-
onis. Aduenerat et in dietam ipsam Georgij de Posdzie-
brath pro Bohemiæ rege se gerentis nuncius Joannes Hi-
czinski de Schumberg Moranię Baro, qui obtenta audi-
entia orabat, ut Casimirus Polonię rex fœdera apud Glo-
gouiam inita Bohemis et regi eorum seruaret, negz fauo-
rem rebellantibus sibi Baronibus et Vratislauiensibus im-
penderet. Nec se bellis eorum factisqz misceret, si quibus
iniurijs damnis, et prædis Poloniæ rex ex dominijs suis
lacessitus sit, curare velle, ut hæc singula propediem tam
restitutionem, quam reformatiõm accipiant, et omnis tam
hostilitatis quam inuasionis succidatur respectus. Huic
responsum est Casimirũ Poloniæ regem fœdera apud Glo-
gouiam icta, sincerè in eam diem seruasse, a regno Boe-
miæ et suis frequentius violata fore, non abnuere Poloni-
æ regem stare fœderibus, si à Boemis quoqz, et eor re-

ge fuerint custodita, et spoliatis atq3 lesis debita satis-
factio impensa. Laetus hoc responso Ioannes Hiezinski, ad
dominum suum Georgium Bohemiæ regem redit, frequen-
ti pollicitatione affirmans, se singula pro voto regis Polo-
niæ impleturum, et vniuersas transgressiones extemplo cor-
recturum. Multis siquidem & varijs circumdatus bellis,
et maioribus se circumdandũ veritus, bellum sibi à Poloni-
æ rege mouendum non secus quam extremam status sui
perniciem exhorrebat, facile oppressurus cæteros, si dũ-
taxat Poloniæ rex quietus illi foret. Conuentione disso-
luta consiliarijsq3 in ædes proprias redeuntibus, dum
Casimirus rex expeditioni stipendiariorum intentus, a-
pud Piotrcoviam consisteret, nuncius Baronum Bohemiæ fi-
dem catholicam tenentiũ, quorum Tdenko Konopnicæki.
de Sternbarg princeps erat, cum literis illi oblatus est, qui-
bus rogabatur obnixius, ne rex in regno Christiano Sla-
uonici generis quod nulli alteri quam sibi et natis suis
iure multiplici debetur, hæreticum hominem principari,
et in fideles grassari, ac opprimere sineret, ferretq3 ipsis
auxilium laborantibus, quorum sex castra Georgius
Podiebracæki obsidione coartauerat. His rescriptum est,
abscessisse singulos ex Piotrcou consiliarios, nec posse su-
per re nodosa non nisi illis actitis et consultis decerni
quicquam. Cauebat siquidem Casimirus rex ne se quoquo
modo bello Bohemico, quod Ruthenico sublato exarserat,
misceret, quodq3 magnis veringq3 tam viribus quam odijs
gerebatur, et aut dilationibus aut ambiguis responsis adpa-

tem vtramq; vsus, exitum rerũ Boemicarũ in quem finem, casura forent, totius operiebatur. Iam enim Vratislauienſ in armis erant, collectumq; Rudolpho legato apostolico exhortante ex mercenario milite et vrbano populo exercitum in campestria deduxerant, atq; cum illo loca in Slesia Irzikoni Podiebraczki parentia, quo illum facilius distinerent, & ab obsidione castrorũ in Bohemia distraherent, vastabant, expugnabantq; munitiones & præsidia. Flagrabat & Boemia intestino bello, cædibusq; igne & spoliis sese impetebat, Budzieonicæ primum post Pragam oppidum quinq; consulibus capite cæsis in partem catholicorũ acceſserat. Singulis quę ad Piotrcouia agenda erant Casimirus Poloniæ rex bono ordine compositis, feria secunda in crastino Sanctæ Trinitatis quę fuit decima octaua Maij exiuit de Piotrcouy, et per Przedborz et Checzini feria quarta in vigilia Corporis Christi peruenit in Nouam ciuitatem Corczin, vbi diebus quindecim exactis in Xiepolomicæ transijt. Et exinde Cracouiam Sabbato ante Sancti Petri & Pauli Apostolorũ, quę fuit dies Saturni, vigesima quarta Junij cum Elisabeth regina intrauit. Interim autem dum Vratislauien oppido & castro Franſthen per expugnationem potiti, in illo se inclusissent, Georgij Podiebraczki exercitus aduenit, quem Vratislauienses facilè (superiores enim et robore & numero erant) si decernere non cunctassent, profligassent. Verum propter literas indemnitatis confligere cunctati creuit hostium robur. Nam & Vilhelmus Misnensis &

ringiæ dux mille equites, Albertus vero Brandeburgen Mar- 1163
chio quingentos. vterqꝫ enim propter affinitatem contracta,
qua Summo Pontifice per literas, et nuncios prohibente, fi-
lias suas filijs Ir3i conis matrimonialiter coniunxerant,
pro auxilijs transmiserat. Propter quod Vratislavienses
non ausi confligere propè iustam obsidiom apud Franken-
tolerabant. Ad quam soluendam Vratislavien ciuitas no-
uum comparabat exercitum. verum sub ijsdem temporibus
seditio sub noctis medio quindecima Junij, inter milites Vra-
tislavien apud Frankenstben, ferocissima coorta est, qua ho-
stes excitati, oppidum per scalas & muros irrumpentes in ob-
uios, quosqꝫ debacchantur. Et euadente omni ferè vratislavi-
ensi equitatu pedites omnes qui quatuor millia pugnatorꝫ
faciebant, per Boemos cæsi aut capti, et tam ciuitate quam
arce & omnibus spolijs, et præsertim Sexingentis machinis
et operibus, quarum vna cæteris præstabat Bohemi potiti
sunt. Stante autem CAsimiro rege in Nicpolomicze, regij nu-
cij Vincentius Kielbassa et Joannes Ostrorog nulla re pro
qua fatigabantur votiuè disposita redierunt. Summus eni
Pontifex Paulus Secundus suspensiua responsione vtens,
et pacis Pruthenicæ confirmationem, pro qua petebatur,
et censurarum contra militares et ciues Prussiæ latarum
sublationem, in quam ordo crucifericus consenserat, Rudol-
pho Episcopo Lauantino se commissurum respondebat. Pro-
motus tamen fuit præfatus Vincentius Kelbaßa, dum Ro-
mæ ageret die Mercurij octaua Aprilis in Episcopum Cul-
men aliâs Thorunensem, & ecclesia Culmen de regulari in

capite & in membris in secularem iuxta capitula pacis perpetuæ per Papam translata, ecclesiæq3 Gnesnen reddita. Ipse quoq3 Vincentius Kelbasa in Episcopum Chelmen Romæ in parrochiali Ecclesia Sanctæ Luciæ per Joannem Episcopū Brixien vicarium vrbis die Solis decima Octaua Aprilis consecratus, cui & tunc administratio Ecclesiæ Lomesanien̄sis ad vitam fuit commissa:-

Electio Calimiri aut eius filij ad regnum Boëmiæ per Boëmiæ proceres regi offertur ac summi Pontificis ad hoc ipsum per Rudolphum legatum admonitio accedit nec non pacis Pruthenicæ confirmatio:-

Sabbato ante Sancti Petri & Pauli Apostolorū que fuit dies Saturni vigesima Septima Junij. Casimirus Poloniæ rex ex Kiepolomicze cum Elisabeth regina Cracouiam intrauit. Ad quem secunda Julij venerunt Helias Plebanus de noua domo Ecclesiæ Luthkomislien̄ administrator, vice et nomine Baronū Bohemiæ Catholicorū, quorum princeps Zdenko Konopnicz3ki de Sternbarg erat. & Joannes Offmai licentiatus in decretis, nomine Rudolphi Episcopi Lauantini apostolici legati, et Lucas consul Vra-

tislauiensis nomine ciuitatis Vratislauien̄ missi, qui audi-
entiam sortiti petebant, ut Casimirus Poloniæ rex Bohe-
miæ regnum sibi iure iusto naturali et legittimo, et par-
ti suæ ratione consortis Elisabeth debitum, à quo Geor-
gius de Pozdziebrad sententia summi Pontificis Pauli Se-
cundi depositus erat, vigore electionis de ipso aut eo re-
nuente de filio suo per Barones catholicos cuius origi-
nale producebat decretum facto acceptaret, et plures
causas propter quas Georgius à regno depositus sit sub-
nectens, sed has præcipue quod fidei & religioni christi-
anæ hostis infestissimus & hæreticus relapsus sit, ac La-
dislaum Bohemiæ & Hungariæ regem tunc dominum
suum veneno sustulerit. Venit deinde feria tertia post Ja-
cobi apostoli quæ fuit dies martis vigesima octaua Julij Ru-
dolphus Episcopus Lauantinus apostolicus legatus, honore
omnium processionum et oratione, organo Joannis Dlugosch
Senioris Canonici Cracouiensis pronunciata, dum Craco-
uiam ingrederetur exceptus, quem frater Gabriel de Vero-
na ordinis minorū hæreticæ pranitatis generalis inqui-
sitor, & Petrus Elererus Decanus Aquensis Leodiensis
diœcesis, cubicularius Apostolicus ex vrbe missi proceſſe-
rant, euitato maximo periculo, quod Georgius de Pozdziebrad
illis mandando vnumquemq; trucidari et promittendo
quatuor florenorum millia percussoribus struxerat, hi o-
mnes die Sabbati prima Augusti data audientia, varijs do-
lis, iniquitatibus, astutijs, fraudibus & mendacijs, quibus ec-
clesiam Dei & Summos Pontifices Georgius de Pozdziebrad

1165

circumuenit, fefellit, et decepit enarratis, producto electionis decreto petebant, Pauli Summi Pontificis nomine, ut Casimirus Polonie rex iuxta vnanimem electionē, de eo Iglauie per Barones Bohemie, de mandato Summi Pontificis celebratā, regnum Bohemie per se vel per filium suscipiat, auxilia pro consequenda victoria, et Pape & Imperatoris et omniū principum Almanie. Item principum Slesie. Item omniū Catholicorū Bohemie, Morauie & Lusacie qui Georgio ad imperium Papē deserto principatum Casimiri regis ardentissimē desiderant, habiturus. Rogabant deinde vt Casimirus rex Georgiū de Pozdziebrad neq; nominaret regem neq; teneret, sed relapsū, hereticum et censuras contra eū decretas exequi, crucēq; & passagiū predicari in regno Polonie & dominijs ei subiectis permitteret, produxit et tunc Rudolphus legatus apostolicus duas apostolicas bulas. In quarum vna sibi pacis Pruthenice confirmatio. In altera censurarū & interditi contra militares & ciues Prussie per Romanos pontifices, quod ab obedientia Magistri et ordinis desciuerant latarū conditionaliter, si videlicet Casimirus Polonie rex per se vel per filium regnum Bohemie susciperet, aut suscipientem effectualiter adiuuaret, mandabatur sublatio. Tulit molestē Casimirus rex et consiliarij conditionem in literis apostolicis appositam. Intelligens ex illa et pacis Pruthenice ordinem turbatum iri, et se in bellum Bohemicū vix dum Pruthenico perfunctum trahi. Rem tamen consilio permisit, de qua ut maturior captari posset deliberatio, conuentiom generalem.

pro die Sancti Laurentij apud Nouam ciuitatem Corczin in-
dictam, attendens loca vicina peste Epidimiæ infecta esse
Cracouiam transtulit, vbi & consiliarios maioris Poloniæ
ad illam venientes accedere iussit, qui cum diutius præsto-
lati tredecima Augusti aduenissent, & super acceptando re-
gno Boëmiæ assiduum teneretur prope mense vno consilium,
Nec satis constaret quali responso vtendum esset, per quod
nec rex nec filij sui à iure regni excciderent, nec in manife-
stum belli quod in acceptatione facta imminebat, veniretur
discrimen, tandem die Veneris vigesima octaua Augusti, Casi-
mirus rex tali responso vsus. Agere se gratias immensas su-
mo Pontifici, agere Baronibus Bohemiæ de oblatione regni
Bohemici, sibi iure diuino & humano debiti respondit. Verũ
non conuenire sibi, neq; rei tam grauj, ut absq; prælatorum
principum, & Baronum regni sui, qui ad prosequendam re-
gni Bohemici susceptionem laturi sunt auxilia possit plena-
ria responsio dari, sed dietam generalem oportere institui, &
deliberatione apud illam sumpta, quod vniuersi comproba-
uerint responderi. Obtulit deinde se Casimirus rex nuncios
notabiles extemplo missurũ. videlicet Stanislaũ de Ostroro
Palatinum Caliscien, Iacobum de Dambno regni Poloniæ Vi-
cethesaurariũ, Capitaneũ Cracouien & Ioannem Dlugosch
Seniorem Canonicum Cracouien, ad intercipiendum strido-
res belli Boëmici, & ad suadendum Georgio, ut ad vnitate
fidei reuersus, se Summo Pontifici humiliet, exoptans vt inte-
rim neq; publicatio censurarũ, contra Georgium fieret, neq;
prædicatio crucis, quo innocentius & liberius Nuncij de-

signati regia mandata ex equi apud Georgiu nihil oppone-
re habentem possent. Cum eo responso Rudolphus legatus
apostolicus, Vratislauiá, Petrus Ereleus Decanus Aquensis
Romam, adiuncto illi Ioanne Sapinski milite, qui pacis Pru-
thenica confirmationem & censurarú sublationem solici-
taret, remissi, Nuncij designati in Boemiam profecti, in
Prussiam, quoniam ire Casimirus rex personaliter, licet ar-
duitas frequens negotiorum suam potentiam magnopere esta-
gitaret, non poterat. Iacobus Vladislauien, Vincentius Chelmen,
Episcopi, & Ioannes Koscielecski Palatinus Iuniuladislauien,
transmissi, & singulas res quæstionesqs curaturi, & ciuitates
ad ferendú subsidium peccuniarú, quo debitorú nexus et sti-
pendia solui possent, pertracturi. Iam siquidem stipendiarij re-
gij qui annis tredecim apud Prussiam militauerant, benina-
lentia regis deuincti, eam conditionem acceperat, ut cuili-
bet equiti, & pro merito stipendio, et pro singulis damnis oc-
cto floreni in annos singulos, pediti, medietas solueretur, &
calculo cum illis ex conditione facto, ducenta Septuaginta
aureorú millia, compertus est rex illis debere. quorú etia
solutio insemis & bienniun protelata. Die Saturni antepenul-
tima Augusti, Rudolphus apostolicus legatus tristis, et vul-
tu atqs habitu tristitiam præferens, quoniam acceptatio
regni Bohemiæ secus quam rebatur cesserat Cracouia egres-
sus in Vratislauiam rediit, filiorú regiorú sortem parum
prosperá increpans, et tam regem quam consiliarios carpens
quod parum prudenter filijs ipsis & regno Poloniæ in futu-
rum prospexissent &

Penultima Septembris Nicolaus Episcopus Vilnen paralytica valetudine aliquanto tempore vexatus, Nobilis Polonus de domo Vieniava, dum annos prope quatuordecim sedisset moritur, & in Vilnensi Ecclesia sepelitur, cui Joannes Jocsouicz ciuilis genere, Vilnen Lithuanus Episcopus Lucensis per translationem succedit. In Lucensem vero Martinus dictus Krzecsowicz genere Lithuanus Nobilis de domo Griffonum, prouisus per Paulum Papam Secundũ succedit:-

Aulus Episcopus Varmiensis ueneno perit. Ioannes Dlugosch regijs liberis in præceptorem designatur:-

Die Jouis vigesima Sexta Julij, Paulus Legendorff Episcopus Varmien apud Brunzberg, vt communis ferebat opinio de veneno moritur, in Thorunensi diæta qua pro pace anno superiori acta est, toxicatus, ab illo tempore languidatus, incolumitatem resumere non potuit, sed et morte secuta corpus exanime inflatum, & in latere et in pede crepuit. In ecclesia parrochiali in Brunzberg sepultus. Capitulares electione indicta, feria Secunda in die Sancti Laurentij. Ni-

colaum Iurgen ciuilis generis de Vormith ortum; Decanu
Varmien et literarum apostolicarũ scriptorem, Romæ pro
tunc agentem, eligunt. Casimirus Poloniæ rex electionem
huiusmodi parũ probans, Vincentium Kelbasa Episcopum
CHelmen, consiliarijs ecclesiasticis & secularibus id pro
bantibus, suadentibusq3 nominauit. Ioanni quoq3 Sapin
ski Nuncio suo in vrbem ituro dat in mandatis, quati
nus illum ad sedem Varmien transferri obtineat. Iacobus
Vladislauien et Vincentius CHelmensis Episcopi, cum Joan
ne Palatino Iuniuladislauien in Prussiam, ad petendum
pro exoluendis Stipendiarijs peccuniale subsidium, et ad
decidendum nonnullas quæstiones missi. Casimirus rex,
tribus mensibus apud Cracouiam commoratus, notabiles su
mas auro & mercibus Stipendiarios distribuit, residuas
vero in biennii a festo christi computandum, anno vno et al
tero soluendas, ad ducenta millia florenorũ præter eroga
ta se extendentiũ inscripsit. Die Iouis prima mensis octo
bris Cracouia egressus Ioanne Dlugosch Seniore Canoni
co Cracouiensi filijs suis in directorem & Magistrum præ
fecto, per loca indirecta & abstracta pestiferam fugiendo au
ram in Lithuaniam se cum Elisabeth regina transtulit, &
illic omne tempus autumni, hyemis & veris mansit, filij quo
q3 regij ob suspicionem pestis ex CRacouia educti, apud
Thinicense monasteriũ, vsq3 ad diem SAnctæ Apoloniæ
virginis immorabantur. Consulebatur insuper CAsimiro Po
loniæ regi à notabilibus consiliarijs ut ad Varmiensem
Ecclesiam Rudolphum potius Apostolicum legatum id postu

1171

Tantem quam Vicentium Kelbasam promoueret, plurimis malis quæ post secuta sunt occasionem adempturus.

Legatorum regis Poloniæ authoritate inter proceres Boëmiæ Catholicos atq; ipsum regem Georgium

fœdus ictum.

Eo ij nuncij Stanislaus de Ostrorog Palatinus Caliensis Iacobus de Dambno regni Poloniæ Vicethesaurarius et Capitaneus Cracouien, et Ioannes Senior Dlugosch canonicus Cracouien Pragam vigesima prima octobris ingressi, altera die legationem apud aures Georgij et suorum non solum spectante sed & plebe, ornatè & grauiter exponunt. Cuius hæc summa erat ut pareret ipse & gens sua in singulis Romano Pontifici, & sublato inueterati dissidij errore regibus & principibus Catholicis se in ritu et in religione conformaret, nec aliter crederet sibi et Bohemiæ regno tranquillitatem prouenturam. Rescinderet item bellum quod cum principibus, Baronibus & ciuitatibus catholicis gerit, obsidionem quoq; arcis Conapiscbe, quoniam iam altera Sternberg priusquam Pragam nuncij regij attigissent, fame & necessitate pressa in ditionem suam concesserat, dissolueret. Et in vnionem atq; pacem re-

diret, plus Georgio quam ſuis purpuratis hæc oratio diſpli-
cebat catholica enim illi audire inſueto, ferocior aliquá-
to oratio legatorum viſa eſt, quam quæ deberet apud ſu-
as aures exponi. Murmur quoq; apud vulgum ſuboriebá-
tur, nonnullis pro varietate ingeniorum legationem regis
Poloniæ caloſenus efferentibus, cæteris improbantibus:
quod illis denunciatio ipſa nomine regis Poloniæ propoſi-
ta in rebus fidem & ritum tangentibus, ius atq; legem
proſcriberet, frequenti deinde legatorũ regis Poloniæ ſer-
mone pectus Georgij durum callidum et difficillimum for-
ti & iuſta perſuaſione emollitum eſt. Edendo enim reſpon-
ſum totum ſe regi Poloniæ et eius deciſioni atq; arbitrio
in his quę ad quietandũ regnum Bohemiæ ſpectant, permit-
tebat. Aſtruens priſcos Bohemiæ reges, honorem tantum
nulli vnquam regi, ſed nec Imperatori detuliſſe. In his ve-
ro quæ religionem continerent, deducebat ſe licet fallaci-
ter compactata obſeruaſſe, nec ex obedientia Papæ vnqua
excidiſſe, aut compactatis contraiuiſſe, correcturum ſe o-
mnia aſtruens, quę in compactata deliquerit. Verum quo-
niam reſponſum ſuum, conditione de caſtro Conopiſcza sibi
dedendo, conſtrinxerat, ſeui voluptate a Nuncijs regijs
ſuſceptum eſt, qui nec partem alteram neglexiſſe viderentur,
in Gilauiam tribus de viginti miliaribus a Praga diſtante
ſe conferunt. Vbi apud Idenſconem Conopniczki Burgra-
bium ſupremum Pragen et Ioannem de Haſſemburg iudi-
cem regni Bohemiæ, quos ſolos illic tantummodo offende-
rant, mandata regia exponunt, pacemq; multipliciter per-
ſuadent.

1173

suadent. Regem Poloniæ edocent impeditum, quod ex iustis et necessarijs causis, non possit regnum Boemiæ, per se nec per filium hactenus suscipere, nec bellum Boemicũ in se quod nondum respirauerat transferre. Duo autem Barones prædicti non abnuebant se causam suam dummodo et cæteri societatis suæ principes & Barones, conuentu apud Vratislauiam pro die sanctæ Luciæ habendo id probarent, in potestatem Poloniæ regis deposituros, astruentes nullum inter reges orbis extare, cui fidentius quam Polonorum regi principi Christianissimo illam committerent. Addebant et ipsi exceptionem singula elidentem, ut videlicet arx Conopischæ foret libera, cætera quoq; bona eis & Catholicis cæteris ablata, redderentur. Decem enim & octo arces & ciuitates ac munitiones ea æstate Georgius sub Catholicis conquisiuerat. Arx autem Conopischæ vel non soluta, vel expugnata, nullam restare de pace spem, sed nec de fœdere locum. Cum denicq; nuncij regij ex Silesia Pragam reuertissent, et operas suas quamuis fideles ex parte vtraq; viderent duris conditionibus circumlitas, magnopere contendere cœperunt, ut Georgium a proposito occupandi Conopischæ detraherent, ut malum ingens, quod ex deditione sequi verebantur, auerterent. Et quamuis Georgius iniquũ asseueraret, et parum sibi honestum, vt arx hostilis et eius obsidio propediem in potestatem suam proueniret, et pro qua conquirenda copiosus sanguis certatim fusus est, et plurima impensa emunda, solo sermonum vapore & fumo de manu sua deberet rescindi. Videns tñ animos lega

torum infractos, et castrum Conopisc3e (quod apud pleros-
q3 durum videbatur & impossibile) obsidione soluit, et fa-
dus ad diem conuersionis Sancti Pauli duraturũ, firma-
tum, legatorũ literis accepit. Eius ha erant conditiones,
ut fadere durante omnia cessent omagia & vituperia. ca-
ptiui ad sponsionem dimissionem habeant. Castrum Cono-
pisc3e obsidiõne non tolleret, sed nec propugnacula violet,
aut plura victualia quam quę pro tempore faderis suffi-
cerent, subiturũ lapsa treuga cum eisdem personis & rebus
quę fuerant in illo obsidionem, si in dicta Vratislauiensi
pro die Sanctæ Luciæ tenenda, inductiæ vlteriores secuta,
et in Polonia regem per partem Baronum iuxta ac per.
Georgium compromissum non fuerit, parem quoq3 condi-
onem castrum Osw3wald in Lusacia à parte Catholicarũ ob-
seruabit. Catholicis autem in Polonia regem compromit-
tentibus, inducia à die Cinerũ in annum vnum duraturę
de nouo à nuncijs regijs inscribi debebant, et pro die Cir-
cumcisionis anni futuri dissimilina per Polonia regem.
absq3 renunciatione pronunciari. Nuncij quoq3 Geor-
gij ad roborandum prædicta in Kloc3ko mitti. Hona-
rauerat autem Georgius Polonia nuncios regis donis
magnificis in auro et equis, omnia tamen ab illis spre-
ta & Georgio remissa sunt, ne purissima eorum actio-
aliqua sugillatione incrustari vel leuiter potuisset. Pro
qua re et à Georgio et à Catholicis, hæreticisq3 maxi-
ma illis laus et commendatio tribuebatur, virtusq3
illorum ex huiusmodi continentia. et apud proprios

et exteros plurima fama & gloria praluxit.

Die Sanctæ Luciæ aduenientes dum et regij nuncij Stanislaus de Ostrorog Palatinus Caliſien Iacobus de Dambno Vicethesaurarius regni Poloniæ, et Ioannes Dlugoſch Senior canonicus Cracouien, a Zdenkone Conopnicʒki cæterisq; Baronibus Bohemiæ precibus pernicti in Vratiſlauiam aduenissent, et apud pontifices, principes, Barones et ciues Catholicorũ, videlicet Rudolphum apoſtolicum legatum, Protaſium Olomunceñ Epiſcopum, Nicolaum Opolien, Henricum Glogouien, Baltaſarũ Zeganenſem duces Zdenkonem Conopnicʒki, Ioannem et Vlricum de Kaſſemburg, Swantoslaũ Swamberg, Henricum Hradecʒki, cæterosq; Bohemiæ, Morauiæ, Sleſiæ et Luſaciæ Barones, legationem regiam, quã apud Ilauiam expoſuerant, repetiſſent. Omnium concordi inſtantia diebus pluribus vrgebantur, ut regnum Boemiæ nomine regis ſui acceptarent, vel de acceptando certos eos redderent, iuuarentq; catholicos pro conſequendo regno, qui vice geminata in ſpem dubiam conſequendi regni annis ſuperioribus hæreticos adiuuerant. Conſecuto regno Bohemiæ quod propediem ſperandum foret. Auſtriæ etiam, Hungariæ, et Romanorum regna facile in poteſtatem regis Poloniæ et filiorũ ſuorũ acceſſura. Meminerint inſuper quingq; filios regem Poloniæ non in vnius regni, ſed in plurimorum regnorũ ſpem generaſſe. Caueret ne interim vnius regni fines tot principes concluderent, et hæreditate iuſta illos per negligentiam priuarent, bellu

ciuile inter parietes proprios dum exterum detrectant accepturi. Regijs nuncijs ad singula modeste respondentibus, et legitima excusatione regem suum de non acceptatione regni Bohemici purgantibus, impetebantur rursus ut saltem primogenitus regis Poloniæ illis cum mille tantummodo equitibus traderetur, qui coronatione apud Vratislauiam de manibus legati susceptæ, summæ rerum prouideret, sed cum legati regij id quoq; non apud se, sed apud Poloniæ regem ~~id petituri decreti sunt~~ quærendum ostenderent. Nuncij ad Casimirii Poloniæ regem id petituri decreti sunt, legati vero regij ab vniuerso Vratislauien conuentu rogati Pragam iterum reuertuntur, pacis inducias cum Georgio ad festum Sancti Adalberti ordinaturi. Quibus & si omnis ille Vratislauien conuentus elegantia dona in argento et equis misisset, eadem tamen modestia apud Vratislauiam qua & in Praga vsi, ad acceptandum illa nulla ratione poterant induci. Maxima et singularem laudē ob id ab vniuersis consecuti, satis se munerum accepisse rati, si eis authoribus ab armis tam infestis foret discessū. Nemini autem Catholicorum satis placuit, compromisso in regem Poloniæ facto exortum dissidium finiri. Non quod de rege Poloniæ ambiguitas esset, sed quod oporteret ad id consensum Summi Pontificis, cuius iussione bellū captum erat, adhiberi. Veniebat & in considerationem, quod Georgius rebus suis magis mendacijs et fallacia, quam æquitate & iustitia consulere censuerit. Nec cum decreti conditionibus vsurū. Pragam autem

Nuncij reuersi, licet plures difficultates pars vtraq3 interposuerit, pacem tamen ad diem Ascensionis domini duraturam conficiunt, qua firmata Georgius misso filio suo Victorino cum gentibus, Imperatorem & Austriam grami bello vexare capit:-

Die Martis vndecima Nouembris Henricus Dux Glogouien alias Cozuchouien, apud Cozuchou moritur, et in ecclesia parrochiali in Cozuchou sepelitur: vnicum relinquens filium Henricu sui nominis, et duas filias Annam et Elisabeth, ex Anna filia Cunradi ducis Olesnicen susceptos, quarum Anna nupsit Ioanni Rozembarski Baroni de Bohemia, Elisabeth virgo extitit:-

Iodoco Episcopo Vratislauiensi mortuo Rudolph legatus apostolicus in Episcopatum succedit:-

Die Martis quindecima Decembris in aurora, Iodocus Episcopus Vratislauien frater ordinis Sancti Ioannis sepulchri Sancti Hierosolimitani, vir eloquentia et literatura atq3 prudentia singularis, statura alta grandibus oculis ac capite, corpore vero crassus. Nobilis de

domo Rozembergensiũ ex Bohemia, rubeam rosam in ca-
po albo deferentiũ, dum in pontificatu annos decem me-
ses sex exegisset, in oppido suo Nissa et in curia per i-
psum splendide edificata, religiose & deuote omnibus
Sacramentis ritte procuratus, ex calculo & crapula mo-
ritur, & dum Vratislauiã relatus esset; Baronibus Bohe-
miæ qui ad conuentũ Vratislauiensem conueniebant, co-
mitantibus illic. Commune Vratislauiense pro eo quod Jo-
annem præpositum Vratislauiẽ ceperat, aliquanto ne in-
tromitteretur, donec præpositus in libertatem euaderet,
obstitit. Inductus vero in ecclesia maiori in choro, iusta
funeri Baronibus Poloniæ & Bohemiæ, et prælatis & Can-
nicis Vratislauiensibus illi persoluentibus, sepelitur, hie
vero Sanctorũ Fabiani & Sebastiani pro eligendo futu-
ro Pontifice indicta. Rudolphus Episcopus Lauantinus
sedis apostolicæ tunc apud Vratislauiam legatus per vi-
ginti capitulares in Capitulo electus, concordi voto via
scrutinij postulatus est, precibus & persuasionibus regis Po-
loniæ nunciorũ, et omnium Baronum Bohemiæ. Vratisla-
uiæ præsentiũ expugnatos. In Pontificem enim futurũ
Premislaũ ducem Opaniæ, Decanum Sanctæ Crucis, et
Canonicũ Vratislauiẽ, eligere annis destinauerant.
Cuius postulationẽ Paulus Secundus Romæ die Lunæ,
vigesima quinta Aprilis confirmauit, & annatam ple-
nariè indulsit, gratissimum habens, quod Nuncij ab eo
in pacificationẽ prouinciarũ missi, in pontifices deposce-
rentur, vir mansueti periti et religiosi ingenij, decretorũ

doctor genere Nobilis ex oppido Rukkerſthen, Mogun-
tinæ diœceſis de domo & familia quæ pro ſuperiori parte
clipei medietatem, ſtellæ ſepticornutæ. In inferiori vero par-
terosam albam in rubeo campo, et in medio planiciem al-
bam defert, ex patre Henrico et matre Catherina ortus,
cuius genitor clarus inter Rinenſes habebatur. In anno
vigeſimo quarto ætatis auditor rotæ, brevi post camerę
auditor factus, duorum Summorū Pontificū Pij Secundi,
et Pauli Secundi referendarius, deinde Pontifex Lauan-
tinus.

Nicolaus Labunſki Camenecenſis Epiſcopus
in Podolia cum cathedrę Pontificali annis quatuordec-
im præſedisſet, tredecima menſis Octobris in caſtro Ec-
cleſiæ ſuæ Czarne Kozinicze de peſte Epidimiæ moritur,
et in Camenecen ecclesia sepelitur, vir nobilis de dom.
Zagroba cui ſuccedit in pontificatu Nicolaus Truchni-
ski canonicus Premiſlien, genere nobilis de domo & fa-
milia Ciphorum, quamuis Nicolaus Golabek Nobilis de
genere Griphonū ad illam primum nominatus fuiſſet, ſed
a ſuribus dum ex Sarzina in Laſchensko iter faceret
priuſquam promoueretur occiſus.

Animis militum mercena-
riorum in ſeditionem

ſpectantibus. Gedanenſes Elbingen Thorunen gz du-

. odecim millia florenorū ægrè iam plane exhau-
sti promittunt.

Festinantes ad curandas res Pruthenicas Nuncij, Iacobus Vladislauien, Vincentius Kelbasa Culmensis Episcopi, Ioannes de Koscielec Palatinus Inowladislauien. et Capitaneus in Mariemborg, cum aliquot conuentus in Gdansk, Elbing et Mariemborg cum militaribus et ciuitatibus, quibus et Henricus de Plauen hospitalarius ordinis et locum tenens magistri cum cæteris commendatoribus et fratribus ordinis interfuisset. Stipendiarij quoq; qui apud ordinem militabant emerita stipendia sibi solui importunè exigerent, Henricus vero de Plauen et Commendatores reddi sibi ad soluendū stipendiarios quindecim millia apud Thorun circa pactum perpetuæ pacis promissa requirerent, Gdanenses vero et Elbingenses a Nuncijs regijs petiti, conferre huiusmodi quindecim millia ære se alieno et egestate grauatos allegando detrectarent. Iamq; res iterū stipendiarijs ordinis obnegatam solutionem furentibus. ad bellum spectare videretur. Nunc quoq; haberet rex iuxta fœdus tueri ordinem, si a stipendiarijs lacesseretur, magna tandem Nunciorum regiorū solicitudine & industria Gdanenses Elbingeñ. et Thorunen. ad dandum duodecim millia florenorum, sex quidem pro festo Purificationis Sanctæ Mariæ, alia vero sex residua in duabus post Pascha hebdomadis se licet ægre submittunt, ac sic et ordini sponsio impleta est, & stipendiarij ordinis soluti, et

Bellum serpens extinctum est.

Stephanus Palatinus Valachie designatus Mathiam Vngarie regem profligat regi quidem tribus vulneribus datis exercitu vero conciso.

Tribus de Voievodatu Moldauie videlicet Stephano, Petro et Berendri, annis aliquot contendentibus, et se de prosapia principum Moldauie et signanter Alexandri descendisse differentibus. Stephanus quoniam astu, factiuitate, ingenio & solertia vigebat, facile duobus. alijs exclusis, apud Valachos obtinuit principatu, quos etiam sua seueritate et iustitia, mellum scelus patiens esse multum, pronos & obedientes in omnem suum imperium effecerat, et non militares modo, sed & agrestes omnes in arma cogerat, docens quemlibet in patria defensiom, si quem agrestem comperisset non habere sagittas, arcum et gladiu, aut in expeditionem calcariatum non accurrisse absq vlla commiseratione capite damnabat. Hunc etiam Casimirus Polonie rex praesidem Valachis fecit, neglectis alijs duobus Petro & Berendri, qui ad illu vt in superioribus narrauimus, pollicendo plurima, si rex illos in sedem Valachi-

cam restitueret, confugerant. Matthias itaq; rex qui Berendri ex Polonia discessionem facientem susceperat, restituere illum in principatu Valachiæ spoponderat, molestè ferens à Stephano in ditione regis Poloniæ, consistente, se desertum et contemptum iri, congregato forti exercitu, Berendri habens in comitatu, & restiturus illum in sedem Valachiæ Stephano propulsato, insuq; principatus Valachiæ regi & regno Poloniæ ereturus, circa medium Octobris cum proprio et mercenario milite Pannonias egressus, Joann. Giskra de Brandisch Boemo ordinationem exercitus et cura commissa Valachiam ingreditur, & alpibus silvisq; quas vulgo Plonyni appellant. superatis aduenit in Chotrusch, quo exusto in prædam dato ibat de prope alpes, usq; in Baboum, Romanow, Thaki & Niemiecz, quæ omnia & villas vicinas exurens, omnem terram possessa et utilem cæde, igne & gladio nulli parcendo ætati conditioni vel sexui vastabat. Et quamuis Stephanus Voievoda Valachiæ, cum gentibus et potentijs suis circa Chotrusch illi occurrisset, potentiam tamen suã (habebat enim Hungariæ rex in suo exercitu circiter quadraginta millia) et suorum insida ingenia veritus ob tyrannidem illi infensa, quod primores ferè omnes sustulerat, in totius pugnæ discrimen venire non sustinuit, sed illum ex locis occultis et insidiosis vehementer per dies quadraginta accessebat, pabulationemq; et vastationem longiorem compressit. Cum autem Pannonicus rex in oppidum Bania deuenisset, et vallis fossatis atq; quadrijs oppidum

(irruptionem enim hostilem verebatur) communisset Stephanus Voienoda, qui se & exercitu suu inter duos flumios Moldauam & Samusch locauerat, tempus oportunum ratus, quo cum paucis contra multos congredi posset, equis et sarcinis apud statiua relictis, pedester et expeditus in Bania aduenit, et praemissis qui oppidu in aliquot locis incenderent, flamma erumpente in pannonios prima vespera quindecima die Decembris irruit, et certamen vario marte, vsq; in diluculum extraxit. Pluribus autem ex Hungaris cadentibus, pluribus flamma denoratis, rex ipse ne vinus in potestatem Valachica veniret, tribus vulneribus non tamen lætalibus saucius, in lectica ex loco certaminis elatus est. Pars maior exercitus, dum in alpes aduenisset, et arboribus præcisis obstructum offendisset iter, quadrigis & alijs impedimentis crematis, quingentis vero Bombardis in Zabulu ne hostes illis potirentur immersis, fuga se saluauit beneficio vnius ex Valachis ne Hungaria rex aut caperetur aut desideraretur effectu. Quem Stephanus Voienoda dolo comperto capite truncauit. Decem millia eo prælio ex Hungaris occisa referuntur signa militaria aliquot capta, et ad Casimiru Poloniæ regem in Vilna agentem in signu victoriæ per nuncios Stephani Voienodæ delata. Stephanus ipse & suus exercitus, magnis spolijs, tabernaculis, curribus & Bombardis potitus. Effugierunt autem cum rege vna fere, omnes Hungari & Barones, videlicet Ioannes Lantszkoer Quinque ecclesiensis Episcopus, Michael Orszak de Guth regni Hungariæ

1183

Palatinus, Iob de Gara, Ladislaus de Kanischa, Ludouicus de Valkew, Andreas Cuper. Ioannes Giskra de Brandis, Hardulath et alij quam plurimi, solus Ioannes de Daroch Voiewoda Transiluanus ex maioribus cum vniuerso suo comitatu, qui ad quatuor millia pugnatorū æstimabatur habuisse, occisus & vsq; ad internitionem deletus est. In Pannonias autem Matthias Hungariæ rex reuersus. Henricū Diak gubernatorem sibi reconciliat. Transiluanienū autem militares et ciues, quod ab eo discessissent, & Ioanni Comiti se adiunxissent, in quadringentis millibus florenis, quę in auro parato dare coacti sunt mulctat. Ex qua pecunia nouū coepit & grandem ex forensibus magis quam proprijs apparare exercitū. In quo nullatenus Poloni se militaturos astruebant, si regnum Poloniæ aut eius feudales et signanter Valachiæ oram vellet inuadere. Illam enim suspectione communi pro detergenda ignominia petere credebatur. Quapropter Stephanus Moldauiæ Voiewoda frequentibus Nuncijs & literis deferendo sibi auxilio. Casimirū Poloniæ regem interpellabat.

Pestilens aura atq; fames in regni Poloniæ et Slesiæ plerisq; partibus acerbè grassatur. Ioannes Pieniązek olim Archidia-

conus Gnesnensis per suum patrem captus Episco-
po Cracouiensi carceri coniciendus traditur.

1185

Annus hic in omnes fere regiones regno Poloniæ sub-
iectas sed in regionem præcipuè maioris Poloniæ, Masoui-
æ, Russiæ, & Podoliæ, sed in partem Sleſiæ pestiferum Epidi-
miæ virus, vsq; in Ianuarium mensem diffundens, multos
mortales extinxit, & plures villas & oppida in solitudi-
nem redegit. Annonæ insuper caritas regiones Polonicas
persuaserat, persuasura amplius nisi plures homines pesti-
lentia absumpsisset. Eam insuper multitudo murium adin-
uabat, qui sive ex hieme calida & sicca nullas nives,
et paucos imbres fundente, sive ex constellatione celesti
adeo ebulierant, vt frugibus quę in horreis condebantur
demolitis in agros decurrerent, et hiemalia frumenta
in superficie & radice delerent. Duobus autem malis præ-
dictis, pernicies tertia æque mala in Cracouiensi dum-
taxat & Sandomiriensi terris accesserat. Nam nonnul-
li nobiles adolescentes ex insignibus parentibus orti,
quorum Ioannes Pieniązek Archidiaconus olim Gne-
snen primarius habebatur absentia Iacobi de Dambno
Capellanei Cracouien, eis subministrante audaciam, fre-
quentibus furtis & spoliis regiones ipsas non in mercatori-
bus solū, sed in militaribus afflixebant. Patrimonijs enim
suis nonnulli corrosis et effusis, supellectilem tamen fulgi-
dam & varam, in equis et vestibus & familiaribus, ne alijs
contemptibiliores et inferiores censeri possent, habere conati

in varia furtorũ facinora dilabebantur, parens Ioannis Lieniązek præsbiteri, Nicolaus Lieniązek Succamerarius Cracouiensis filij turpitudinem, ne ad se quoq3 & genus suum, et cæteros natos penetraret, reseisurus (sciebat enim illũ in omnia facinora etiam dictu nefanda, & in blasphemias in Deum et in profundum facinorũ delapsum esse et amplius delabendũ) blanda vocatione ad se accersitum vincit, et vinctum Ioanni Episcopo Cracouiensi tradidit. virum se bonum et misericordem agens patrem filium satagens per artam licet pœnitentiã, salvum non perditum iri, et à genere suo turpitudinis notã aboliri. A Ioanne autem Episcopo Cracouiensi in carceres apud castrum Ilza trusus facinora sua annistribus mensibus sex in fetro carcere, & fundo obscuro turris expiabat. Captivitas autem prædicti Ioannis Lieniązek, et Capitanei Cracouiensis Iacobi de Dambno ex Boemia reditus singulos fures terruit, et audaciam eorum restrinxit. Minabatur enim se prædictus Capitaneus vnumquemq3 furũ, nobilitate eorum non obstante in patibulum actorum.

Dedanenses detectionis accusati diligenter se pur gant.

Annus domini Millesi

mus Quadringentesimo Sexagesimus Octauus.

Natali domini nostri die cum sequentibus Casimirus Poloniæ rex cum Elisabeth regina apud Vilnam celebrato etiam reliquam partem hyemis, et principiũ veris in Lithuanica ora exegit, aut legationes expediendo principũ, aut interdum tractando venationes. Pro diebus autem carnisprivij Henricus de Plawen hospitalarius, ordinis Crucigerici, vices magistri generalis tenens cum Commendatore de Ragneta, vsq3 in Vilnã personaliter regem adiuerat, & benigne susceptus benigneq3 habitus & tractatus, dies plures Vilnæ absumpsit. Sub quibus liberiorem audientiam nactus, negotia ordinis quæ promouenda susceperat, votiue expediuit, secreta delatione ciues Gdanenses apud regem insimulans, quasi eius ditione reiecta, in Joannis Burgundiæ ducis obedientiã, super quo capia literarũ per eos duci prædicto Burgundię scriptarũ ostendebantur; forent concessuri, sed eam criminationem Gdanen̄ magnum sui nominis vt erat dedecus rati, & extenuare & purgare non negligebant. Pluribus deinde donis, tam ipse Henricus Plawienski, quam Comes suus Commendator de Ragneta a rege honoratus in Prussiam rediit.

Rumor de Gdanensi defectione apud plures regiones.

vulgatus, apud nonnullos vicinos principes, & ciuitates qui Polonorum felicitati inuidebant hilaritatem causauit, quasi rebus nouatis nouum etiam ordiri apud Prussiam deberet bellū. Sed Gdanenses frequentius literis, et nuncijs ad casimirū Polonię regem missis, ostenderunt efficaci testimonio et documento non solum in culpa criminationis non esse, sed nec notam noxæ vnquā meditatos fuisse, & puro atq; eodem tenore in obedientia & fide CAsimiri regis & regni Poloniæ perseuerasse, et perseueraturos esse, rogantes fidem suā non ex falsis relationibus, sed ex fidelissimis eorū actibus pensatum iri.

Linquens Casimirus Poloniæ rex Lithuanicam in regnum Poloniæ ingrediebatur, & in Sandomiriam quidem pro dominica Iudica, quę fuit dies Solis tertia mensis Aprilis perueniens, ali quot diebus illic substitit, & cum consiliarijs qui illic ad suam excellentiam confluxerant, publicis pluribus rebus expeditionem dabat. Diuertens posthæc ex Sandomiria itineribus solitis, dominico Ramispalmarū, apud Nouam ciuitatem Corczin exacto, feria quarta ante Paschā quę fuit dies mercurij, tredecima Aprilis CRacouiā cum consorte sua regina Elisabeth aduenit, & rebus tantummodo salutaribus (altera deinde die duodecim pauperū quos nouo amictu induerat pedes lauit, altera viaticū sumpsit) vacare cepit, & dies Paschæ in arce Cracouiensi solenniter egit.

Prothasius Olomuncen Episcopus Casimiro regi et Matthiam Vngarie rege contra Georgium Boemum

delectum habere narrat et affinitatem cu Matthia ac Friderico iungendam suadet. Ac quid ea de re responsi retulerit.

Die Martis octaua Aprilis, Prothasius Olomuncensis Episcopus Cracouiam aduenit, qui die tertia audientia obtenta priuato officio ad Casimirū regem se venisse primu, et a Matthia Hungarie rege ex Posonio egressum esse, commemorans prefatum Matthiam Vngarie regem fidei causam pro Catholicis Boemis, contra Georgium de Pozdiebrad, et sibi adherentes hereticos mandato quidem apostolico, sua vero admonitione & persuasione inductum suscepisse, & specialibus se literis, quas originaliter produceba[illegible] bellum huiusmodi denouisse, et iam cum copijs insignibus ex equite & pedite collectis, in armis esse Thurcoru Cesarem Nuncios ad illū cum donis amplissimis vsq; in Asiam misisse, & Nuncios reuersales Hungarie regem quoru Joannes Giskra princeps erat, cum vtissitu dinarijs donis ad conficiendū triennalem treugam Turco remisisse. Fridericum deinde Imperatorem Romanoru

singularem exercitũ contra Trzikonem instaurasse, auxilia Hungariæ regi præstiturũ, magnam deinde multitudinem ex varijs regionibus, crucem quę contra Georgium præferebatur voluntariè assumpsisse, & propediem insubsidiũ pannonico regi venturam fore. Tdenkonem Lophitzki Catholicorum Boemorũ capitaneũ, cum cæteris Bohemicis Baronibus & suffragijs iam in exercitu regis Hungarię consistere, quem multiphariè non exercitatis solum gentibus, verum & Bombardis, tormentis, equis, armis, quadrigis & peritis ducibus deducebat fulcitum esse, eo maximè flagrantem desyderio, ut sibi daretur opportunitas cum Georgio decernendi, rogans omnipotentem Poloniæ regem vt omni cunctatione omissa cum suis potentijs consurgeret, & regnum Bohemiæ sibi & suis filijs oblatum, ac hæreditario iure sibi debitũ à tyranni de Trzikonis, Summi Pontificis, et tot Catholicorũ regum & principum fretus solatijs solueret, et in Catholicorũ vltiõ veniret, certus Matthiam Hungariæ regem in suũ & filiorum suorum fauorem, quo celerius Bohemiæ regnum illis accederet arma induisse. Multiplex dispendiũ et dedecus ipse & filijs incursurus, si per desidiam thronum regni Bohemiæ, alium prehendere permiserit. Secretiori deinde audientia ad quam non nisi quinq; consiliarij adhibiti fuere, petita Matthiam Hungarię regem de pluribus virtutibus, magna laude efferens, suadebat persuasione multiplici, vt Casimirus rex data ei filia Seniore Heduigi, filio vero Frederici Romanorũ Imperatoris Maximiliano, Juniore,

Sophia in consortes affinitatem insignem et regnis vtilem
et necessariam cum vtroq3 qui strictissimo fadere sibi inui-
cem colligati sunt iungeret. Magno metu vtrumq3 libera-
turus, cum vterq3 ea distineatur suspicione, ne Poloniæ rex
Bohemiæ regnum adeptus, vnum ex Pannonia alterum ex
Austria iure filiorum naturali, deturbet. Assumeret proinde
Casimirus Poloniæ rex, ac meliorem duceret certam per fi-
lias in Hungariæ et Austriæ regna, quam speratam per fi-
lios successionem. Nec pluris penderet hæreditare filios
quam filias æque ex filiabus iuxta ac filijs nepotes in do-
minijs prædictis habiturus, insignibusq3 filias locaturus
viris quæ ad alios nihilominus transituræ sunt. et incertũ
an ad æquè insignes viros. Cogitaret insuper non facile se
Matthiam ex Pannonia, nec Fridericum ex Austriæ posses-
sione, in quibus vterq3 magna se solidauit firmitate, detra-
cturum. sed sciret vtrumq3 aliorũ quæsiturum affinitates
et auxilia quibus se tutiores, si qua vis ingruerit efficiant.
si se spretum iri aduerterint. Fadere potius quam armis rem
gerendam persuadens, plures fructus omni hostilitatis suspi-
cione exclusa habiturum, cum vterq3 regum per fadus ca-
uere contentus sit, vt prole eorum non extante filij Casimi-
ri regis in omnia pannonica dominia & Australia succe-
dant. Nec in eam solum conditionem sed in quamcumq3
aliam possibilem, & CAsimiro regi beneplacitam Fredericu
& Matthiam reges vtro consensuros, Hungaricis postre-
mo consiliarijs id curæ esse monstrauit, ne inter regna Po-
loniæ & Hungariæ fadus amicitiæ sinant senescere, sed

nonis illud funiculis studeant roborare. Quibus nihil gratius accidere posset, quam affinitatem huiusmodi, etiamsi primores Poloniæ rex Cracoviâ venire iubeat, confecturi. Consilio frequentiori advocato, & re digesta Olomunensi Episcopo responsum est Casimirum Poloniæ regem non abiecisse regnum Bohemiæ sibi à Papa & Baronibus oblatum, sed deliberationem suam ex optimis respectibus indictam generalem, cuius pro die Sancti Bartholomæi appropinquabat celebratio, suspendisse. Ea non habita & principum & consiliariorũ suorum voluntate non requisita, nihil illum posse in re tam grandi in alteram respondi ædere partem, nec tempori præfinito, & suorũ consilio præiudicare, si quis interim regnum Boemiæ ad illũ et filios eius multiplici iure pertinens occupare contenderit, iniuriam suam in iusti Dei & filiorum suorũ defensam commissurũ. Admissurumq; maximè ne ei occupatio violenta possit esse diuturna. Matthiam insuper regem Hungariæ communi foedere regnorũ primum neglecto, deinde temerato, pluribus damnis & hostilitate regnum Poloniæ affecisse, vice gemina terram Scepusiensem prædasse, recenter insuper feudalem regionem regni Poloniæ, & eius principem Stephanum Moldaviæ, diffidatione non præmissa bello & incendijs affecisse. Non esse itaq; honestum, nec Casimiri regis Poloniæ conuenire conditioni, vt tam notabilibus iniurijs neglectis, ex hoste generum legat. Si pannonico regi & consiliarijs cordi est Casimiri regis Poloniæ affinitas, intelligat non posse super ea quiequa

agi donec communi regni consiliarioꝝ indictio, conuentu habito singula ablata, reformata extiterint, & animoꝝ irritatio succisa. Ea responsione Prothasius Episcopus Olomuncen. accepta, donis insignibus a Casimiro rege honoratus, in Hungariam molestus (magis enim super affinitate arbitrabatur se votiuum responsi accepturum) regressus est.

Fridericus sextus filius Casimiro regi natus.

Die Iouis vicesima septima Aprilis post horam Sedecimam Elisabeth Polonię regina in castro Cracouiensi sextum filium, nonam vero prolem parturijt, qui in ecclesia Cracouiensi, a Ioanne Cracouiensi Episcopo ipso die Solis octaua Maij baptisatus ad multiplices preces Prothasij Episcopi Olomuncensis illum lenantis de fonte Fridericus appellatus est.

Legati Poloniæ regis ad petitionem Boëmorum regis Georgij pro interciendo bello ex Vngaria

A. . . impendente mittendi decernuntur.

Altero die postquam Olomuncensis Episcopus Prothasius ex Cracouia discrediebatur. Nuncius Georgij de Podzibrad Bohemiæ regis Albertus Costka de Postupicze aduenit, qui sedecima Maij à Casimiro rege sub frequentia consiliariorũ auditus oratione extensa, acta Georgij iustificans, & depositionem illius à sede apostolica factam extenuans, magnas in Casimirum Polonia regem gratias nomine Georgij & regni Bohemiæ cumulabat quod opportuno tempore nuncios misisset, insignes qui exortum interceperant bellũ, & regnum Bohemia grandi damno solutum sincere inter vtrasq; partes versatos commemorans, se fiducialiter in Casimiri regis potestatem causam suam deposuisse. Nunc quoq; quamuis inducijs à Nuncijs regijs confectis, & ad diem Ascensionis duraturis minus sincerè a parte aduersa seruata sint intrepidi depositurũ. orans enixe & supplici ter Casimirum regem ne tenorem beniuolentiæ erga Georgium Bohemiæ regem captum remittat, sed missis nouis nuncijs bellum atrox quod à Matthia rege in Boemia geritur intercipiat, summoq; Pontifici Paulo Secundo et Ecclesiæ Romanæ illum reconciliet, cum Georgius data in loco competenti, ad quem ipse personaliter accedere possit, audientia se de singulis obiectis purgaturum, & vniuersa in quibus in sedem Romanã & contra compactata deliquisset, emendaturũ vltro offerat, & beniuolentiæ magis quam armis in his quæ ad fidem

et religionem pertinent cessurū. Georgium praeterea praedictum in eam qualificationem omnium Baronū, civium & subditorum Bohemiae sibi parentium prece, consilio & persuasione pertractum esse deduxit, & ita rem consummasse, vt proprijs filijs exclusis non alium quam filium Casimiri regis in Bohemia regnum ordinarit & disposuerit successurum. Non quidem iure hereditario quod in successione regni Bohemiae propter libertates regno datas locum vendicare non potest, sed sola Bohemorum in regem Casimirū & filios eius affectione & fauore. Mitteret proinde Casimirus rex legatos in dietam regni Bohemiae futuram sponsionem Georgij & suorū de succedendo filio publicè & solenniter accepturos. Huic tamen amicè in verbis legationi quam constabat magna necessitate expressa. Georgium vt in sequentibus narrabimus intimasse, altera die responsum est. Amico animo Casimirū Poloniae regem et in Georgium & Bohemiae regnū pro bello ciuili intercipiendo & vsum fuisse, & pro necessitate praesenti vsurum esse, & eosdem vel alios nuncios, si tamen illis praestabitur securitas ad extinguendū bellum missurū. Georgium & Bohemos solerter agere, & sua reipublicae optime consulturos fore, si pro rege Bohemiae non alium quam Poloniae regis filiū assumpserint, in quem insta illius cedit successio. Multas commoditates si perfecta fuerit, multa bella si neglecta secum latura. Interpositionem quoq; de reconciliando Georgio Summo Pontifici & Ecclesiae Casimirum Poloniae regem sincero animo non excusaturum, si tamen

Georgius certa sua puritatis in fidem Catholicam monimenta de se fidei dederit, et facta erroris abdicatione, non (quemadmodum hactenus fecisse visus est) papam & principes orthodoxos lactanerit, Alacer hoc responso Albertus Costka in Boemiam regijs pulcherrimis donis sibi in hospitiũ transmissis neglectis, vt virtutem & modestiam nunciorum regis Poloniæ, Pragæ & Vratislauiæ ostensam, & per ora virum celebratam amularetur, regressus est maximo pauore liberatus. Verebatur enim ne robore fortissimo militum suorũ & gentiũ Casimirus rex Poloniæ, nondum aliquot Boemiæ latus inuaderet, et graui bello a rege Hungariæ Matthia regno Bohemiæ & sibi moto, quod nunc expedire pergam gravior hostis polonus accederet. Nuncij pro intercipiendo bello Bohemico priores, praeter Joannem Dlugosch Seniorem cui phas non erat legationem eam perferre, & in cuius locum Nicolaus Skop Castellanus Osznacimiensis surrogatus est decreti sunt:

Georgii Boemiæ regis afflicta et concisa res per Matthiam Vngariæ regem:

Hebdomadis aliquot Victorino filio Georgij Podiebracki Austriæ bellum graue vt in superioribus

1197

rioribus commemoramus licet belli causæ non extarent
inferenti, & ex Monasterio Pulget ex quo Sanctimoniales
ejecerat, & illud in arcis modū munierat, omnem oram Au-
striæ vsqs ad danubium prædis, spoljs & igne ita vt omnis
Agricultura et mercatig quiesceret, vexanti aliquando in
Frideritus Romanorū Imperator & dux Austriæ suorum
clamoribus & querelis expergefactus collectum ex merce-
narijs militibus exercitum pro expugnando et deiciendo
Victorino & eius præsidio mittit. Quod Victorinus præsen-
tiens, & tardum auxilium in patris aduentu ponens, vno die
prinsquam Cæsareus exercitus ad illum pertingeret, loca-
tis in præsidio qui illud ab Australibus tutarentur, quingen-
tis militibus, solus ipse præsidio relicto Henricum germani,
qui cum aliquantis copijs ne ab hoste insecutus caperetur,
sibi laturus auxilium se coniungens in Moraniam ad ca-
strum Spelberg quod Brunne imminet secedens, grandi se
periculo euoluit. Captinari tunc Victorinus ab exercitu
Cæsaris, qui magnam partem cruciferorū habebat, pote-
rat, sed saluti fuit Kerchner miles, qui illius liberationem
procurauit. Cæsariam autem milites quorum Gnaffneker
Suenus genere dux erat, ad Monasterium præfatum acce-
dentes quassatis per Bombardas propugnaculis & muris
illud animose conquirunt, & paucis Bohemis præsidij de-
fensoribus vitæ reseruatis, cæteros omnes necant, nec ex-
pugnare præsidium contenti, traducto in Moraniam e-
xercitu Georgio & suis bellum inferūt, quorum paucitate
Victorinus perspecta gentibus ex Boemia auctus illos

inuasurus, aduenit, parumq3 abfuit, quin illos occupatos videretur, nisi illos Tergina ciuitas grata inducian fadꝰ ad se intromissos tuta ssent, Matthias interim Hun ria rex vetus odium quod in Georgiꝰ ob depactationem qua illi vindicaturus se in libertatem, septuaginta millia florenorꝰ vno die persolverat, & quod per affinitatem (filiam enim Georgij in vxorem acceperat) credebatur ex tinctiꝰ Friderici quoq3 Romanorꝰ Imperatoris confade rati sui, qui frequentius Nuncijs ipsum ad id exhortantis iniuriam satagens vltum iri, requisitionibus insuper Apo stolicis, & precibus Protasij Olomuncensis Episcopi Sdenco nis Conopnicʒki, caterorumq3 Bohemiæ Catholicorum Ba ronꝰ qui a Georgio opprimebantur persuasus, exercitu ex mercenario milite Polono, Boëmo & Hungaro collecto, curribus Bombardis, cæterisq3 bellicis apparatibus suffi cienter instructum in Austriam personaliter promouet, & circa oppidꝰ Austriæ Lani prope flumen Dia, in loco palu dinoso & aquis septo illum locat Moraviæ & Boemiæ, exinde bellum illaturus. Zdenkonem Conopnitʒki cu tricentis equitibus, & Cæsarinos milites pluresq3 alios Polonorum & Bohemorꝰ milites belli peritos habens se cum, ex quorum sententia singula in bellum huiusmodi administrabantur. Georgius Podʒiebracʒki nihil Mat thiæ Hungariæ regis hostilitate & aduentu deterritus, suos & ipse in arma cogens, exercitu haud mediocri. (qui tamen plus pedite ex agrestibus, quam equite ex milite refertus erat) satis celeriter & properè compa

rate, solus illi quamuis grandi & excessiuo pressus ab homi-
ne, praestito ducatu ad Lawi venit, et haud longè a statiuis
pannonicis regem Hungariæ et suum exercitum pabulati-
one prohibiturus, sua poneret quadrigis et vallo communi-
uit. Quatuor & amplius hebdomadis in tam propinquis ca-
stris vtergs exercitus considens, neuter in dimicationem
(Hungaricus enim peditatum Bohemicũ, Bohemicus Hunga-
ricum equitatũ verebatur) venit. Bohemicus tñ munitiõm
propinquam Marchnicẽ, in qua praesidiũ ex frequenti mili-
te Hungarus locauerat, Hungarico exercitu inspectante,
et ne quicquam ferente opem per deditionem, violentam con-
quisitionem deditione facta praesidij milites auersuri con-
quirit. Agitabantur post haec per dies multos de pace tracta-
tus plurimi, & iam pax triennalis inter vtrumq; conuenerat,
qua mox Georgio castra fortalitia & bona anno transa-
cto conquisita, iustis dominis cedere recusante, parte autem
Boemiæ Baronum et signanter Sdenkone Conopnickzki qui
plura ammiserat, absqs hac conditione, quamlibet pacem de-
trectante fuit infecta. Fame deinde Bohemum premente et
equis plurimis in suo exercitu labefactatis aut mortuis (li-
beram enim pabulationem exercitus Hungaricus magna ex
parte illi ademerat) leuat Bohemus Georgius campum, & nul-
lo lacessente, nec inuadere audente in Bohemiam redijt. &
in castro Lozdziebrad se locat, filium tñ Victorinũ cum insi-
gni parte equitatus apud oppidum Moraniæ Przebiczow su-
æ ditionis, situ & munitione firmum Hungarũ lacessiturũ
reliquit. Mouit & illico Matthias Hungariæ rex sua castra,

et oppido Trebitzow illa applicat, pro illius autem conqui-
sitione omnem operam nanaturus suburbana incendit. Ex
quo incendium vento validissimo ignem promovente oppi-
dum corripuit, et latius manare capit, propter quod du-
plex periculum incendij & captivitatis Victorinus evita-
turus cum duobus millibus & quingentis militibus, se pro-
perè eripuit, & in Monasterium quod expulsis Monachis
diu ante ab hæreticis incastellatum fuerat oppido Treb-
bitzow imminens, se recepit. Ingens multitudo hominū, e-
quorum & armorum conflagravit eo incendio adeò ve
nihil vorax flamma a cruenta clade distaret. Hunga-
riæ rex mille quingentis captivis qui sequi Victorinū igne
& hostibus præoccupati non poterant, potitus. Victorinum,
in Monasterio obsidere, et triplici sepe, prædam certam illi
cum suis ratus, cingere capit, fame premente in suam ditione
illum cum omnibus non ambigens propediem venturū. Sed
Victorinus turpe se & suos dedere ratus obsidionem, quam
uis multiplici fame premente, carnes equorū absq; salis
condimento coctas manducans & limpham cum suis omni-
bus bibens in dies plures extraxit. Sub quibus per quoti-
dianas dimicationes multi mortalium hinc inde cadebāt.
Supervenit interim Henricus alter filiorū Georgij cum no-
no Bohemorū sua partis exercitu quadrigis circumda-
to, & fratrem obsidione soluturus in tam propinquo spa-
cio ab exercitu Hungarico se locat, ut Bombardæ inal-
terutrū exercitum pertingerent. Ex adventu autem Hen-
rici plures difficultates Hungariæ regi & suis illico cre-

nerunt. nam & frequentiores dietim oriebantur hinc inde particulares dimicationes, & sepium consummatio intermissa, pabulatio quoq3 et victualium importatio magna ex parte impedita. Iam enim in circuitu cunctis vastatis ab vtroq3 exercitu non nisi in sex miliaria & amplius pabulationem ab Hungaria præcipuè exercitu, in quo frequentior eques erat oportebat extendi, hæc quoq3 non nisi laboriosè & periculosè, propter insidias hinc inde structas poterat prouenire. Quapropter vtergq3 exercitus magna iactura in equis tabefactis ex fame susceptа, ipse quoq3 inedia laborans carne deficientium equorum grandem esuriem sustentabat. Floreno enim vno panes tantummodo quatuor additionibus emebantur. Aduenerat & Catholicis in auxilium Bauariæ dux Otho, habens secum Suenos & Suiteros cruce signatos, & Dobeslaus Swamberg, Henricus Hradecski, Burgianus, sed hy quoq3 per Ioannem Rosemberski, qui Catholicum se gerens, partes tamen Georgij & hæreticorum enixius adiuuabat, & per Michaëlem de Michalecz, cæterosq3 Boemiæ partis Georgij Barones, & Pragenses Thaboritasq3 fuere profligati. Victorinus interim perpendens quod nec per tractatus, quos personaliter petito colloquio cum rege Hungariæ interponebat, et in quibus rex Hungariæ conditionem per Victorinum de tradendo castro Spilberg si illum cum paucis suis abire permitteret, oblatam respuens, Victorinum cū suis omnibus in deditionem exposcebat, sed nec per aduentum fratris sui Henrici liberatio sua, & suorum poterat prouenire, extremis se circumdatum videns in periculosam

desperationem versus extrema insuper agredi cogente necessitate ausus est. Nocte diem Penthecostes antecedente, quae fuit quinta Junij cum mille trientis peditibus, qui omnes animos aut ad vincendū aut ad moriendū destinaverant ex arce (pro praesidio tñ illius quingentos relinquens) egressus, & hostilem custodiam quatuor millia armatorum habentem disrumpens, obsidentium manus enadens in propria castra Henrici confugit, & magna sui spe Hungarię regem & suos inescatos fefellit. Magnum insuper ausum suis ex fuga huiusmodi praebens Hungaricum exercitum in maiores difficultates coniecit, & post paucos dies Hungaria rege non persequente, ad patris castra qui in Polna quatuor miliaribus a Trzebiczow distante, et Victorinus et Henricus cum exercitu permenit Arx Trzebiczom illis discedentibus regi Hungariae, eo pacto dedita, vt liceret omnibus incolumibus medietate armorum & equorum relicta discedere. Tam ingentem autem cladem Trzik circa Trzebiczow in viris, armis & equis pertulerat, vt nunquam sepetuerit, premente illum hominum & sumptuum penuria, reparare. Joannes deinde Rozembarski eo deserto Catholicis se iunxit, & Michaił de Michalcze Procopio Rabsthen Cancellario regni & Joanne Thirzka morte absumptis. Zdenko ne vero Kosthka circa oppidū Mogilnicza Georgij copias ducente prostrato & fugato & ex vulnere mortuo. Tenebant autem vtrigz exercitus longo tempore in campestribus statiua explorando congrediendi oppartunitate & licet dimicationum particularium aliquando gerebatur

præludia, in vniuersæ tñ congressionis sortem nunquam vtraq; pars venit. Clandestine deinde Georgius per Albertum Cosicam cum Matthia rege conuenturum se pactauerat, fuisset quoq; reconciliatio ex huiusmodi priuato consensu subsecuta, nisi consiliarij Hungariæ periculo intellecto, regem suum in Olomunc̃ reuocando ingens periculum, quod Catholicis ex reconciliatione imminebat, auertissent. Supervenerunt interim Casimiri Poloniæ regis nuncij, Stanislaus de Ostroro Palatinus Calisien, Jacobus de Dambno regni Poloniæ Thesaurarius & Nicolaus Skop Castellanus Osnacimien, et primum apud Pragam Irzikone offenso (pluribus enim diebus apud Polna, deinde apud pontem commoratus, & in pactis clandestinè cũ Hungariæ rege initis delusus, dissoluto ob famem magnam exercitu in Pragam redierat) multifariè illi vt se Summo pontifici reconciliet, errores relinquat, nomine Poloniæ regis suadent. Temptant insuper vt de regno Bohemiæ alicui ex filijs Poloniæ regis cedat. Ille cessionem regni interim dũ viueret abnuens, à Consiliarijs suis persuasus, non filijs suis sed Poloniæ regis regnum se relicturum pollicetur, idq; iureiurando & literis firmaturũ, orans vt oratores Poloniæ regis inducijs bellum intercipiant, audientiamq; apud Papã ordinent. Illi Olomunc̃ adeunt, quo & Hungariæ rex Matthias cum omnibus consiliarijs copijsq;, & duo legati apostolici Laurentius Ferasien, & Rudolphus Vratislavien Episcopi conuenerant. Vbi parũ æquis auribus pacem aut inducias persuadendo, auditi, re infecta & animis multorũ, & præcipuè legatorũ bellum contra Jrzikonem aut geri aut

fiatri exoptantiũ, offensis casso labore reuertuntur. Castra duo Spilberg supra Brunam, & Hradisce supra Olomucz, dintius obsessa famem non tolerando regi Hungarię dedũtur. Deditur & castrum Coporisce Wratislaconi fame vrgenti, cui victualia Zdenick inferre sapius temptando obstantibus propugnaculis, non poterat. Wratislamienses quoq; Frankstben conquirunt, ruinantq; oppidum. Bohemis ex Samtitz diffugientibus. Ita omnia circa Wratislaconem ruebant, fatalemq; annum illum habuit.

Calimirus rex rebus Prutenicis compositis Gedanensium quidem dicto tributo pro stipendiis soluendis impensa opera ad naues Gedanensium liberandas à Cristanno Dacię interceptas Missis deniq; nuncijs qui bellum inter Mar

chionem Brandeburgen
et dirutem Stolpensem exortum intercipierent Mariemburgi
autem legationibus Prutbenorum expeditis. Dieta Elbingi
quotannis habenda instituta Ac nouis magistratibus
creatis Petricouiam reuertitur.

Hebdomadis decem Casimirus Polonia Rex
apud Cracouiensem vrbem exactis, certificatis per Joannem
Sapienstei militem, qui nuper ex Roma nulla re pro qua fa-
tigabatur apud Paulum Summum Pontificem obtenta redie-
rat. Pomeranis & Prutbenis de suo propinquo aduentu illum
enixius deposcentibus. Missis quoq; Dobeslao Bischowski Ca-
stellano Belsensi & Stanislao de Tancsin, Joannis Castellani Cra-
couiensis filio in Valachiam, qui animo bono Stephanum
Voiuodam Moldauię esse iuberent, in omni necessitatis suę
articulo contra Hungaria regem & quemlibet alium hostem
auxilia Casimiri regis experturum, de prastando quoq; Ca-
simiro Polonia regi & suo regno per Stephanum omagio, diem
& locum dicerent. Sabbato in crastino Sancti Joannis Bapti-
stę de Cracouia cum consorte sua regina Elisabeth egredi-
tur, & in Visliciam perueniens dietam illic tenuit deposcens,
pro solnendis stipendiarijs sibi suffragium decerni. Quare
ad deliberationem reiecta, quamuis singuli militares & no-
biles reipublicę necessitate calculata, subueniendum decer-
nerent, conclusionis tñ decretum in dietam generalem Pe-
tricouien, ne absq; militibus maioris Polonię rem ardnam

peryropere assensisse viderentur, differebant. Ex omnibus deinde districtibus duos legunt nuncios, potestatem ad consentiendum in modestum subsidiu habituros. Die Veneris prima Julij Casimirus rex de Visticia egressus, per chęczini, cęteraq; loca in Colo pernenit, vbi aliam conuentionem pro die Sancte Margaretha cum militibus terrarum maioris Polonię, parsab illis deposcens suffragium tenuit. Ibi quoq; res in alteram dięta octo diebus ante Sancti Michaelis festum in eodem loco tenendam extracta est. Ex Colo Casimirus rex per solita loca in Bidgostiam processit, vbi diebus aliquot exactis Joanne Archiepiscopo Gnesnensi (valitudinarius enim erat & paralitica egritudine in latere sinistro dum apud Bidgostiam foret percussus) in propria remisso ipse cum cęteris prelatis et Baronibus atq; militibus regni in Trussiam processit. Tertia die Augusti Bidgostia egressus, Elisabeth regina licentiata & in Nieschowiam remissa, per Nowe, Gniew, Stargard, feria quinta in crastino Sancti Laurentij tertiarum hora, cum magna gloria & in populi sui maxima multitudine ciuitatę suam regiam Gdansk ingreditur; processione duorum Episcoporum. Jacobi Vladislauien & Vincentij Culmensis atq; omnium ecclesiarū, plausuq; & inbilo omnium Gdanensis ciuitatis populorū, obuiam illi ad vnum mibiare euntium, exceptus est et omnium victualiū promisione abūde administratus. Tenuit autem pro die Bartholomei vnam dięta in Gdansk, alteram pro die dominico post Sancti Aegidij in Mariemborg sub quo tempore, dum tertia mensis

Augusti Luna in domo Martis fuisset eclipsata, vis magna imbrium nunquam antea visa quę mortales eorumqȝ segetes et pecora multis affecit incommodis, secuta est adeò intensa, vt oppidum Stradomia cum suis ecclesijs & domibus alta inundatione compleret, & vsqȝ ad muros propè Cracouienses grassaretur aquas inundationis piscinarum adiuuante raptura. Interponebantur autem rege stante in Gdańsk per dies triginta, per consiliarios regis varij tractatus, & suffragium pecuniale pro soluendis stipendiarijs a ciuitate Gdanensi in summa notabili petebatur, quę cum recusata fuisset, allegantibus Gdanensibus se ære alieno in nongentis millibus teneri Cȝissam annis octo per vniuersas terr[illegible] & ciuitates ditionis regiæ, ad soluendum debita regis & ciuitatum consensu commuui instituta est, ea conditione vt per annos quatuor primos rex illius tres partes habeat, quartam ciuitatibus tribus principalibus Gdansk, Thorun & Elbing relinquat. In residuis vero quatuor annis tres principales ciuitates prædictæ, omnem pecuniam in eorum ciuitatibus, ex Cȝissa prouenientem pro se tollant, omnium aliarum ciuitatum et oppidorum Cȝissæ pecunia in vsum regiũ cedente. Reddidit & tunc ciuitas Gdanensis regi Casimiro tres districtus Gdansk, Puczki et Tczow liberum faciens regem de summis, in quibus illos fecerat Gdanensibus obnoxios, se quoqȝ absolutam iri impetrans de triginta florenorũ millibus ad quæ per annos quindecim bello durante singulis annis, duo retinendo millia soluenda obligabatur. Fecit & mutuum

1207

regi de quinqz millibus in solutione Cæssa illa repetitura. cuius summa pro parte regia ad quindecim florenorum ascensura credebatur. Feruebat & tunc inter Cristannū Dacię & Carolum Suecię reges graue bellum contagione sua etiam Gdanensi ciuitati regię incommodum afferens. Cristannus enim Daciæ rex propria ad largiendum militibus non habens. Anglicorum nauigia cum mercibus ad ducenta florenorum millia æstimatis, in Gdansk tendentia rapuit, illisqz donatiuū militibus persolvit. Anglici vero cum in Dacię regem sęuire non possent, in Gdanen sanitiam vertunt, & omnes merces eorum apud se consistentes occupant et arestant, ad quas soluendas Casimiri Poloniæ regis sudabat labor & intentio. Agebatur & inter Fridericum Marchionem Brandeburgensem, & Henricum Stolpensem ducem rigidum bellorum dissidiū. Supplicabatqz Henricus Stolpensis dux Casimiro Poloniæ regi, primum per Nuncios deinde per consortem suā Zophiam, vsqz in Gdansk missos, vt sibi laboranti memor foederis auxilium contra Fridericum ferret. Potentior enim illo erat, propter auxilia quę sibi dux Misnensis, duces de Mitzelburg Episcopus Maidburgen, & dux de Brunswig tulerant. sin parum fœdus duceret, omagium & subiectionem se facturum exhibebat. Dissolvisse autem Fridericū Marchionem Brandeburgen campum Casimirus Rex intelligens duos Barones illuc mittit Sbigneum Banke de alto monte castellanū Rospergensem, & Stiborium Chelmscī Judicem Posnanensem, bellum æquis conditionibus

sin minus tolerabilibus ad extremum inducijs intercepturos. Pluribus indicijs factis & rebus varijs compositis ex Gdansse feria quinta in die Natiuitatis Sanctæ Mariæ discedens, feria sexta in crastino in Mariemborg aduenit, illicq3 prope mensem tenendo alium conuentum, moratus Henricum de Plawen magistri generalis vicem tenentem cum Marschalco & commendatoribus ad illum venientem benigno vultu excipiens, auditis & magna ex parte impletis eorum petitionibus et necessitatibus, illos remuneratos & optimè de se contentos datis illis quinq3 millibus florenorum, et oppido Nidborg quod in eam diem a prafato regio tenebatur, reddito remisit. Hortatus illos vt successorem magistro celerius deligerent, cuius electionem tantoperè propter Almania & Liuonia magistrorum qui de iure habent electioni interesse, absentiam purgabant se distulisse, quibus & tunc ad illorum preces saluus conductus concessus est pro actu celeranda ipsa electione. Apparuit et tunc Cometes circa finem vrsæ & in temone inter orientem & Septemtrionem consistens. Quo post dies quindecim quibus cursum suum continuauit, desinente, alius mox in occidente priore splendidior, & facem largiorem protendens apparere capit, Qui etiam cursum summ alijs quindecim diebus explebat. Quorum apparitio plurimum hominũ mentem perterruit. Iam tunc aliquod malum pestis, famis & regionũ mutationis, vel obitus principũ annunciantiũ. Non à doctis enim tantummodo viris, sed & à vulgo stella crinita potestatibus summis aut regionibus exitium putantur protendere. Consulti Commen-

datores & ordo per Casimirum regem de regni Bohemiæ
acceptatione, suaserunt illius acceptationem si absq; bello
provenire poterit, sin minus abstinendũ, ne illius acceptatio
vires & opes Polonici regni extenuet. Instituta est & tunc
dieta in Elbingo, pro die Purificationis quotannis tenenda,
vt duodecim personæ pro parte regis & regni, & aliæ duode-
cim pro parte magistri & ordinis locandæ, singulas causas,
querelas & quæstiones virinq; dissiniant. Sub eodem tempo-
re Livonia magister & sui commendatores Gerardum de
Mellingrade, Marschalcum Livoniæ ab officio Marschalca-
tus ablatis omnibus castris deponunt, quod vir vegetio-
ris esset ingenij. Pruthenico & Livonico pro sua facilitate
dignus magisterio, & qui ad pacem Pruthenicam ardenti-
us operam suã nauauerat, remq; apud Livonitas vt ei-
psi in regiam ditionem concederent. Ob quę sibi illud ma-
lum Livoniæ insimulabantur paramisse. Creat deinde pri-
ori creationi innitendo Casimirus Poloniæ rex in Pome-
rania in Chelmensi et Elbingensi terris nouos magistra-
tus, dignitates & officia videlicet Palatinatum Mariem-
burgensem quem Stiboris de Baisen, Palatinatũ Culmen-
& hunc Gabrieli de Baisen, Palatinatũ Pomeraniæ aliàs
Gdanen quem Ottha Machwicz, castellanatum Culmen
quem Ludouico de Mortangen. Castellanatum Gdanen.
seu Pomeraniæ quem Nicolao Pilawski, Castellanatum
Elbingen quem Fabiano de Legendorf, Succamerariatũ
Prussiæ quem Ioanni de Baisen, Succameriariatũ Gda-
nensem quem Heikoni alias Hũgoni de Smolang Succa-

merariatum Slochouien quem Georgio de Dambrowa contu-
lit. Iudicium Chelmen cuius Iuditem Ioannem de Targowi-
sc3e, iudicium Mariemburgen, cuius iuditem Paulum de Vn-
schein, Iudicium Pscouiense cuius iuditem Ioannem Rei-
man. Iudiciu Suecense cuius iuditem Nicolau Caviec3ni-
c3ki. Iudicium Slochouiense cuius iuditem Martinu Slese.
iudicium Gdanense cuius iuditem Cristopheru de Voitari
constituit. Hisq3 & alijs pluribus rebus compositis et terra-
rum Pomeranie & Chelmensis ordinato statu, ex Mariem-
borg feria quarta in die Sancti Venceslai discedens, & per
Grudzandz in Torun pedestri itinere feria sexta in die Sa-
cti Hieronimi venit, ubi aliquot diebus pausatis per oram
Cuianiensem & Lancitiensem, die Dominico Sancti Dionisij
in Piotrcow cum consorte sua Elisabeth regina aduenit.

Xor Vladislai de Do-
mabor3 iniustam uiri ne-
cem Petri colli3 quaritur.
Legati in causa Georgi-
i regis per Casimirum
Romam mittuntur. Conuentiones aliquot
indicuntur.

Conuentione generali Piotrcouiensi pro die Solis

nona octobris per aduentum Casimiri regis prælatorum & Ba-
ronum instaurata, dies aliquot in querela per , relicta
olim Vladislai de Domabord castellani Kalisien proposita
adimmantibus illam pluribus Baronibus & consiliarijs, qui-
bus stricta cognatione innexus fuerat, absumpti sunt, quasi
iniusse fuerit occisus. Et licet singuli consiliarij occisionem
suam damnarent verbis, plerisq; aliud mente quam ore ge-
rentibus, nemo tamen qua vltione facinus sua decapitatio-
nis plectendum foret, sententiam dixit. Castellanus autem Po-
snanensis Petrus de Schamotuli qui vel publico vel priuato
incensus odio, illum prater scientia regis asserebatur da-
mnauisse, præsenti se conuentioni studiose subtraxerat. Ne-
quicquam lege communi in absentem poterat decerni non
citatum. Itaq; post multas fatigas quibus cognatio sua fuda-
re visa est, citationem contra Petrum Schamotulski Caste-
lanum Posnanensem, in qua dies illi pro futura diæta ge-
nerali Piotrconiensi dicebatur, receperit, & omnis interea
motus quieuit & querela. Auditus est posthæc Balthasar Cano-
nicus Vratislauien, qui a Rudolpho Vratislauien Episcopo
& apostolicæ sedis legato missus petebat, vt Casimirus Rex
censuras & crucem contra Georginm Podziebracski in do-
minijs suis prædicari permitteret. Auditus autē & frater
Paulus præpositus Siradiensis in Praga ordinis Sancti Se-
pulchri Hierosolimitani a Georgio Podziebracski missus,
qui iustitia Przikonis qua fultus est contra rebelles & hu-
mili submissione, qua erga Papam vsus est, ad extensum co-
memorata, subintulit res Przikonis a suę felicitatis curju

retardatas & infectas fuisse, per inducias quas Vrsike motus precibus Poloniæ regis, factis per nuncios anno transacto concesserat, rogans Poloniæ regem ne pateretur regnum amicum & sui idiomatis Sclauonici conculcatum & direptum iri, sed ferret illi auxilia & Summum Pontificem sibi faceret reconciliatum. Redditurum enim se omnium quę egit rationem, si sibi concedatur licentia, & singulis quę Summus Pontifex iusserit obedienter pariturum. Vrigz nuncio et Legati & Vrsikonis responsum est. Nuncios notabiles ad Summum Pontificem missurum Poloniæ regem, qui in vrbem eundo descendent ad legatum in Viatislauiam, et ad Vrsikonem in Pragam, intentionem regis Vrigz enodaturi. Nominati Nuncij Iacobus Debienski regni Poloniæ Vicethesaurarius et Capitaneus Cracouiensis, et Paulus de Glowina Decanus Craconiensis. Conuersi deinde erant tam rex quam consiliarij ad quarendam viam qua stipendia militibus possent persolui. Ob quam vnam causam conuentio ipsa fuerat instituta. Verum nuncijs ex parte militarium & nobilium missis allegantibus se nullum mandatum ad consentiendu in aliquod subsidium accepisse. Ea allegatione singulis turbatis cum nihil præsentes decernere possent, duę conuentiones vna in Colo pro terris maioris Poloniæ, pro die Sancti Nicolai, altera pro die Conceptionis Sanctæ Marię in Nona ciuitate, quatenus in illis consensus militarium de ferendo pecuniario subsidio posset obtineri. Duæ & alterę conuentiones in eisdem locis pro die Sancti Viti, pro decidendis differentijs inter spirituales & seculares exortis insti-

tuta: &

Casimiro uenationi stu dente miles frequens mercenarius stipendia e pectat Cracouiæ Matthi

as Valachicam cladem correcturus Boemiam igne & ferro vastat Leodium solo aequatur.

Feria Sexta ante Sancti Simonis et Iudæ, ex dicta Piotrcouiensi Casimirus rex discedens, per Opoczno & Skrzin venit in Radom, & deinde in Gedlnam se conferens, illic plus quam vno mense venationibus vacabat. Exinde pro die Conceptionis Sanctæ Mariæ in noua ciuitatis conuen tionem venit, visitato & adorato ligno viuificæ Crucis in mo nasterio calui montis. Vbi conuenientibus Ioanne Cracouiensi, Iacobo Vladislauiensi Episcopis & Consiliarijs, et militi bus terrarum Cracouiensis & Russiæ, praeter Ioannem de Thanczin Castellanum Cracouien, & Ioannem de Lilesa Palatinum Cracouien, quos valetudo retraxerat post mul tos & varios de ferendo regi pro soluendis stipendiarijs suf fragio tractatus dum singuli & Barones militares de pro prio censu, pro quo a rege rogabantur nihil vellent, alle gando suas egestates & defectus conferre. vix tandem & cum magna difficultate in Methonibus fertones. Nuncijs

etiam maioris Polonie terrarum consentientibus decreti. La tamen conditione vt medietatem personis videlicet sex grossos, hæres et dominus villæ soluat, alios residuos sex grossos Cmeto laneum retinens pendat. Rarus tamen ex militaribus eam conditionem seruauit, sed omne onus solutionis in Cmethones redactum, qui et ipsi maxima paupertate propter frumenta quę æstate transacta, ob imbres cadentes steriliter prouenerant, & imbres ipsi ferè omnem in autumno impediuerant satiõm, præssi ægrè illam adimplebant. Casimirus rex rebus publicis in prafato conuentu Nouæ ciuitatis perfunctus Cracouiam pro diebus Natiuitatis CHristi qui instabant venire distulit, vexationes stipendiariorum, quibus pro festis Christi solutio fuerat pollicita, & quorum iam multitudo Cracouiam, diem constitutam anticipando conuenerant, euasurus, sed apud nouam ciuitatem vnà cum consorte sua Elisabeth natalicium Christi egit. Annus hic in pluribus casibus raris, et effusione ampla sanguinis Christiani insignis. Nam in singulis ferè annis & regionibus multiplicitate imbrium causante, & ea quę in frugibus prouenerant fuere corrupta & omnium frugum satio hiemalis impedita, ex quo inpleris q3 regionibus annonæ caritas subsecuta est. In Valachia regionem dum illam Matthias Hungariæ rex à proprietate regni Poloniæ abstracturus, suæ ditionis facere conaretur; clade ingenti à Stephano Võievoda Valachiæ, vt præscripsimus obrutus, plurimis de suis desideratis in regnum trepidus refugit. Mox autem Valachicam

cladem nouo bello correcturus. Irzikoni damnato & depoſito à regno Bohemiæ regi bellum inferens, circa oppidum Thrzebitzow, & alios multos partis Irzikonis igne & gladio extinxit, multos è ſuis deſideramit. Burgundiorum dux Carolus defectionem Leodij nobilis urbis, quę præfectos ſuos aut extinxerat aut expulerat, vlturus, in illius expugnatione, quam per dies tres noctes duas, quadraginta millibus de ſuis amiſſis conquirens, omnes puberes & impuberes mares & faminas nulli parcens ſexui aut ætati occidit, & ciuitatem & omnes munitiones, & domos eius ſolo æquando ruinauit, habitationemq; illius mortalibus indixit.

Ladiſlaus filiorum natu maximus regem Caſimirum Cracouiam uenientem fratrum ſuorum nomine oratiuncula excipit datis ſingulis ſtipendiariis in ſingula capita florenis. Reliqui ſtipendij militum ſolutio in diem

Paschæ reyeitur Stephanus Sacramento præstito pollicetur præsentem se regi Casimiro solenne omagium præstiturum Tartarorum legatio auditur.

Annus domini Millesimus Quadringentesimus Sexagesimus nonus.

Exactis apud Nouam ciuitatem Corczin, Casimirus rex Polonie natalis domini diebus, in Nicpolomice descendit, et ferarum multitudine capta, & primum in filios deinde in Episcopos Cracouien. & Vladislauiensem, Barones & consiliarios, Capitulam, vniuersitatem, & consulatum Cracouiensem distributa, feria quinta in Vigilia Epiphaniarum cum Elisabeth consorte sua feliciter Cracouiensem vrbem intranit, à filijs suis quatuor Vladislao, Casimiro, Alberto & Alexandro oratione pulcherrima per organum Vladislai primogeniti et natu maioris pronunciata exceptus. Stetit autem Racouia hebdomadibus, sub quibus à stipendarijs qui ad percipiendum promissam eis solutionem conuenerant, inducijs vsq3 in diem Paschæ, vt fertones interim decreti colligi possent impetratis, in singula eorum capita, singulos florenos ad rationem debiti computandos distribuit, & Cracouiam die Solis antepenultima Januarij linquens in terras Russiæ cum con-

sorte sua Elisabeth per solita loca & stationes processit, & apud Premisliam Carnisprimio exacto in Leopolim concedens, quadragesimæ tempus illic mansit. Omagium & fidelitatis corporale iuramentũ à Stephano Voiewoda Moldauiæ quod se per frequentes nuncios & literas præstiturum obtulerat recepturus, at ille variis cauillis et impedimentis, & signanter ne illo prouinciam egrediente, Turci illam, Hungari vel Besserabi occuparent allegatis venire per notabiles nuncios videlicet Joannẽ Musilonis Palatinum Podoliæ, & Spitkonem de Jaroslaw Succamerariũ Premisliẽ ad eum vsq; missos, accersitus distulit, & verbo quidem hostilem innasionem prosui excusatione opponebat, re vera autem captiuitatem verebatur, quam se incursurũ ex nonnullorum consiliariorum regiorum anisamento si veniret formidabat. Nẽ tamen Casimirum Poloniæ iniustam indignationem prouocaret, in manibus Nunciorũ regiorum prædictorũ Musilonis & Spitkonis omagium sacramentum, q3 fidelitatis præstitit, iureiurando se constringens ad præsentiam Casimiri regis in Camieniec3, Coloniam vel Sniatyn dummodo duobus mensibus prius ante amissetur, venturum, & solenne ac publicum omagiũ præstiturum. Aduenerant illuc etiam Imperatoris noui Tartarorum Menglieren nuncij. Cæsarem regi commendantes, & contra quemlibet hostem offerentes auxilia. Filium Ezigeri natu maiorem Nurdulat expellunt, & fratrem eius Menglieren substituũt, quem ægrè illis Caphenses apud

apud quos tunc hospitabatur, coliſionem ingentem imperij Tartarici veriti veſtinerant.

Friderico Imperatore uoti reddendi causa Romam profecto Bamkkir cher familiaris suus ar cibus aliquot interceptis iudarisq́ caesis ac omnibus spoliatis bellum imperatori facit. Copiis à rege Matthia adiutus.

Romanorum Imperator Fridericus quingentos equos in comitatu habens, per forum Julij & Venetias vbi illi magnus à Venetis impensus est honos, Romam in vigilia noctis Natiuitatis Christi, quinta hora Paulo Papa Secundo iam tunc matutinum in ecclesia Sancti Petri agente, soluendi voti gratia quod dum à Germano Alberto Vienna obsideretur, nouerat aduenit. Expleto matutino cum Paulo Papa primum pransus in palatio Papali quieuit. Celebritati missae quae in vesperum tendebatur in Imperialibus

Paulo Papæ rem diuinam exequenti assistens. Euangeliū exigit edictum ex more legit, quindecim dies apud vrbem commoratus, sub quibus cum Paulo Papa & cardinalibus consistoria secreta agens in vesperam extrahebat. In quibus vltimum est illum duorum regnorum Hungariæ & Boemiæ successionem, pro se & filio suo Maximiliano confirmationē petisse, & ne pax Pruthenica confirmaretur Summo Pontifice dilationibus vso, magnopere desudante. Dum autem ex vrbe quamplurimis donis per Papam Venetos, ducem Mediolanum, cæteras q; Italiæ communitates & ciuitates onustus regrederetur, familiaris suus Bamkeircher à Matthia Hungariæ rege, cui iturus Romam Imperator, tutelā commiserat. Austriæ, & quem filiali & honore et nomine compellebat subornatus, aliquot arces & ciuitates munitas fraude neglectum se in emerito stipendio allegans intercipit, et in Iudæos quos imperator speciali dignabatur fauore seuitiam exercens omnes, trucidat, fortunasq; eorum longo tempore in quiete quesitas, diripit, hisq; gentes aduersus Imperatorem conducit. Verum cum imperator non secus quam par erat pro tam indigna iniuria motus, magnum in Bamkeircher & alios rebelles videlicet Gofrinker, Groff, Sigismundum, & Ioannem Viskowiecs qui se illi coniunxerant, pararet exercitum. Vngariæ rex Matthias clandestinam hostilitatem amplius tegere non valens, gentes suas illis in solatium transmisit. Austriam vniuersam suę ditioni subacturus. Ex filio crudelem priuignum, & ex amico hostem infestum se constituens.

tuens. Ex quo & Austriæ & Stiriæ, Carinthiæq; partes gravibus cladibus & bellis fuere involutæ, rediit enim exposthungariæ rex cum imperatore in gratiam, & fidelibus auxilijs illum iuuare cœpit, parno tamen tempore in fide perseueranit.

Matthias cum Georgio clandestina faciens colloquia rex Bœmiæ creatur.

Sub primo veris tempore Matthias Hungariæ Rex exercitum ex decem millibus equitum, mercede conductu ducens, cum iam omnem ferè Moraniam suę ditionis fecisset, in Bohemiam versus montes Kuhne venit, feraciores, q; agros & vicos edacibus incendijs per sedecim millia in longum, & in latum ad quadringenta villas cum pecoribus, iumentis & hominibus in cinerem & famillam redegit, nonnulla fortalitia diruit & euertit. Qua res tantum hæreticis incussit panorem vt succlamarent supremũ diem et malorum imminere, cum nulla hominum memoria in Bohemia tam sæua calamitas audita fuerit. Habebat Georgius Podziebraczki haud longe in pratis monasterij Siedlecz suum exercitum ad quinq; millia equitum, et decem et octo millia peditum æstimatum, congredi tamen ne vna dimicatione conflictus perpetua cum suis omnibus

obruerentur clade. Non ausus aperto Marte simulqꝫ suo-
rum dolos et callida ingenia ne ab illis proderetur veri-
tus quos in diuersas voluntates esse dilapsos agnouerat.
Per Albertum Costkam internuncium suum, Hungariæ
regis colloquium expetijt, quo impetrato dum apud villã
Orschwida conuenissent, omnibus arbitris exclusis, socer
sic ad generum fertur locutus. Cur me mi nate tanta
atrocitate insectaris, quid me vita ac regno priuare con-
tendis, quod tantum meum in te facinus qui multisariis
beneficijs a me te exornatum inficiari non potes. Ex
captiuo te in regnum amplissimum remisi liberum, filiã
meam tuo connubio iunxi, omni te honore & affectione
prosecutus. Summi inquit Pannonius Pontificis, & cæsa-
ris actus iussu, non priuato odio bellum in te gero, hære-
tica enim infectus labe per Summum Pontificem, velut
putridũ membrum in fide, omni honore & dignitate re-
gia priuatus, in Catholicos amplius debacharis & ne-
cesse fuit Christi Vicarium in te principes concitare. Re-
gium thronum præter spem adeptus religionem te Christi-
anam non hæreses conueniebat promouere. At ego re-
spondit Bohemus nunquam Summo Pontifici obedire ne-
giuersatus sum, neqꝫ me hinc sine recta fide migratu-
rum spero. Proinde accẽsi legatos spondeo tibi eorum
paritũrum me iussis & fidei satisfacturum præscriptis
In hanc sponsionem bello suspenso quarta dies Aprilis
ad placitandũ de pace constituitur, qua adueniente
cum duo legati, Laurentius Ferarien & Rudolphus

1223

Vratislauien, & ferè omnes insigniores Hungariæ Pontifices et Barones in Olomunc3 accersiti, ad regem conuenissent, capit socer qui & ipse in propinquo apud Stembarg agebat, cum genero suo apud villam inter Olomunc3 & Stembarg mediam conuenire, & omnibus arbitris remotis frequenti & diuturno tempore agere de pace. Neq3 enim tutum vterq3 ducebat, licet vtriusq3 copiæ haud procul distarent, belli experiri fortunam cum Pannonius, Bohemus in pedite triplo excederet, perpetuam vterq3 sui perniciem & deiectionem sequuturam ratus, quisquis ab altero vinceretur. suspecta illico res tam clandestine agitata Pannoniis consiliarijs esset capit legati suspectior, vnde & taciti se & fidem orthodoxam, & sedem Apostolicam à Pannonio proditam masti & corde consternati ad ludibrium quoq3 se accitos querebantur. Superuenerant & in olomuncensem conuentum oratores Casimiri Poloniæ regis in vrbem destinati, Iacobus videlicet Dambienski regni Poloniæ Vicethesaurarius, & Palus de Glomina Decanus Cracouien & Hungariæ regem & Georgium ne quam conclusionem inirent, quam Polonia rex pro praiudicato ferret auersuri. Gratus fuit singulis legatis præsertim apostolicis eorum aduentus, opeririq3 illos exitum rerum hortabantur. Sed dum conclusio pacis ex industria dolosa protraheretur in longum. Oratores Polonici regis ab apostolicis legatis ne tam perniciosè cunctationi interessent admoniti Romam petiere. Ciuitas inter hæc Olomuncen fortuito insolentia ludentium in alea, in præsentia regis nocte incensa

in sui medietate graue incendiũ, graue spolium pertulit, dum non solum incensa domus, sed etiam integrè per vim a gentibus regijs depilarentur. Infaustum fatum suo ardore illo portendens & spolio. Post varios deinde tractatus non nisi induciæ in diem Circumcisionis duraturæ, conclusæ sunt, et literis firmatæ. Tum demum Matthias rex Hungariæ a duobus Episcopis Rudolpho videlicet Vratislauiensi, & Prothasio Olomuncensi, & aliquot Bohemiæ Baronibus, videlicet Ioanne Rozemberski, Sdenkone Conopnicʒki, Joanne et Vlrico Zaiacʒ de Costi, Swantoslao, Samberzo, Henrico de Hradecʒ et Burʒiano, in Bohemiæ regem die Mercurij tertia Maij electus. Electionem de se factam omni deliberatione circumscripta acceptans. Olomuncʒ egressus in Vratislauiam à ducibus Sleziæ sumpturus omagium, die Veneris vigesima Sexta Maij aduenit, vbi cum magna gratitudine egressus et pompa, et processionũ honore susceptus est, altera deinde die à ciuibus omagio publico accepto, etiam fere omnes duces Sleziæ, iam censuris iam promissis, iam terroribus ad præstandum sibi omagium conduxit. Comitabatur enim eum illic Lauretanus Ferariensis Episcopus, Apostolicus legatus. Comitabatur et Ioannes Lauentinus Episcopus ab imperatore cum vno comite destinatus. Archiepiscopus præterea Strigoniensis Ioannes cum Agriensi Epõ, et nonnullis Hungariæ proceribus aderant quorũ præsentia ad omagiũ illi à duce Sleziæ præstandũ conducebat. Fridericus deinde Marchio Brandeburgẽ, dum inuitatus Vratislauiã aduenisset, deductus à rege Hungariæ rogatus, vt videlicet illi vocem pro in-

perio daret, quod se facile Marchio facturum respondit. Item vt secum fœdus contra quemlibet iungeret, quod ille plane negauit, asserens non conuenire suæ conditioni in Polonia regem, ob cuius præcipuè respectũ illud fœdus petebatur, arma sumi. Cum principatus sui regno Poloniæ cohærentes, sub breui tempore, & prius quam à rege Hungariæ illi posset succurri, totalem inciderent vastatiõm. Abiens posthæc Hungariæ rex versus Legnicsam & Swidnicam omagium ab illis, & cæteris Slesiæ & Lusaciæ ciuitatibus accepit, & Vratislauiam reuersus diebus aliquot illic commoratus, atq; hastiludia nouis quotidie vacando, vt publicè ferebatur nuptijs prospectans, donaq; in plura largiens quinta Julij Vratislauia egressus Brunnam, conuentum illic acturus, et deinde Austriam contendit, laturus Cæsari ab eo inuitatus auxiliũ, cuius pulcherrimæ & vallidæ gentes, ex Australibus Misnensibus, Bauaris, Suevis, donatiuo collecto à Brãlecher et Grosonibus grauicade pridem fuere conflictæ, aut saltem bellum illud pacatione aliqua compositurus, quatinus si bellum cũ rege Poloniæ immineat, facilius gentes ex Almanis cessante bello posset conducere.

Legatis Boëmorum apud Casimirum existentibus Nuncius aduenit

filium Casimiri Bohemiæ regem creatũ et nominatũ esse

voce communi etiam ipsius Georgij Podebrackj
Stephanus Transiluaniam vastat & Petrũm dolo
interceptũ occidit.

Ex Leopoli Casimirus Poloniæ Rex post festa Paschalia die Martis vndecima Aprilis egressus, ijsdem itineribus quibus illuc ierat vsus, die vigesima Septima Aprilis Cracouiam aduenit, honore processionũ et oratione in vulgari Polonico, per organum secundo geniti sui Casimiri disertè pronunciata exceptus. Vbi consiliarijs Cracouiensiũ seorsũ ad illum confluentibus, hebdomadis octo stetit. Sub quibus milites qui apud Prussiã merucrãt, in centũ quadraginta millibus florenorũ, dato pro medietate auri pannorũ pecunia fertonũ per Cmethones datorũ, et ciuili exactione pro rata prima persoluit, et dilationem longiorem ad soluendam alteram & residuã partem, quæ ad annũ integrũ a festo Natiuitatis Christi venturo tenderetur, obtinuit, veniit ad Casimirũ Poloniæ regem in Cracouiã sedecima die Junij, Prothasij Olomuncen, Rudolphi Vratislauien Episcoporũ, Zdenconis Conopnicensi et Ioannis Rozembarski, exteroruq; Bohemiæ et Moraniæ Baronũ Catholicorũ nuncij, videlicet Ioannes de Costki regni Bohemiæ Cancellarij, et Dobeslaus Czarnohorski, qui audientiã nacti primũ facinus suũ quod Poloniæ regẽ & filijs suis quos primũ in Bohemiæ regem elegerant desertis. Matthiã Hungariæ regem pro rege elegissent, pluribus causis dictationem regi Casimiro obiciendo, & plures clades quibus a Gizilcone

1227

Podsiebraczki premebatur allegando diluebant. Rogabat deinde vt parti eorũ rex Polonicus fauorem daret, hæreticis subtraheret, fieri enim posse Poloniæ rege ferente Catholicis auxiliũ vt hæresis Bohemica facile finem acciperet, cum sit iam pro maiori parte attrita. Rogabant insuper vt cum rege eorum Matthia amice se gereret, plura commoda ostendendo ex eorum amicitia proueniat. Casimirus Poloniæ Rex quamuis variationem electionis de se & filijs ad regnum Bohemiæ factam, & in Matthiam Hungariæ regem trãslatam moleste ferret, probeq3 nosset, & Vratislauiensis & Lusacien ciuitatũ, sed & omniũ Slesiæ ducũ, qui in Matthiæ Hungariæ obedientiã regis transuerant pectora, terroris sui metũ pernasisse, futurum & graue bellum à Poloniæ rege & filijs suis eis inferendũ, iam tunc ominatũ. Id insuper metuentiũ, quod sera in Hungariæ rege Turcorũ bello & alijs implicato illis spes foret. Nuncios tamen benigne habitos etiam vestibus pelliceis donauit. Ne quid tamen rebus suis occasione regni Bohemiæ habendis præscriberet, & legationem amicam flocciseciſse videretur, respondit se deliberatione Consiliarorum quorũ tunc copiã non haberet, sumpta legationi eorũ tempestiuè responsurum. Subibat tunc Bohemorũ animos penitudo, super electione de Matthia Hungariæ rege facta, nec Ioannes Zaiecz vnus ex nuncijs continere se poterat, quin filijs regijs conspectis et eorũ familiari comertio vsus, dolere se cum lachrimis ait, quod electio à filijs regijs veris regni Bohemiæ hæredibus in Matthiã Hungariæ regem trãslata sit, seq3 in illam non ex suo ingenio, sed aliorũ persua-

sione pertractũ magis quam spontaneũ consensisse. Illis aũt nondũ Cracouia excedentibus, venit rumor à vero non abhorrens. Georgiũ pro rege Bohemiæ pro rege se tunc adhuc gerentem, & omnes suæ partis Barones tam Catholicos quã peste hæreseos infectos. Nuncijs Casimiri regis, Stanislao Marschalkowicz de Brzezie, & Georgio Lubranski, quos sciscitatũ ad illũ, sub quibus conditionibus pacem cũ rege Hungariæ confeciſſet miserat, præsentibus filiũ Casimiri regis natu maiorem, in Bohemiæ regem maxima gratitudine conclamasse & delegisse. Lætior hoc rumore Ioannes Zaicz quam molestior suadebat, si Georgius Podziebracski fallere solitus de Iraga & Carschten effectu aliter excederet, electionem illũ abruendũ non esse. Posse enim conditionibus, & præcipuè connubio filiæ regiæ Matthiam Hungariæ regem à prosequendo iure regni Bohemiæ auerti. Electionem autem illam se viuente ideo Georgius Podziebracski etiã filijs suis Victorino, Henrico, et Hincone præsentibus, quibus electionem maluisset destinasse, scitus est feciſſe, quoniã et Matthias Hungariæ Rex clandestina pacta quæ secũ percusserat, & hoc præcipuè vnum gratiã cuius in cæteris se trahi permiserat, vt Georgio & suis omnibus vsũ communionis vtriusq; speciei retinere liceret, confirmariq; illũ Matthias Hungariæ rex à Summo Pontifice Georgio & Bohemis obtineret. Improbantibus legatis apostolicis, & pacta illa execrantibus denunciauit se non posse implere. Ex quo vno cætera ruptũ iri. Euenitq; vt pace firmata ad irritũ recidente, bellũ inter socerũ et generũ grauiori

odio quam si vnquam interuenisset reintegratum. Stephanus Voiewoda Moldaniæ iniuriam suã vltum iri satagens, dum Matthias Hungariæ rex apud Vratislaniã ageret, terram Transsyluanien cum mille octingentis equitibus tantummodo ingressus et rapido cursu quasi quędam tempestas singula cede cęde et igne vastans plura crudelia egit, et onustus præda rediit. Missis quoq; tũc ad Petrũ literis & muneribus sub nomine Valachiæ Baronũ, vt veniret, & principatũ Valachiæ acciperet, prafatum aduersariũ suũ in Voiuodatu Petrũ, qui patrem suũ occiderat, & quem Hungariæ Rex Matthias contra Stephanũ fouebat, viuũ intercipit, ac ad se vsq; perductũ capite truncauit.

1219
1229

Legati Georgij Boëmiæ regis electionem de Vladislao factam in regnum Boemi cumq; conditiones apud Casimirum narrant. Le

Legati partim in Boemiam partim in Trussiam qua in suspicionem defectionis adducta est, mittũtur.

Die Lunæ decima nona mensis Junij, Casimirus Polo-

nia rex de Cracouia egressus per nouam ciuitatem Corezin, versus Radom contendit, vbi pro die apostolorũ Petri & Pauli, primatũ conuentũ consiliariorũ egit de defensione regni si aliqua subita vis ab Vngariæ rege ingruerit prouisurus. Illuc ad eum nuncij Georgij Kozdziebraczki & Bohemorum dictius expectati, videlicet Stiborius Thowaczowski, Benedictus Warthmiller, & Paulus præpositus Sderadensis, aduenerunt. Hi extensiori sermone vsi, per Benedicti organum, cuius facundia non conditioni, a Stiborio Thowaczowski delatũ est. In repetendo legationes & responsiones singulas inter reges Bohemiæ, Vngariæ & Poloniæ quomodolibet actas. Ad extremũ declararũt Georgiũ, et suos omnes rerũ qualitate et Georgij imbecillitate ex crassitudine proueniente, pensata filiũ natu maiorem Vladislaũ Casimiri Poloniæ regis in Bohemiæ regem concorditer delegisse, ea tñ conditione, vt Georgius sceptra Bohemica ad mortem teneat. Polonicus rex illum a qualibet hostilitate defendat, audientiam sibi a Summo Pontifice impetret, & si impetrare nequiuerit, illum in nulla necessitate deserat. Nec prius nisi morte sua secuta, filius Poloniæ regis sibi in regno succedens, coniugem suã Ioannam in iure dotis, & filios suos in iure principatũ. Barones singulos in magistratibus, repulsis & damnatis his in quos Hungariæ rex Boemiæ magistratus contulerat, conseruet, et distracta restauret, his suapte natura grandibus vna alia conditio grandior, & qua singulas alias fedabat, clandestina subornatione adiungebatur, vt videlicet filius Poloniæ regis Vladislaus

in regem Bohemiæ promouendus et coronandus, filiã Georgij Ludimillã vndecim annorũ sibi desponset, firmaturus huiusmodi connubio regnũ suũ. Electionem vero suã, et omnia inde secuta rupturus si abnuerit. Nulli enim satis præter paucos hæc placebat conditio, vt princeps nobilis hæretica se misceret fœminæ. vtriusq3 parentis abdomen fastidiendũ redolituræ. Cum autem consiliariorũ sententia non congruerent, et ad euidens periculũ tam hæresis quam belli, filiã regnum pars maior mitti non probaret, pauci sub oblatis conditionibus acceptandũ Bohemicũ regnũ censerent. In pontifices quoq3 et ecclesiasticos fremitus à laicis fieret, quod in præsentia præfatorũ nunciorũ teneri interdictũ decreuissent, licet illud postea metu periculi. Ioannes videlicet Archiepiscopus Gnesnen, Ioannes Cracouien, et Iacobus Vladislauien episcopi temerassent. Noui nuncij videlicet Ioannes Tarnowski Voinicien & Stanislaus Wathrobka Sandecen Castellani in Bohemiã ituri, et conditiones graues, & eam præcipuè quæ matrimoniũ continebat abrogaturi destinantur. Conuentio insuper gnãlis apud Piotrcouiã, professo vndecim millium virginũ pro conditione rerũ et temporis, his & alijs rebus. prouisura instituta est. Legati regij ex vrbe, Boemia et diæta Hungarica, pro die Natiuitatis Sanctæ Mariæ, apud Podolinũ & Kezmarg instituta, reuertentur prouisura. Duo Epi Iacobus Vladislauien, Vincentius Chelmen, & Petrus Dunin Succamerarius Sandomirien in Prussiam delegantur, iustum iudiciũ exhibituri quærulantibus, et motus singulos qui orituri referebãtur oppressuri. Insimulabatur enim

ordo Pruthenicus, Imperatoris et Hungariæ regis suggestu rupto fadere in bellū spectare Casimirus rex die Iouis vi gesima Julij ex Radom egressus per Lublinen et Chelmen terras in Lucsko die Augusti descendit et abinde Litua niam petens, conuentiōm in Grodno pro die Natiuitatis Sanctæ Mariæ feria tertia celebrauit. In reuersione Bo hemorū ex Radom interdictū ecclesiasticū apud Cra conia tentū & Craconiense Capitulū errorem quem pō tifices in Radom admiserant correxit.

Matthia Vratislauia dis
cedente Victorinus Geor
gij filius a militibus eius
capitur sed dum ut suis
succurreret ex Vngaria
in Boemiam aduenit ab
Georgio profligatus cum
pancis in Hungariā perfugit voluntates in se sus
orū simul cū fortuna communans.

Sub Hungaria Regis in Moraviam aduentu, belli

paululũ ipso Vratislauiæ agente, quienerat iterũ captum est. Etenim quadã munitiones ab rege Matthia obsessæ sunt. Quas dum expugnare contendit Victorinus cum milite equitibus in oppidũ Vesele venit, partiũ enim suarũ erat, & ab Henrito Lipski Marschalco Bohemiæ genero Irzikonis tenebatur, idq; assecutus etiam ã prafato Lipski sororis marito, iam illic in partes Hungariæ regis speclante, quem illic consistentem Hungariæ rex exercitu admoto circumvallat, ac oppido in locis aliquot ex pacto incenso, dum Victorinus negato sibi ab affine Lipski castri quod oppido imminet introitu, angustiatũ se videns de oppido erumpere nititur, à gentibus Hungariæ regis in ipsa eruptione non sine suorũ clade captiuatur. Octingenti de suis aut occisi, aut flammis in oppido exusti, aut aquis suffocati. Corpore Victorini Hungariæ rex quod vnũ solũ longo tempore quærebat, cũ vnus solus ille pãtris strenuè gereret bella potius, ipsum in Buda male ferentibus Bohemicis partis suæ Baronibus, quod Pannonicam fidem Bohemicæ præponeret, quo illic tutior esset, transduxit. Irzik aũi captiuitate filij audita, non secus quam par erat motus, exercitu non parvo ex militibus, ciuibus & agrestibus congregato, castra tria Ioannis Zaiacs de Costhi, in quorũ vno ipse cũ filio admodũ paruulo præsens erat dura obsidione constringit, & singula in expugnationem eorũ ferocius administrando, Ioannem Zaiecs capere, liberaturus illo filiũ, contendit. Sed Ioanne Zaiecs euadente, castra eius ferocius obsidebantur. Sub iisdem diebus, Stephanus Voievoda Moldaniæ, misso exercitu in regnũ

Hungaria, cuius Philippus Pop ductor erat, terrá Transilvanien. vastádo, vsq; ad vmulú depopulatur, vbi duobus pralijs Húgaris illú opprimere satagentibus, victor exercitú onustú pręda in Valachiam reducit. Exercitus interim ex Vratislavien, Lusacien, & sex ciuitatibus Slesiæ assidua prece Ioannis Zaiecz pro suorú castrorú liberanda obsidione, iussu etiá Matthiæ Hungariæ regis collectus in Bohemiá processurus apud Zitauiá conuenit, sed præsentiens Bohemos hæreticos & (pactione cú his qui obsidebantur inita, de dedendis castris nisi sub certo tempore illis feratur defensio) in multitudine quadrigarum montes Slesiá á Bohemia disterminátes superasse, paniduscin sua dilapsus est. Quo cognito Bohemorú exercitus, ex ciuibus tantummodo & agrestibus, in duorú tántummodo millium numero, quorum maior pars peditatus erat agregatus, Zitauiá oppugnás, post trinú insultú igne molendinú obtinuit, & centú ciuibus Zitauiensibus, molédini defensoribus captiuatis duodecim trucidauit, deinde circa Lanbin Slesiá ingressus duos habens duces Samuelem Pragen, & Ioannem Czarni Hradecen, ciues omne regiom circa montes impune, nullo ferente auxilio, quauis Hungariæ Rex frequentibus imploraretur nunciis, igne, cædibus & spolijs populatur. Et quamuis á militaribus Slesiæ rogatus, rura et ædificia ab igne tantummodo, & nó a spolijs redimendi potestatem fecerit, et duodecim millia florenorú á redimentibus emunxerit, bona tú & rura Ecclesiastica (vehementius spiritualibus, quá secularibus

offensus, et callido ingenio odium inter illos serturus nullo pacto absolui promittens) igne singula deleuit. Adeoq3 metus tam imbecillis manus cunctos pernaserat, vt Vratislauienses obsidionis timore intra muros trepidarent, parumq3 à grandi seditione abfuit, vulgo omnem incensa & depopulata regionis culpam in Episcopũ Vratislauiẽ Rudolphũ et Ioannem prapositũ et Consulatum retorquente, quod Mathiæ Hungariæ regis acceptandi, & in suam obedientiam transeundi authores fuerũt. Mittit & Matthias Hungariæ Rex ad Premislaũ Thesnẽ, Venceslaũ Ribnicẽ duces, auri mille florenos pro conducendo milite iubens vt cæteros duces Slesiæ cogendo in arma oppaniã ex qua altera ora Slesiæ, vehementius à præfecto Arcis Ioannis, Lerka infestabatur obsidione cingerent. At illi de duobus præfatis ducibus, quod ipsis quoq3 aurũ non mitteretur: Zelo concepto, mandatis regijs irrisis contumaces se monstrauerũt. Exercitus interea Bohemicus præda omni in Bohemiã in pecore cæteraq3 supellectili relata, maioribus viribus auctus sub Ducatu Henrici filij Georgij Losdziebraeski in Moraniã oppidũ Hradisce quod à gentibus Hungariæ regis longo iam tempore obsidebatur, liberaturus aduenit, & in vicinia quaq3 regni Hungariæ circẽcirca Phrencsin, capit spolijs et incendijs grassari. Agebat tunc Matthias Vngariæ rex cũ primoribus Pannoniæ apud Posoniũ conuentũ, expostulans sibi cumulatiori auro contra Bohemos succursũ iri, aut Hungari assiduis tributis granati, tyrannidem quoq3 eius, quoniam plerisq3 castra & substantias abstulerat, si-

mul quoq3 et petulantiâ perosi, de expellendo eo varijs studijs consultabãt. Igitur dñ populationẽ Bohemicã Matthias rex persentiens, primũ in Tarnamã deinde in Hũgaricũ Brod accurrit, et exercitu quĩstria millia pugnatorũ implebat contracto, contra Bohemos in expugnatione suorũ qui Hradiscze per propugnacula obsidebant occupatos, personalr̃ adnenit, & die Martis vltima Octobris, cũ Henrico Irzikonis filio & exercitu eius congressus, victusq3 succumbit, trepidusq3 cum tribus tantũmodo suis comitibus, in Hũgaricũ Brod perfugit, sed nec illic audens consistere in Skalitzam se recepit. Bohemi insignibus tamspolijs quã captiuis potiti, inter quos erant Joannes Comes de Besthmik. Georgius filius Edenkonis Conopnitzki, Bobeslaus Czarnohorski oppidũ Hradiscze longa obsidione per gentes regis Hungariæ angustiatũ & fatigatũ, aliquibus propugnaculis expugnatis, soluere nõ poterãt, & ab eo tempore animis resũptis, superiores etiã successibus esse caperũt, desciuitq3 magna pars Baronũ Bohemiæ Catholicorũ, a rege Hũgariæ videlicet Burzian. Swantoslaus Swamberg, & se Irzikoni coniunxit, Joannes aut Rozemberski, & Joannes ac Vlricus Zawecz, quoniã publice descire, prius non putauerãt, indutijs vnius anni sibi duxerũt prouidendũ.

Nuncii regis & regni Poloniæ, videlicet Joannes Racouien Episcopus, Joannes de Thanczin castellanus cracouien, Berslaus de Rithwiani Sandomirien, Stani-

slaus de ostrorog Calisien Palatini, & Ioannes Dlugoseb Semi-
or Canonicus Craconien, quamuis ad diætam inter regna
Poloniæ & Hungariæ pro festo Natiuitatis Sanctæ Mari-
æ tenendam, et per nuncios graues frequenter condictatã
et conuentã in Podoliniecz aduenissent, ac sumptus magnos
& fatigas fecissent, Hungariæ tñ prælatis et Baronibus stu-
diose et ex proposito venire, moribus et lenitatibus regis
sui ofensis dedignantibus Polonici nuncij bis sub vnum an-
num de agenda diæta illusi, frementes et indignabundi,
quod nec illis enacuatio diætæ intimatã fuerit reuertñ-
tur:

Chartari prædam ex Li-
tuania agunt in Poloni-
am propter exercitum ad
pugnam paratum non ausi
Valachiam item populan-
tur filij sui Cæsaris amis-
so Quem minaciter à pa-

tre repetitu Stephanus in quatuor partes dimdi inbet
Legatis vno excepto qui nunciandæ rei superesset

palo infixis.

Casimiro Poloniæ rege apud oram Lithuanicam oram cũ Elisabeth regina agente, frequens Tartarorũ exercitus ex fugitiuis, predonibus, et exulibus quos sua lingua Kozalcos appellant, collectus. Sub ducatu Mansi, ac Cæsaris vltra Volhin terras regni Poloniæ, trifariã partitus irrupit. Et vna quidem pars districtus Vlodimirien, Krzemenecensis, Kusminen, Czudonien, & Zitomirien graui captura hominũ ad decem millia æstimata expleti, in propria nihil lasionis passi, cũ captiuis diuertunt, Lithuanis qui ad congrediendũ cum eis expediti fuerant defensionem non facientibus, suæ nimirũ paucitatis & illorũ multitudinis respectu. Et agrestibus certis q3 mortalibus fugã & diuerticula non facientibus in paludinosa, saltuosa, et abdita loca ob diuturnã pacem, et frequentem Tartarorũ per prius illis factam denũciationem ad irritũ recidentem, altera pars cũ versus Treboyla cursũ direxisset, cognito Polonorũ exercitu in propinquo statiua agere, raptis tantummodo quadringenta hominibus festinato cursu ne sequeretur abiit. Casimirus enim Poloniæ rex dum Tartarorũ prafatorũ irruptione à Cæsare Tartarito Cisuolhano Mengligereni filio Izigeri amico et confederato suo, tempestiue veloci nuncio auisatus, omnes suos tam de Poloniæ regno, quã de Lithuaniæ ducatu, tempestiua missione in arma coegerat. Quapropter singula terræ Russiæ regni Poloniæ, sub ducatu Raphaelis Jaroslawski Leopolien, & Pauli

Sasziensci Belsen et Chelmensis Capitaneorũ, exercitu congesto ad Trebovla congregatæ, aduentum Tartarorũ decernere cum illis parati obseruabant. Residua vero Tartarorum pars in Valachiam diuertens, bis a Valachis locorum iniquitate aditis profligata est. Tertia autem congressione victrix mancipia mortaliũ plura capit. Filium vero Cæsaris sui Maniak viuum a Valachis captũ ammisit, quem processu dierũ. Maniak minis recuperare posse ratus, centum legatis ad Stephanum Voienodam Moldaniæ missis superbe illi denunciat, ni filium suum libertati reddat, aut quicquam grauius consulat, graui vltione illũ mulctaturum. Sed Stephanus Voiewoda ingentis spiritus vir ea legatione irritatus, quæ forsitan aliũ terruisset, exprobrata fraude Maniako, quod indiffidato bellum ei intulisset, filiũ suũ super legatorũ conspectu in quatuor portiones dismembrauit. Omnes vero legatos vno dutaxat excepto, cui naso abscisso, & ad Maniak remisso, vt pactũ illi nunciaret in palo suffixit, suorũq; vltus est manes.

Legati Casimiri tributum Elbingensibus indicunt Lacum Druzno auferunt et pleraq; alia negocia conficiunt. Henricus de Plawen Magister Russiæ creatur.

Legati regij, Iacobus Vladislauien. & Vincentius Kolbassa Culmensis Episcopi, & Petrus Dunin Succameravius Sandomiriensis in Pomeraniam primum, deinde in Prussiā ingressi, apud Gdansk et expost apud Elbingē conuentus agunt, Stiborio de Baisen Palatino Elbingē, ne se amplius pro gubernatore gerat interdicunt. Villas quas in Polana obtinebat sibi adimunt, et castro Mariemburg veniunt. Villas districtuū, Gdanensis, Pszomien, et Puczkomien, eis suadentibus per Gdanen quibus a rege in certis summis obligatæ fuerant, vltro redditas, partim in militares Pomeraniæ & Prussiæ qui fidem non mutauerant, distribuūt, partim in regiū fiscū reseruant. Elbingensibus lacum Drużno auferunt, multiplicitate piscium fecundū, & castro Mariemburgen annectunt, eisdem pro Elbingensibus tributū singulis annis pro Polonia rege et regno pendendum, duo millia Hungaricalium aureorū, vltro ab eis acceptatū, constituūt, iura quærentibus reddūt, priuatos conuentus singulis districtibus interdicūt. Rogati clandestinis precibus ab Henrito Plawenski locū tenente magistri, & a Marschalco, vt rex ordini de proprietate castri Mariemburg, & terrarū Pomeraniæ, Chelmensis & Elbingē, tributo annuo per ordinem dependendo, imposito, excederet. Rem tam grandem non conuenire respondent suo, sed solius regis arbitrio. Admoniti quoq; tunc ne paterentur diutius vacare magisteriū, die Veneris vigesima Octobris, apud Kinzberg capitulo generali celebrato, sub præsentia Commendator & Magistro Alma-

niæ et missorũ, Henricũ de Plauen locum tenentem in Ma-
gisterium, semis supra biennium vacans concorditer eligũt.

Legationis apud summu Pontificem habitæ re-
latio Boemorum legati et controuersiæ Marchi-
onis Brandeburgensis et ducis Stolpensis au-

diuntur. Henricus de Plauen Magister Prussiæ sacra-
mentũ fidelitatis regi præstat.

Igesima prima die Octobris appetente, Casimi-
rus Poloniæ rex ex Lithuanica regione tempestiuè re-
uertens, regina Elisabeth cum impedimentis apud Ra-
dom relicta, die luna vigesima secunda Octobris Petrico-
uiam ingressus est, generalem diætã regni acturus. Ad
quam cũ Joannes Gnesnen, Joannes Craconien, Jacobus Vladi-
slauien, Andreas Posnanien, Vincentius Culmen, Paulus
Chelmen pontifices, Cunradus Masouia dux, cæteriq; Pa-
latini & magistratus regni in frequenti numero conueni-
sent. Joannem tamen de Tanczin castellanũ, & Joannem
de Pilcza Cracovien, aduersa valetudo distinuit. Pluribus

diebus non nisi in reddenda iustitia quærulantibus vacatum est. Relatio quoqs Iacobi de Dambno Cancellarij regni Poloniæ et Capitanei Craconien, et Pauli de Vansosz Decani Craconien ab vrbe reuersorũ, de rebus a se Romæ gestis audiebatur, qui cũ oratoribus Matthiæ Hungariæ regis et Sdenkonis Conopnieski caterorũqs Bohemiæ Baronum qui Matthiæ partes sequebantur Romæ offensis, ac confirmationem Regni Bohemiæ, & missionem coronæ deposcentibus, frequenti iurgio in summi pontificis & Cardinalium audientia, super regni Bohemiæ iure habito contendentes, tumidas illorũ rationes se refellere, fratre Gabriele de Verona ordinis minorũ enixius partes regis Hungariæ adiuuãte. Petiisse insuper regis Poloniæ oratores pacis confirmationem Pruthenicæ, et de ecclesia Varmiensi, pro persona Vincentij Kelbassa Culmen Episcopi prouisionem & accusatiõm de rege Poloniæ quasi fauendo hæreticis, neqs censuras contra illos, neqs prædicationes crucis admitteret, purgasse. Ancipiti vero responso Paulum papam vtrosqs expediente respondisse se ad inspiciendum iura & merita vtriusqs, episcopum alium quem pro legato missurũ, & si Casimirus Poloniæ Rex instructionibus & ordinationibus suis legittimis auscultauerit, pollicitũ esse Papã singulis petitionibus regis consensurũ. Sic oratores regij qui vulgauerãt se omnia pro voto expediuisse, non nisi spem & eã ipsam ambiguam, pro re ostendebãt. Secunda posthæc mensis Octobris, die Jouis Piotrcouiã regni Bohemici nuncij ingrediũtur, in comitiis

1243

ducentorum equorū, videlicet Vilhelmus de Rischemberg et de Rabie Camerarius regni Bohemiæ, Ioannes de Ponaczow & de Boleslaw. Albertus de Kolowrod & de Beschwschicz Slawuta de Chelm, & de Rozemberg, Benedictus de Vathmeli Burgrabius castri Korschtin; Frater Paulus præpositus Zderadien, et Henricus de Smirzicz. Item nuncij veteris et nouæ Pragæ, videlicet Nicolaus de Schulewicz de Vitemberg Martinus Borzek de Hradek. Czenko de Barchow Bogusius de Drahobudzicz. Item nuncij Tabor & Pontē ciuitatū, hi cum in secreto consilio die Solis quinta Octobris auditi fuissent, prioribus articulis quos in Radom attulerant enunciatis, id etiam singularius addiderunt, vt Georgius Podiebracski plenum titulū ac dominiū regni Bohemiæ vsq; in diem obitus obtineat. Filius vero Poloniæ regis non nisi eo mortuo succedat, et pro qualibet ingruenti necessitate suis copijs Irzikonem iuuet, in ea se fidem dare paratos esse et accipere. Cum autem conditiones per eos propositæ, parum æquè parumq; tolerabiles viderentur, responsum his per Poloniæ regem esse, omnia se ex arbitrio Summi pontificis, & nihil eius iniussu in acceptatione regni Bohemiæ acturum. Proinde (adiecit) eius operire velle legatum, et post hæc rebus regni Bohemiæ responsurū et promissurū negocijs. Donatos autem singulos vestibus Sabellinis et marcurinis, phialis et equis, et per omne tempus quo Piotrcomiæ stabāt, omnibus abunde procuratos necessarijs, licet ecclesiastico propter eorū præsentiā seruato interdicto, mastos quidem &

et molestos (Latius enim se rebantur responsum accepturos) remisit, qui etsi destinassent rectiori via Bohemiam reuerti, Visuri tñ filios regis Cracouiá diuertunt, ibi quoq; sub eorñ presentia tento per dies aliquot interdicto, allocuti filios regios, et primogeniti Vladislai prudenti responsione et animosa edificati superatis insidijs quas illis Hungaria rex instruxerat, in Bohemiam reuertuntur. Noui nuncij in Bohemiá videlicet Stanislaus Vatrobka Sandecen. Nicolaus Skop Osvacimien. Castellani ad Imperatorem Romanorñ Fridericñ, Stanislaus Vislitzki ad Pannoniorñ proceres Ioannes Vatrobka Canonicus Cracouien in Valachiam. Ioannes de Rithuiani regni Polonia Marschalcus ad Tartarorum Cæsarem Sbobrowski legantur. Aduenerant etiam ad prefatam diatá Friderici Marchionis Brandeburgen nuncij ab vna videlicet Fridericus Episcopus Lubucen Nicolaus Pfful miles, Laurentius de Schawimberg, Ioannes magister Curiæ, Sigismundus de Kothemburg aduocatus in Kothusch, Albertus Eliczink Canonicus Maidebur gen, Et Henricus Stolpen duxis ab altera partibus, vnicus Nuncius sed callidus et vafer Dionisius de Osthen miles, sta turi super omnibus differentijs inter eos per bellñ et armandum, occasione sendi quod Fridericus Marchio ab Henrico Stolpensi duce requirebat, exortis Casimiri regis Polonia iuridico decreto aut amicabili arbitrio, cumq; oratores Friderici Marchionis plures scripturas et priuilegia. Romanorum Imperatorum et regñ, quibus fendum huiusmodi stabiliebatur produxissent, & Dionisius miles constanter illa re-

illa reselleret, aserens sendum terrarum Stolpensium nulli principum, sed soli tantummodo regi et regno Poloniæ, a quo terræ Stolpenses primarie manarunt conuenire. Res ob illius nodositatem et ancipites probationes in tempus diuturnius producta est, vt interim Cracouiensis uniuersitatis doctores visis vtriusq; partis iuribus, iustum decretum regem docerent edere. Procati sunt et tunc Nuncij Brandeburgenses filiam minorem, filio Alberti Brandeburgen secundi matrimonij, decenni & impuberi, quibus etsi spes bona de hac re facta fuerit, conclusio tamen in aliam diem dilata. Procurauit et hos omnes Nuncios Casimirus rex singulis victualium copijs, et vestibus nobilibus donatos remisit. Jungens illis Stiborium Chobienski de Poniec3 iudicem Posnanien qui principes dissidentes, aut per uiam fori componeret, aut bellum eorum sufferentia suspenderet. In fine autem dietæ Henricus de Flauen magister nouus generalis, cum duobus sui ordinis fratribus, videlicet Gich Commendatore de Brandeburg et Martino Gebsadel Compano in Piotrcouiam aduenit, comiter à Casimiro rege habitus et fœderi pacis perpetuæ satisfaciens. Jusiurandum corporale de fidelitate & subiectione Poloniæ regibus præstanda in manibus Joannis Episcopi Cracouien sub frequentia consiliarium prima die decembris præstitit, ad locum primum sinistræ manus regis ad omnia archana regni admissus, prudenti modestia et instinctu singula regni negocia, ad consultandu proposita disseruit, et notabilibus muneribus à Casimiro rege donatus in propria redijt. Casimirus autem rex sex hebdomadis in dieta Piotrcouiensi exactus, Secunda Decembris inde e

gressus, et in Radom perueniens in Lithuaniam cum Elisabeth regina transijt.

Henricus Magister Prussiæ et Bernardus de Sumborg moriuntur.

Die solis vltima Decembris, Henricus de Plawen magister Prussiæ generalis, dum ex dicta Piotrcouiensi reuersus apud Morang ageret, inter prandendum subito apoplexia percussus a tabula in terram prolapsus est, et loquendi organis conclusis, die Martis Secunda Januarij moritur, et in Kinsberg reductus illic die Veneris quinta Januarij sepelitur, post cuius mortem, Henricus de Richtenburg magnus Commendator ad tenendum locum tenendi magistri, donec iustus eligeretur magister suffectus est. Mortem autem magistri Prussiæ Henrici, etiam mors Bernardi de Schumberg post dies quinq3 secuta est, veneno muliebri, vt pleriq3 putauerant procurata, qui in Chelm sub tam magna obijt egestate, vt funeri suo nulla iusta soluta sint, & vt vulgo aiunt, mortuo rogus et lectus funereus defecit.

Hungariam et Austria

Turci uastant.

Sub anni huius extremum, cum hiems validior niuibus concreta paludes, stagna & flumina rigore magno glaciasset, Turcorum ingens exercitus terras Hungarorũ et Sclauorũ inuadens, usq3 ad Cilia regionem, Croatis transitũ eorum non impedientibus nec Hungariæ rege, Matthia, depopulatus est. Sed nec Imperator Romanorũ Fridericus, cuius regiones magna ex parte vastabat, aliquam opponebat resistentiam. Ex quo factum est, vt prope viginti millia animarum de Christianis barbaries aut trucidauit, aut in miserabilem seruitutem traxerit, & incursiones exposit aliquot in easdem terras innouauerit, nullo mortalium resistentiã opponente:-

Calimirus Poloczko Vitewsko et Smolensko inuisit. A summo pontifice contra Georgium Boëmiæ regem instigatur. Ad imperatorem

Romanum prouocatus et fœderis et affinitatis

causa legatos mittit Georgius Matthia ex Sle-
sia pulso auxilio vxoris suæ eam frustra
Matthiæ auxilia implorantem vastat.

Annus domini Millesi-
mus Quadringentesi-
mus Septuagesimus.

Natalicii domini diebus Casimirus
Poloniæ rex apud Grodno exactis, & Throlei &
Vilnam transijt. Ibi parumper moratus ad visendu
principatus suos. Poloczko Vithewsko & Smolensko quos
iam annis prope sedecim non viderat, vna cum Elisabetha
regina transijt. vniversis ferè proceribus & maioribus Lithua-
niæ illum comitantibus in numero frequenti. Quibus pera-
gratis et Lithuanicarum rerū composito statu, in Lublin
pro dominica Judica deinde feria sexta ante Dominicā
Palmarū, quæ tunc fuit tredecima Aprilis Sandomiriam
aduenit, ibiq3 Pascha domini celebravit. Ex Sandomi-
ria in Nouam ciuitatem Corczin transijt. Illuc ad eū
nuncius & orator Apostolicus Alexander electus et

confirmatus Forlinien, vir non tam ætate quam prudentia et modestia insignis, venit. Id inprimis exposcens vt Casimirus Poloniæ rex in Georgium Podiebracensi hæreticum et ecclesiæ Romanæ rebellem consurgeret, et tam illum quam complices suos deleret de terra. Item ut cum Matthia Hungariæ rege, fœdus & affinitatem per filiam iungeret. Nam etsi pontifex maximus Papa Paulus Secundus filijs Poloniæ regis de Bohemiæ regno faueret, plus quam cuiquam alteri, phas tamen sibi adempti duxit. vt Hungariæ regem optime de se et Ecclesia Romana meritum, qui totiens Bohemum cladibus confundisset, simpliciter a iure regni Bohemiæ rescinderet. Subintulit et papam eius eius feruoris ad Casimirum Poloniæ regem fore, ut si res exigeret descendere ad Girzikonem quamuis hæreticum pro benegerendis rebus Poloniæ regis in mandatis a Summo pontifice accepisset. Cum omni autem benignitate et gratia orator ipse Apostolicus Alexander a rege Casimiro et filijs suis habitus est, qui illum in primo Craconiam aduentu geminata quilibet excepernnt oratione, ita ornata et diserta, vt eorum docile ingenium miratus, fletibus ora rigauerit, contestans se nunquã tam bene eruditos, & tam ingenuè institutos pueros vidisse. Venit etiam illuc ad Casimirum regem Imperialis Nuncius Lescinski Miles genere Polonus, de stirpe familiaq3 Vieniana in pulchra comitiua, annis pluribus in obsequiis Cæsareis & familiaritate commoratus, & ob fidei atq3 virtutis specimen Cæsari inter paucos charus, magnis periculis ægrè euitatis qua

sibi Hungarię rex Matthias in omnibus ferè passibus et locis tetenderat, & ob qua nemo ex australibus Baronibus legationem ipsam assumere volebat, disserens in summa quod Fredericus Imperator, licet se amicissimu Hungaria regi annis superioribus gessisset, et res suas pro adipiscendo regno parum ducens. Nuncijs & literis apud sedem apostolicâ promouere, personali etiam transitu in vrbe subinferendo in Casimirum Polonia regem et filios e ius quasdam obtrectationes et dedecora adiuuisset. Conuentu tñ personali pro die Purificationis Sanctæ Maria in Vienna facto in quo amicitia ipsa per filiâ Imperatoris Cunegundin, in vxorem Hungaria regi dandam debebat stabiliri et in quo Hungarię regi, cessionem iuris regni Hungariæ & tituli, restitutionem octuaginta millium florenorũ, quibus coronam materialem Hungaria regni ab eo redemerat. Item restitutionem nonnullorũ regni Hungaria castrorũ in quibus Cæsar septuaginta millia florenorũ inscripta habebat. Item restitutiom castrorũ quę Cæsar ab hoste sibi infesto Banckcircher oppugnatione abstulerat, et vt imperator pro damnis eisdem Banckcircher quadraginta millia aureorũ superadderet petebat, adeo vtriusq3 animi irritati & offensi sũt, vt Hungaria Rex insalutato Cæsare ex Vienna tumultuarie nauę per Danubiũ vectus discessit, dedignatus etiam paululũ aduentũ operiri Cæsaris qui illũ eques cũ suis, humanitatem ostensurus abeuntem fugabat. Irritatus etiâ priuato dedecore quod ẽũ in singulari ha

stiludio Rafael Lescznski miles Cæsareus præfatus in publico spectaculo hastis ludendo in fronte vulnerauerat. Is Raphael nomine Cæsareo verba faciens, commemorata legatione Stanislai Vislicznski astruebat Cæsarem, quanquã a multis regibus et principibus Catholicis in fœdus amicitiam & affinitatem peteretur; fœdus tamen affinitatem & amicitiam Casimiri Poloniæ regis omniũ regum et principum affinibus & fœderibus, ex multis respectibus prætulisse, proinde instabat vt Poloniæ rex mitteret consiliarios ad Cæsarem pleno mandato suffultos, fœdus & amicitiam noua liga cõfirmaturos. Subiecit & idem orator quatinus rex Poloniæ caueret sibi à rege Hungariæ Matthia, & periculo suo Cæsareo assento nunquam in fœdus & fidem secum veniret, dolis, astutijs, ingenijs si secus ageret illaqueandus. Auditus est Cæsareus nuncius benigne, et liberalibus donis onustus remissus. Remissi sunt et cum eo duo Palatini Derslaus de Rithwiani Sandomirien & Stanislaus de ostrorog Calisien, His mandatũ vt sub æquis conditionibus fœdus cũ Friderico Imperatore, affinitatemq; actiuè & passiuè iungant, dando videlicet filiã Poloniæ regis Imperatori si expetierit aut Maximiliano suo vnico filio, & recipiendo suã filiã Cunegundim Vladislao filio regis primogenito. Vt quoq; Cæsar pro consequendis regnis Hungariæ & Bohemiæ filios regis fideliter adiuuet, et de omni iure dictorũ regnorum cedat. Ad Georgiũ insuper Podiebraczki duo alij nuncij, Iacobus Dembtenski regni Poloniæ Cancellarius, Stanislaus Schidlowiecznski Castellanus Zarnouien in Bohemiam

missi, persuasuri illi vt primogenito regio Vladislao de regno Bohemiæ excedat, et eũ se viuente coronari permittat. His etiam mandatũ est, vt eos Barones Catholicos qui partes Hungariæ regis Matthiæ sequuntur adeant, ac persuadeant reconciliationem, postquã res armis iam longo tempore gesta parũ prospere cesserat, sed et Georgius ea æstate superior armis videbatur. Comparato enim vno exercitu qui octo millia peditũ habebat, & duo millia equitũ et cuius ductor erat Grabania Bohemus, curribusq; inclusũ misit illũ contra Hungariæ regem in Moraviam. Sed cũ is propter paucitatẽ sui exercitus (plures enim quamuis mercenarij milites ab eo ob tyrannidem descinerant) decernere non auderet, exercitus ipse ad Irzikonis statiua reuersus soluere longã obsidiõ oppidi Hradiscẽ aggressus. tribus propugnaculis expugnatis, oppidanis fame laborantibus victualiũ copia illata, in Hungariã versus Tharnouiã procedere disponebat. Sed rege Hungariæ Matthia cũ suo exercitu ex mercenarijs militibus collecto, quem aliquorũ ducũ & ciuitatũ Sleſiæ & Lusaciæ gentes auxerant superueniente, vterque alterũ clade obruere ex opportunitate occasionis, aut loci iniquitate nitebatur. Vtrũq; tñ ab altero fortuna seruauit incolumem. Quoniã nec Hungariæ Rex inuadere Irzikonẽ propter falcatos currus, nec Irzikonẽ sequi Hungariæ regẽ in loca ardua et iniqua poterat. obtulit tantũ per nuncios & literas Georgius Hungariæ regi conditiõm geminatã pugnæ quatinus aut secũ vtro

1253

q3 exercitu inspectante pugna priuata contenderet, aut diem locúq3 pugnæ quemcúq3 vellet assumeret, quo vtrumq3 detrectante Georgius ad vastandú Slesiá iturú se disponebat. quem Hungariæ rex distenturus, solo equitatu contentus in Bohemiam concito gradu procedens, plurimas villas circa montes Kuthnos et in circuitu flammis delemit, sed dum et á fronte nouo exercitu per Ioannem á Trzilconis consortem comparato, & á tergo per Trzilconem et eius exercitú, qui illú alio quidem verú compendiosiori itinere insequebatur, omnifariá conflicturus vrgeretur; Sylua insuper ad vegrediendum stipitibus succisis á Bohemis, magno studio clauderentur. Matthias Hungariæ rex et sibi et suis metuens tumultuario itinere & concito gradu, ex Bohemia se euoluens, plures de suis qui agmen fessis equis sequi non poterant, hosti trucidandos reliquit, ad suosq3 reuersus exercitum et campum soluens, milites in præsidia locorum remisit. Nec eo anno ærarij obstáte defectu exercitú comparare potuit. Vratislauien insuper ciuitas, cæteræq3 Slesiæ & Lusacia ciuitates diuturno exhausta bello, nec habentes vnde deinceps donatiuú militibus soluerét, stipendiarios á se remittunt, quod Georgius Podiebracski perpendens, quatuor millia equitú et peditú quorú ductor erat Vilczek Vanek, in Slesiá immisit, qui oppido Olessnicza in ducatu Opoliensi, et Fortalicio Lubieschowi incastellatis, trans amnem iuxta Odra alio castello è regione Lubieschowi erecto, ponte amnem iunxerút, omnem Slesiá nemine defensióm opponente, aut grauibus tributis depactabant,

aut grauius vrebat, fumabant villæ, fumabant oppida
menijs non munita. sed et suburbana munitorq igne tor-
rebantur. Dum autem pro repellendo tanto malo, neqz cō-
silium neqz spes subesset, missi ad Hungariæ regem ducū
et ciuitatū Slesiæ nūcij, quorū Ioannes Lantslaer Cano-
nicus Vratislauiēn erat princeps, qui grandi malo quo Sle-
sia & Lusacia à Trzilcone afferrentur ostenso, defensiom
aut licentiā pactandi cū Trzilcone de pace aut sufferen-
tia deposcerent, & neutro obtento extremā & imminente
internitionem suā, quin sibi vt cūqz prouiderent laturos
non esse nunciarent.

Casimirus Stephanu fidelitatis sacramentu præstaturum frustra Leopoli expectans Cor-

cinum redit vbi tributū suis indicit. Legatū Apostolicu
expedit. Fidelitatis sacramentū à Prussiæ Magistro
accipit. Masoniæ ducū causā audit. Legatos Ro-
mam mittit. Fœdus ab Imperatore Romano ob-
latum improbat.

Vndecim hebdomadis Casimirus Poloniæ rex
apud nonam ciuitatem absūptis, die Veneris tredecima
Julij exinde egressus, per Tharnow, Pilzno, Ropczicze, Prze-

miſſ in Ruſsiam proceſsit, & Leopolim perueniens, nouem hebdomadis prope tria millia militũ secum habens illic in cariſtia omnium victualiũ demoratus. Stephanũ Voieno-dam Valachiæ qui se illi pro festo Assumptionis Sanctæ Mariæ in Camieniecz ciuitate regia pactus fuerat, præ-stare omagiũ, frustra operiebatur. Bello etenim finitimo cũ Radulone Voieuoda Beſſarabię occupatus, licet pluri-bus nuncijs regijs, inter quos et Ioannes Palatinus Podoliæ ad illũ fatigabatur requiſitus venire recusabat, aſserens periculũ sibi et suę terræ notoriũ si abſcederet bello atro-ci per pacem vel inducias, non compoſito imminere. Rex Casimirus etsi illũ verisimilia loqui videbat, a callidi-tate tamen ingenij excuſatiõm p̃odire, et nulli illum par-tium, Vngaro videlicet Turco, et sibi fidum ratus, omnifariẽ omagium ab illo exigere festinabat denunciãs illum si ali-ter ageret non pro fendali, sed pro hoste habiturũ. Ille pri-oribus nuncijs, Stanczulcone videlicet, & Posko Postelnik, qui ad Nouam ciuitatem venerant, miſſis, summiſsa o-ratione placat regem et consiliarios suæ vafriciei, quã maximẽ infensos, mittitq3 per illos nouam inscriptiõm sno et suorũ Baronũ sigillis munitam. In qua iureiurando aſ-tringit se pro prima die Maij anni sequentis omagiũ regi, absq3 cuiuslibet difficultatis interpoſitione prastiturũ, petens vt rex bellũ inter illũ et Beſserabũ Radul pace vel indicijs extinguat. Rex autem ad catera negocia pu-blica regni expedienda festinãs ea conditione pollicita-tionem suã, noua inscriptione reformandã suscipit, et pro

arbitrio regio quandocunq; omagiũ prastet, sex mensi-
bus ante auisandus. Sed et nuncios qui pacem inter eũ
et Besserabũ conficiat, veritus ne Besserabus Turci auxi-
lio implorato, superior contra illũ euaderet, mittit, ac
Sabbato in die Sancti Mauricij ex Leopoli discedens,
per Bels, Lublin & Sandomiriam, Elisabeth regina ex
Lublin in Radom remissa in nouã ciuitatem Corczin die
Solis quartadecima octobris venit. Vbi cũ Baronibus et
militibus terrarũ Cracouiensiũ celebrato conuentu, ani-
mos eorũ ad ferendũ peccuniale suffragiũ pro exoluen-
dis stipendiarijs oratione sua inclinauit. Exinde in ge-
neralem diatam Piotrcouien pro festo Sancti Simonis &
Judæ tenendã per monasteriũ Sanctæ Crucis ex Ra-
dom processit, et in Piotrcouiã feria secunda in crastino
Sancti Simonis et Judæ aduenit, et primum de instituto
principali subsidio videlicet peccuniali pro soluendis
stipendiarijs ferendo, rogationem apud consiliarios et
milites egit. Magna in rem hanc continuo ingesta sunt
difficultates quod et Casimirus rex annis plus quam
viginti tribus apud Polonos imperans, intra regni sigillo
maiestatis in fauorem Lithuanorũ confirmare detrectabat.
Sed et maioris Poloniæ milites in diatam ipsam generalẽ,
sed neqꝫ in alias quæ ante generalem tenebantur, venire
ex industria ommiserũt absentia sua detrectatiõ subsi-
dij auersuri. Accedebat militũ terrarũ Russiæ roga-
tio, qui non aliter se ad ferendũ subsidiũ consensuros
affirmabãt, donec terrarũ Russiæ à Tartaris legitima &

et efficax instituretur defensio. Quarum rerum inuolu-
tio & difficultas, conuentionis progressu in dies extraxit
triginta. Tandem Casimiro rege necessitati parenti, & in-
ra regni maiestatis sigillo, quod primum tunc ostendi
permisit, confirmare pollicente, fertones de vniuersis la-
neis regni infra festu Purificationis solnendi decreti, eccle-
siasticorum etiam subsidiu tunc petitum pollicitum magis
quam decretu. Exactiones insuper in omnes ciuitates re-
gni instituto a stipendiarijs quibus solutio facienda erat
terminus vlterior petitus & obtentus. Summi pontifices
Pauli Secundi oratori Alexandro Forliniensi Episcopo
in diatam ipsam accersito, benigneqz tractato, excellentibus
remunerato donis responsum est, vt pontificem maximu
reuersus rogaret, quo firmare in iure regni Bohemiæ non
alios quam filios regios, prout hactenus egit dignaretur,
neqz se ab hac sententia detrahi permitteret, vsqz ad ora-
toru regiorum aduentum quos se rex post paucos dies mis-
surum astruxit noua mandata atqz instructiones in his
et alijs rebus laturos. Nouus etiam Prussiæ magister Hen-
ricus de Richtenburg pro die Sancti Michaelis apud Kin-
sberg comitijs institutis concorditer electus, in diatam præ-
fatam decima septima Nouembris die Saturni persona-
liter veniens occursu septingentoru equoru magno hono-
re exceptus est, magnaqz benignitate habitus, sequenti
mercurij vigesima Nouembris die ad consilium regium
ingressus, in præsentia legati apostolici Alexandri, & omni-
um consiliariorum debita fidelitatis & subiectionis quod

ex fadere tenebatur corporale prastitit sacramentu, preci-
osis & ipse à rege Casimiro datis, onustus cũ suis præce-
ptoribus donis in propria lætus remeauit. Masouia duci-
bus Cunrado, Casimiro Boleslao et Ianussio restitutionem
Raua et Gostinin flagitantibus, fauorosè inprimis respon-
sum, vt si ducatum Plocen & Visensem obtinere velint, do-
natione noua, velut legitimũ & successione geminata ad
regem & regnũ Polonia deuolutum petant, nouaq3 crassio-
ri inscriptione se & terras possessas et possidendas fenda-
les recognoscant, & viginti millia florenorũ, qua rex Cun-
rado olesnicensi duci et consorti sua Margaretha filia
Semoniti Masouia ducis auro parato, ius redimen-
do si quod erat successionis, exoluit, dent. Verũ cum du-
ces Masouia parũ sano vsi consilio has conditiones
vtilissimas sibi non probarent, in aliam dietam generalem
reiecti sunt. Nuncij ad Papam missi Michael Abbas Cal-
ui montis Sancta Crucis, et Iacobus Debienski regni Polo-
nia Cancellarius et Capitaneus Cracouiensis. His mandatũ
vt in eundo Pragam descendant, illecturi Irzikonem &
suos, vt erroribus abdicatis summisse se erga Sedem Apostoli-
licam gerant, et de assumendo primogenito regio decretũ
non varient, quod illos promissionibus regis Hungarię in-
escatos propediem violaturos, et in ditionem Hungaria
regis concessuros fama non vulgaris prodiderat. Vtq3 vr-
bem ingressi confirmationem regni ~~Hungaria~~ Bohemia pro
filio regio, & pacis Pruthenica pro regno Polonia peterent.
His et alijs plurimis reipublica negociis expeditis. Casi-

mirus rex cum consorte Elisabeth votum, quod ea languente grauius emiserat, soluturus, Posnaniam in monasterium Corporis CHri transit. Ibiq3 Derslaũ Sandomirien et Stanislaum Ostrorog Calisien Palatinos, a Caesare Frederico fadus tantummodo ictum afferentes offendit, quod quia parum aequis conditionibus constabat scriptum, non probauit, veritus illius tenore ius filiorũ suorũ, in Hungaria & Bohemiae regnis infectum iri, cum in fadere Caesareo quo se Hungariae regem titulabat, cautum erat, ne alter in alterius occupationem regnorũ aspiraret. Ex Posnania in Colouibi conuentus militarium maioris Poloniae agebatur diuertit. Illicq3 vacillantes ad consensum de dandis fertonibus induxit. Abinde in Radom festa CHristi ibi exacturus venit.

ANno eo absumptus est Matthias Mednicensis alias Samagitia Episcopus, vigesima quarta Aprilis die, & in Mednicensi Ecclesia sepultus, cum annis viginti in ea sedisset. Successit autem in Mednicen Bartholomeus Swirenskowicz genere Lithuanus originarius quidem et plebeio veneris homo, sed virtuosus.

Thurca Euboea potiuntur.

DIe Veneris tredecima Julij, Mahumeth Turcorum Caesar grandi potentia suorũ congregata Euboeam Graeciae in-

sulam qua tunc à dominio Venetorū tenebatur, hostiliter
innasit, et ciuitatem illius famosam. Nigropontum obsidens,
licet ab egregia Venetorū manu strenuè defenderetur, tribus
diebus et totidem noctibus impugnans, triginta millibus de
suis ammissis cepit, & puberibus hominibus interfectis qui
ad nouem millia extimati sunt. Impuberes captiuos ad Con
stantinopolim duxit, ritui suo spurcissimo illos adiuncturus
Ciuitatem vero nobilem Nigropontū et opulentam solo diru
tam aequauit, qua clades non minus quam Bisantina, fata
lis catholicis visa est, nauigationem Catholicorū in pericu
lum vertens, & pluribus ciuitatibus atqs regnis & præ
sertim Italico discrimen portendens. Quod pontifex ma
ximus Paulus Secundus auersurus Catholicos reges &
principes ad inferendū Turco bellum. Nuncijs et literis
incitabat. Auri & argenti, gemmarū, cæterarūqs manerū
erum quantitas maxima & stipendia illic reperta, non re
pressura solum Thurcū ab obsidione Nigropontis, si in mi
litem fuisset erogata sed etiam ex Europa iectura.

Transyluaniam Turcus uastat.

Undecima Octobris, Thurcorū exercitus in
satis debili & parno numero congregatus, per Alpes &
nemora furtinis itineribus Hungariæ regnum, et partem
eā qua Transiluanien appellatur, omnibus præ nimio
terrore et subito ingressu diffugientibus, nec vllam resistē

tiam opponentibus, ingressus vsq3 ad Zagrabiam, & Carnaliam liberè grassatus patratis multis spoliis & cædibus, decem millia captivorũ vtriusq3 sexus in miserabilem captiuitatem deduxit. Quo malo inescatus, vice iterũ geminata circa festum Natiuitatis Christi Pannonicam oram nullo opem miseris ferente, quamuis Pannonicus Rex Matthias, sub diebus ipsis quibus hæc gerebantur præsens fuerit vastauit.

Matthias ad bellum Turcicum per summum Pontificem et Venetos exhortatus Dalmatiam sibi reddi poscit.

Mathia Hungaria rege apud Budam agente, & Summi Pontificis Pauli Secundi et ducis atq3 dominij Venetorũ illum adiere nuncij qui clade ad Negropontũ a Turcis illata, exposita, rogabant illum monebantq3 vt suo milite Marte atq3 auspicio, bellum cũ Turco gerendũ assumeret, gentesq3 quã frequentiores posset in sui auxilium donatiuo acciret, offerentes se pro re benegerenda grandi ilcũ pecunia, qua ad rem sufficeret, innaturos, omnes Pannoniorũ ante se supergressurus reges, suo quidem periculo, sed ære alieno, pro consequenda victoria, tum publica pro vniuersa christianitate, tũ priuata pro Pannonico regno, miserabiliter a Thurco oppresso pugnaturus.

Re huiuscemodi ad consiliũ reiecta atq; digesta, re-
spondet assumpturũ se Turcorũ belli onus, si ad condi-
tiones oblatas Veneti quoq; ex Dalmatia regno exce-
derent, quod armis detinebãt. Pannoniq; regno illius
vacuam facerent possessiom. Eo responso legati perculsi,
re magis infecta quã conclusa Venetias parum gratum
referentes, responsũ rediere. Pontifice autem maximo in-
stante vt Hungariæ regi id bellũ mandaretur resistebãt
Veneti, summa vi admittendo, vt Poloniæ potius regi, forti-
bus rationibus sententiã suã adiuuando, legaretur. Cauc-
bant enim velut oculati viri, & futura habentes quasi
præsentia in prospectu, ne Hungariæ rex auro eorũ in
eam euaderet potentiã quæ ipsis quoq; fieret pestife-
ra & periculosa.

Dimeon Kioviensis Dux moriens uxoris ac liberorum tutelam Casimiro relinquit Liuonum et Lithuanorum contentiones compressa Pruthe

ni negato regi stipendio
ciuitatem concedunt. Ge-
orgius Podsiebraczki mortuus Vladislaum primogeni-
tum Casimiri Matthia communi fere omnium sententia
reiecto regni successorem relinquit.

Annus domini Millesi-
mus Quadringentesimus
Septuagesimus primus.

RAdom oppido Casimirus Poloniæ rex cum con-
sorte sua Elisabeth, Natalicio domini celebrato in Lithua-
niam processit, ibiq; venationibus operam dando tempus
& partem veris absumpsit, & hebdomadis aliquot apud
Grodno, deinde apud Throki moratus, in sabbato Palmarū
aduenit Vilnā, ibiq; Pascha Domini celebrauit. Et cum
in Lithuaniam procederet Simeon Kioviensis dux Olelko-
nis filius diem obijt, & moriturum se intelligens. Nuncios
ad regem misit, fidei suæ ducatū, consortem, ac duo pignora
maris & feminæ, ex ea susceptæ committens, ac equum &
arcū quibus cū Tartaris prælijs secundis bellare solitus
erat, donans. Lithuaniæ ducatus ipse iuxta ac cæteri
Ruthenici informam redigeretur prouinciæ summe exopta-

tes, pernicerunt regem, vt Kioniensibus Martinũ Gastaw
di in Capitaneum praficeret. Id adeo anxiè et moleste
Kionienses tulere, quod et alterius ritus, & illis par esset,
& succedere Michaelem Simonis germanũ, qui tunc apud
Nouogrodenses praefectus regius erat, exoptarent, vt illũ
vice geminata non admissũ remitterent, asserendo se adv-
num morituros, & aliũ sibi principem quaesituros, prius
quam Lithuano parerent, & capita sua illi subycerent.
Rogabantqꝫ regem vt aliquem principem greci ritus, sin
minus laturi, & si placeret aliquẽ ex filijs illis praficeret. Haec quoqꝫ contentio diutius regem apud Lithuaniam detinuit, verentem ne si ve infecta ex Lithuania discederet, motibus nouis Lithuanicus ducatus se absente, execrantibus se mutuò, Lithuanis & Ruthenis, & ob disparitatem cultus, et ob indignitatem suae conditionis & habitus, quod Lithuani olim Kioniensibus pendere tributa soliti sibi imperarent. Consurrexerant et quidã contra Lithuanos ex Linonia, motus Magistro Liuoniae mortuo & sedecim villae Lithuanicae à Linonitis vastatae, sed hi nouo Magistro in locũ demortui ... subrogato, quietati sunt. Hic enim missis ad Casimirũ regem in Thorunium nuncijs, videlicet Frederico Valthusch de Herssel, Ricensi, Hedwardo Lappei de Ruer in Dimeborg Commendatoribus, Leonhardo Rosasse de Gendel decretorũ doctore, & Henrico Vogeller, laceratam pacem substantia eorũ qui violati fuere reformata, in integrũ restituit. Sed et Kioniẽ arma regis veriti. Martinũ Gastawdi pro Capitaneo

susceperunt. Regij nuncij Iacobus Vladislauien Episcopus Stanislaus de ostrorog Calisien, & Ioannes de coscziele & Iuniuladislauien Palatini in Prussiam destinati, cu et in Mariemborg, & in Gdansk, et in Elbing conuentus tenuissent, ius dicendo quarentibus, et exortas discordias rescindendo, vt pro soluendis stipendiarijs pecuniario subsidio rex iuuaretur. Id cum omnes egestate allegata abnuerent in Cssissam tamen pro rege in omnibus ciuitatibus, vsqs ad diem Sancti Michaelis tolerandam consenserunt. Fecerut & in Kinsberg ad Prussiae Magistru Henricu descensu, a magistro prafato benigne et comiter ubiqs habiti. Exortas inter eum et stipendiarios suos nondum solutos discordias sedauerunt. In Slesia funesto marte res singulae gerebantur. Nam & ex castro Kloczko praesidiu Przikonis et caeteris quae nominauimus supra locis plurimis. Vratislauienses et vniuersa Slesia afficiebat, spolijs, caedibus et incendijs, Et duces Premislaus Thesnen. Venceslaus Ratiborien, & Ianussius Glinicen ab vna, & Venceslaus Ribnicen partibus ab altera, priuato & plus quam ciuili bello se mutuo consumebat. Accessit ad haec amplior pernicies malo nouae monetae per Matthiam Hungariae regem in Vratislauia in latis grossis deformata cussio, qua vilem liga modicello argento ari super inducto velinens, Misnen moneta in latis grossis qua tunc Slesitae vtebantur geminato pondere potiorem eneruabat, cu inopes et agrestes duos Mischnenses graues pro vno vili Vratislauiensi dare cogerentur. Ea res adeo pestifera visa est, vt frequenter a vulgo

seditiones in consules Vratislauien orirentur, ca peretq; omnes sera panitudo quod inditionem Hungaria regis concesserut, querentes se et bello & moneta ab illo pessu- datos. Matthias Hungaria rex Bohemicum bellum con spem suá videns extractum iri & veritus tam ipse, quá suæ partis Bohemi, ne primogenito Polonia regis Vladis- lao, in Bohemia regem assumpto, quod propediem Georgi- us Podziebracski, & omnes suę obedientiæ Bohemi ef- fecturos se confidebant. Non minus insuper Hungaros pertimescens, qui ob atrocitates suas & spolia ad Polonię regem deficere, et vni ex filijs suis quemcuq; illis da- ret regnú Pannoniorú tradere, non tam clandestinis, qua apertis coniurationibus magnopere satagebant. Cuius defe- ctionis Ioannes Strigoniensis Archiepiscopus, & Ioannes quinq; ecclesien Episcopus principes erant. Ne validi- ori bello a fronte & a tergo per Polonos & Bohemos impete- retur, conciliando sibi Bohemos qui partes Przikonis segue- bantur quocumq; pacto, Sed & Przikonem ipsú, sine quo res ipsa confici non poterat, instituit, procellam grauem contra se exortá & exoriendá sedaturus, & plurimos Bohe- morú auro corruptos in suá partem perlicit. Przikoni insu- per regnú ad vitam integrú permittit. Filiú suú Victorinú quem apud oppidú Wesele ceperat, eo anno in libertatem emissú, totius Slesiæ aut Morauiæ pollicetur se creare Marchionẽ. Sibi in regno Bohemiæ, & cæteros fratres suos si pignus ipse non reliquerit, successurú. Tenetur ob id permit- tente Przikone conuentus ab vtraq; parte in Polna. Quo cú

Prosasius Olomuncen Episcopus, Zdenko Conopnicski
Albertus Kosthka, & cateri factionis regis Hungariæ,
cum Bohemis partem Przikonis sequentibus, quorum hi erat
principes Vilhelmus Rabij, Petrus Duliniecz, & Bienasius
Veithmilner conuenissent, commemoratis cladibus in re-
gno Bohemiæ stridentibus orabant, vt aliquando com-
muni pātriæ consulerent, et ne Poloniæ regis primogeni-
to assumpto, funestiori marte vastandū illam exponeret,
ac sub conditionibus Poloniæ regi et suo primogenito obla-
tis, Matthiam Hungariæ regem morte Przikonis secuta
sibi asumeret, potentem, prudentem & diuitem regem gra-
tiam Papæ, et promissiom compactatorū Basiliensiū faci-
lius illis quam Poloniæ regem impetraturū. Mouit haec o-
ratio ad Pragensem conuentū velata, et Przikonem & suos
et propensius in partem Hūgarię quam Poloniæ regis tot
promissionibus & largitionibus inescati cæperant spectare.
Eo maximè permoti quod quieturū regnū suū a bellorū
stridore Hungaro suscepto rebantur. Iamq; Przibe fratrem
Paulū prepositū Scheraden ad Casimirū Poloniæ regem in
Lithuaniam pro diluendo concepto facinore transmiserat,
vt rebus suis quā opportunè sciret prouideret, se suorū cla-
more & cladibus constrictū, ad subueniendū illis langui-
dū esse. Fuissetq; res in conuentū Pragen indie Sancti Va-
lentini tento pro Hungaro conclusa, nisi Iacobus Dambien-
ski regni Poloniæ Cancellarius. Romam cū Michaële Ab-
bate sanctæ Crucis de monte Caluariæ missus, malure Pra-
gam supervenisset, qui illos graui oratione, quod tam faciles

ad sua promissa & pacta rescindenda essent arguens, re
omnem integram vsq3 ad suũ ex vrbe reditũ extrahi egre
obtinuit. Desiderantibus Bohemis quocumq3 pacto clades
suas et bellũ ciuile finiri. Vix dũ Iacobo Dembienski et
collega suo Michaële Abbate Bohemiam egressis. Georgius
Poszdziebraczki morbo et inflatura pedũ tam enormi, vt e-
tiam ex pedibus in corpus transcenderit, grauatus apud Pra-
gam in curia regia die Veneris vigesima secunda Mar-
tij diem obijt. Quem praceptor et eruditor suus scelestus
et Bohemici populi erroneus seductor, Ioannes de Rokicza-
na quindecim ante diebus praceserat, fatis coniungendi
quos scelus & error connixerat. Cadauer Przilconis ne fe-
tore horrorem & pestem mortalibus inureret, altero die e-
xenteratũ. Epar pro dimidietate corruptũ, et in felle lapilli
ouo columbino simile et abdomen quantitati palmæ par ha-
buisse compertũ est, quod in subsequentibus diebus in ec-
clesia maiori Sancti Venceslai inter sepulchra regũ Bohemi-
æ debili pompa conditum est. Ex eo maximè a suis deside-
ratus, quod in sanguine humano fundendo non agebat
se præcipitem. Eius morte Matthias Hungariæ rex vele-
ci nuncio, dũ apud Presburg ageret cognita, ratus se ex
templo Bohemiæ regnũ pacificè obtenturũ maturius quam
constituerat, ex Presburg mouit. Et cũ copijs omnibus (no-
uem millia pugnatorũ habere creditus est) Bernam per-
uenit, præmisso Edenkone Conopnitzki in oppidũ Bohe-
miæ Budzicz enicze, cum equitatu duorũ millium, qui &
Bohemis suaderet, & venientes ad recipiendũ illum vi
cogeret.

cogeret. Bohemi nihil cladibus superioribus moti in plures factiones se sciderant, quidam enim in Polonia regem spectabant, quidam in Cæsarem, quidam in Hungarũ, quidam in Henricũ Vratislaui filiũ, & hi maxime quibus hæretica labes potior Catholica puritate videbatur, veriti Christiano rege imperante, pestem suã hæreseos exterminatum iri, quem Albertus Brandemburgẽ Marchio, quod filiam suam habebat pro consorte enixe adiuuabat, quidam in Francia regem Ludouicũ, qui se ecclesiastica et regalia ex pignore liberaturũ offerebat, quidã Albertum Marchionẽ Misnensem, quod vicinus princeps & filiam Vratislaui in matrimonio habebat, quidam in Ludouicũ Bauariæ ducem quod locuples in thesauro ferebatur. Stabat interim Matthias Hungariæ rex apud Bernã, quietis conditionibus iam non armis regnum obtenturus, plures ex Bohemiæ proceribus magno precio corrumpens, qui sacra fame inescati ad partem suam accedebant. Tenebantur ad eligendum nouum regem plures apud Pragam conuentus et Albertus Misnẽ Marchio, quo magis suæ prodesset parti, Pragam se personaliter contulerat, habens in comitatu quinq; millia armatorũ, specie quidem iuuandi Bohemos, si illis ab Hungaro impressio in eligendo rege fieret. Re autem vera quocunq; pacto regnũ consequendi. Polonia rex Casimirus in Cracoviam ex Lithuania die Solis duodecima Maij aduenies tribus nuncijs videlicet Paulo Balicz̃ki, Martino Wrocz̃imowski, & Dobeslao Kurozwanecz̃ki interpellatũ, Pragam transmissis, & superiorũ temporũ qualitatibus com-

memoratis, monebat illos vt pollicitationibus suis multifarijs darent virtute, & primogenitu suu Vladislaum pro rege assumerent. Agebatur iam vltimus per Bohemos ad eligendum nouum regem apud montes Kuthnos conuentus. Ad quem vtriusqz factionis proceres, quasi illic facilioré concordiam habituri. Alberto Marchione Misnen. apud Tragam cu suis copijs remanente conuenerant. Ad quem cum & Hungaria rex speciales Nuncios videlicet Joannem Episcopu Agrien & Csupur Palatinu Transsylnanen, prateritas suas crudelitates in Bohemos actas diluens, et multa illis beneficia se prastiturú repromittens transmisisset. Opportuné quoqz & Dobeslaus Kurozwanecki Polonia regis nuncius aduenit, qui cum multa gratia, quamuis Sdenkone Conopnicski, multipliciter impediente auditus, omnium corda animosqz in Polonia regem et filios suos conuertit, et mutabilis fauor vulgi se circumegit. Ex templo enim Hungarie rege quem veluti quandá pestem et notoriu Tyrannu Hungaris grauem sibi grauioré futurú execrabantur, & ceteris regni cõpetitoribus reiectis et repudiatis, omnis ille cœtus, Vladislaum Casimiri Polonia regis primogenitu concorditer in Bohemia regem feria secunda post Vrbani hora duodecá, quæ fuit dies Lunæ vigesima Septima Maij acclamauit et elegit, praeter tes Barones, videlicet Joanné Roseberski, Sdenkonem Conopnicski, & Henricu Hradecki, qui partem Hungaria regis sequebantur. Hic du ex alta spe se praecipitatu agnouit, in furorem versus, igne

cade, ceteraqꝫ id genus crudelitate in Bohemos adeo de-
bacchari coepit, vt etiam ingennas matronas captas cora
trucidari mandaret. Fortalicia & arces expugnatas diru-
eret, & indeditos captinosqꝫ aut deuictos saniret. :- :- :-

Vladislao regnum Boëmiæ acceptante Albertus Marchio Misnensis spe decidit :- :- :-

Bohemiæ proceres nihil huiusmodi tyrannide Hungariæ regis permoti, factum electionis suę prosecuturi Stiborium Thomaczowski Capitaneum Moraniæ, Ioannem Thomaczowski, Henricum Smirzicki, Nicolaum de Lantschen notarium tabularum. Fratrem Paulum ordinis sepulchri Hierosolimitani, præpositum Sderadeni, Bernhardum Bierka de Kasilem, Capitaneum Opauien, Benedictum de Ostromirze. Item vtriusqꝫ ciuitatis veteris videlicet & Nouæ Pragen, nuncios Cracouiã transmittunt. Qui Cracouiam die Solis nona Iunij ingressi, & die Iouis tredecima Iunij auditi, plurimis beneficijs quæ in illos & regnum Bohemię Casimirus Poloniæ rex contulerat diffuse commemoratis, significant se filium suum primogenitum Vladislaum in Bohemiæ regem vniformi & mira concordia præter suã et omnium aliorum spem singulis competitoribus abiectis, elegisse. Rogantes humiliter vt regnum Bohemiæ, et electiom de se

ad illud factam Vladislaus primogenitus suus suscipiat, & pro suscipiendo diademate defendendo regno quanto celerius Pragam procedebat. Articulis deinde sub quibus oblatio huiusmodi fiebat, debito moderamine altero limatis & nonnullis abscissis, die Sancti Viti patroni primarij regni Bohemiæ, quæ fuit dies Saturni quindecima iunij, primogenitus regius præfatus, electioni suæ præfatæ in cubili regio picto, secundū præbet assensū, quem die Solis subsequenti sedecima Junij in conclavi maiori Cracouien, infra officia diuina, quæ tunc de octauis Christi corporis agebātur, legationem suā oratoribus Bohemiæ repetentibus. Vladislaus electus voce sonora, et in oratione pulcherrima & adeo diserta, vt etiā plurimis excuteret lachrimas diffusius & crassius polonica lingua sub præsentia parentis sui gloriosissimi Casimiri regis Poloniæ, Ioannis Archiepiscopi Gnesnen, Iacobi Episcopi Vladislavien. Baronum quoq; et procerū, militum & nobilium, & plebis multitudine copiosa innouauit. Regnumq; Bohemiæ ad honorem omnipotentis dei augmentū fidei Christianæ, & decus linguagij Sclauonici publico consensu acceptat, pollicens incauta sponsione per literas singula debita regni Bohemiæ, quæ tenuis & moderati numeri crediderat singulis se reformaturū. Qua acceptatio cum apud regni Bohemiæ proceres pepercebuisset. Albertus Marchio Missnen qui apud montes Kuthnos cū exercitibus suis omnibus interim ai Bohemis

spe optima inescatus detinebatur, vt Vladislao filio Poloniæ regis electionem de se factã suscipere detrectanti succederet, omni spe frustratus tristis discedit, prius tamen quam ex montibus Cuthnis discederet, contentione inter milites suos et montium fossores pro leui causa exorta, ingens periculũ sibi et suis, vulgo communi ad necem suã & suorũ certatim concurrente, videns imminere, vnam fossam ex argenti fodinis incendens, ex grandi se periculo, aliquot notabilibus militibus suis desideratis eripuit, in Misniamq3 trepidus concessit, graues sumptus suos gemens perditum iri, quod & si Bohemorũ proceres astruebant, futurũ Bohemiæ regem Vladislaũ sibi refusurũ. Incendio tñ montium Cuthnorũ offensi etiam ab hac spe illum deiciunt, plus illum incendio intulisse mali astruentes, quam subsidio boni.

1273

Ic Iouis vigesima Quinta Iulij Vladislaus Bohemiæ rex electus Cracouia egrediens, versus Bohemiam ire cœpit, et facto primo nocturno in Skawina, altero die in Oswacz3im, conducente illũ Casimiro Poloniæ rege parente suo peruenit. Vbi tribus diebus vt interim sui congregarentur commoratus. Die Iunæ vigesima nona Iulij Oswacz3im linquens, genitore suo circa villam Charmaz3i valedicto, aciebus & curribus ordinatis procedens duodecimis castris in Cloc3ko peruenit. Erant autem in comitatu suo tres Episcopi Nicolaus Camenecen, Vincentius Culmen, & Paulus Laodicen. Item sex Slesiæ duces Premislaus Thosecen, Venceslaus Ribnicen, Ioannes

Ratiborien, Casimirus Thesnen, Joannes Glinicen, et Joannes Zatorensis. Item Barones regni Poloniæ Stanislaus de Ostrorog Calisien, Nicolaus de Cuthno Lancitien, Palatini. Joannes Senior Dlugosch Canonicus Craconien, Paulus Jasxienski Dapifer Sandomirien, Belsensis et Chelmen Capitaneus, ductor exercitus, Joannes Sinoviecz Magister Curiæ. Item hi milites Petrus Dobeslaus de Kurozwanki, Joannes Tarnowski, Thomas Trapezinski Vicethesaurarius, Janussius Dlugosch magister coquinæ. Magister Paulus Gaskowicz medicinæ doctor, Nicolaus Grabski, Petrus Kmitha, et alij quamplures. Continebat autem ipse exercitus equitũ septem millia, & peditũ duo millia hominũ exercitatorũ et peritorũ ad pugnã. Habente autem Vladislao rege statiua circa oppidũ Kielcze die Saturni tertia mensis Augusti literas diffidationũ Sdenconis Conopnicxki, Nicolai Czupur Vicewodæ Transiluanen et Francz de Hayn & plurimorũ Polonorũ, Bohemorum, Hungarorũ, et Slesitarũ qui apud illos in castris regis Hungariæ prope oppidũ Moraniæ Lipnik positis militabant. Vladislaus Bohemiæ electus rex accepit, quibus nihil deterritus, iter snũ speculatoribus vbique præmissis continuauit. Hostes enim qui superbè diffidauerant pauore perculsi, sibiipsi diffidentes (magna enim inter illos erat ciuiũ & Mechanicorũ colluuies) prius castris egredi, nedum pugnã conserere dubitabant. Cum autem die Saturni festo Sancti Laurentij,

Slesiæ locis & periculis hostilibus superatis, montem oppido Cleczko imminentem, et locũ in quo passio Christi ex lapide fabricata est, & qui Slesiam seu Poloniam à Bohemia iuxta assertionem Bohemorũ conficiam distermi- 1275
nat (verus enim & legitimus limes Polonos a Bohemis non mons ipse, sed silua Hericinia post Cleczko sita disterminant) rex peruenisset ab Henrico de Cunsthat Frankestinensi duce filio olim Georgij regis. Item à Baronibus, Item a militibus, item à ciuitatibus regni Bohemiæ, deinde à processionibus ecclesiarũ et clero atqꝫ populo oppidi Cleczko specialibus orationibus quibus modeste & prudenter respondebat, exceptus est. Vbi de obseruandis iuribus & priuilegijs regni Bohemiæ præstitit in manibus Baronũ, militum et ciuiũ corporale iramẽtũ. Biduo autem in castro Cleczko commoratus, octauis castris per campestria gradiens. Pragam die Lunæ decima nona Augusti perueniens, honore summo omniũ processionũ et omnium ordinũ atqꝫ statuũ pedibus illi ad septimũ lapidem obuiã euntiũ, exceptus est, & vsqꝫ in regiã deductus. Die tandem Iouis vigesima prima Augusti in ecclesia metropolitana Pragensi, per Nicolaũ Episcopum Camenecen alias Podoliæ assistentibus sibi Paulo Laodicensi, & Vincentio Culmensi Episcopis cũ ingenti fauore & lætitia ducũ, Baronum, Procerũ, militũ, ciuiũ, et vniuersæ communitatis regni Boemiæ solennibus nuncijs Alberti & Arnesti Marchionis Brandeburgen præsentibus in regem Bohemiæ felicifer coronatus vnctus, & diuinissimo Eucharistiæ sacra-

mento, sub vna tantummodo specie, religiose ac deuotissime procuratus est, & omnis dies illa in magna laetitia totius populi expensa. Sequentes autem dies, vt debita per Brzikoné ad tricenta millia florenorú in bello et pace contracta solverentur, absumpti, et omne onus debitorú in Vladislaú regem retortú, sex hebdomadarum apud Pragam exacto numero, init Vladislaus Bohemiae rex in montes Kuthnos & possessionem illorú quamhactenus Henricus dux filius Georgij sibi & vsum vsurpabat, potenter apprehendit. Benedictumq; Veithmilner in tenutam committit. Stanislaú deinde de Ostrorog Calisien, Nicolaú de Cuthno Lancitien Palatinos. et Joannem Dlugosch seniorem Canonicú Cracovien, et Curienses omnes Poloniae regis a se in Poloniam remisit. Monitus ab illis frequentissimè, vt fidei catholicae puritatem custodiens, vnionem etiam illius efficeret, Ecclesiastica & regalia bona nullatenus inscriberet, a veneno publice et privatim caveret, quod sibi a pluribus ferebatur compartum. In hac Bohemiae regni adeptione mirari mihi benignitatem Dei contigit erga Polonorum genus, ex quibus et in eundo & in redeundo nemo captus est, nemo laesus, nemo desideratus, nemo violatus. Exercitus enim Vladislai Bohemiae regis quem Glivicz cum nonis gentilibus de exercitu Hungarico descendentibus duplicauerat, adeo ordinate pro omni tempore incedebat, vt omnibus illius processú explorantibus cederet in admirationem. Hostibus vero in magnú terroré. Responso

insuper quam Vladislaus Bohemiæ Rex Hungaris, Polonis et Bohemis illum dū statina apud Cletzze oppidum ageret, diffidantibus, per specialem Nuncium vsqꝫ ad castra Lipnik transmiserat, magnam in singulis formauerat veritatem Rex quoqꝫ Hungariæ illa visa ferunt ad suos dixisse, hominem quidem illā sed spiritu cælesti dictasse.

Casimirus filius Casimiri ad preces Senatus Hungarici tyrannidem Matthiæ perosi ad regnū Hungariæ occupandū mittitur.

Cum ea quæ præscripsimus apud Bohemiam gererentur, Hungari regem suū Matthiam propter spolia quæ regno eorū Bohemicum conquirens intulerat, & exterminium quod Thurcus in Hungariam Matthia, defensiõe eorum negligente patrauerat, et propter scelitates plurimas quæ illis irrogauerat perosi, frequentibus nuncijs Casimirum Poloniæ regem fatigant, vt illis secundo genitū Casimirū pro rege cum gentibus armatorū transmittat, offerentes omnes suptus in bellū præbituros, sin id faceret declararet, minabantur se à Turco quæsituros solatia, et barbaro potius quam turpi regi Tyranno & violento,

et cui violenter erat regnū quæsitū pāriturus. Casimirus autem Poloniæ rex etsi sibi res ardua, et multis periculis referta videbatur. Hungarorū tñ diuturna prece et oblatione crassa et locupleti, & signanter Joannis Archiepi Strigonien, Ioannis Episcopi Quinque ecclesien, et Reginaldi de Rozgon, pernictus. Secundo genitū suū Casimirū adolescentem ingenuū rarę indolis et memorabilis mineruę, plerisq3 consiliarijs Poloniæ regno potius natiuo illū reseruari fortissimę, quam extero largiri suadentibus, in Hungariam cū duodecim millibus equitū et peditū, inter quos erāt mille Tartari, transmittit. Erant autem in exercitu suo hi præcipuę Barones, Derslaus de Rithwiani Palatinus & Capitaneus Sandomirien, Stanislaus Vatrobka de Strzelce Sandecensis, Stanislaus de Schidlowiecz magister curiæ & Sarnouiensis Castellani, Magister Joannes de Labossino decretorū doctor, Stanislaus de Curoznanski Canonicus Cracouien, Petrus dunin de Prawskowicze Succamerarius Sandomirien, dux exercitus Spitko de Melschstin. Andreas de Olesnicza, Joannes de Cajzow, et alij milites notabiles & insignes, omnis insuper exercitus qui Boemiæ regem Vladislaum in Pragā conduxerat officio suo perfunctus, mandato Casimiri Poloniæ regis sub ducatu Pauli Jassienski, Dapiferi Sandomirien & Capitanei Belsen et Chelmen, per Moraniā reductus, & Slesiam Casimiro secundo genito se coniungebat. Sensit hoc tempestiue Matthias

Matthias Hungarie Rex, quippe nonnulli prelati & Canonici Strigonien (Archiepiscopus siquidem Strigonien Joannes vitam et mores Matthie execratus omnium eorum que in Matthiam decoquebantur, cu Joanne Episcopo Quinqueecclesien erat princeps) illum de periculis singulis ineum comparatis anisatu fecerant, ex Berna celeriter monens Budam venit, & maiori periculo quam rebatur cognito, omnium suarum gentiu ex Boemia & Morauia copias ad se accersiit. Conuentus etiam aliquot in Buda indicit. In quorum uno per plures corruptelas et promissiones plerosqs de maioribus sibi infestos ad se pertraxit & reconciliauit, ex quo & ceterorum animo vt est natura gentis illius ad varietatem proclina. Sed & Archiepiscopi Strigonien, et Episcopi Quinqueecclesien qui erant duces alierum & Capitanei, proper tardu Casimiri principis in Hungariam aduentu, mutare capit. Casimirus princeps secundo genitus regius die mercurij Secunda octobris, comitante eu Casimiro Polonie rege ex Craconia egressus, in Sandecz peruenit vbi a genitore suo valedictus per Lubowla & Podolinu iter faciens aliquantulu ibi substitit. Deinde cu Craconia non mittere tur (iam enim illa Nicolaus Csupur Voiewoda Transiluanen, & Emericus Bialk Comes Scepusien cu gentibus Matthie regis in quibus maior pars erat Polonorum occupanerat) preterergressus per Agria & Czigow in Otwon oppidu die Veneris octaua Nouembris saluus & incolumis peruenit, & castra sua felicia (Leczki enim oppidu expulsis et translatis Budam oppidanis Matthias rex ne

eo Casimirus princeps potiretur, praesidio omnium gentium mercede conductarum munierat) in Otvon posuit. Vbi aliquanto tempore commoratus lignorum defectu pressus ad monasterium et oppidum Szak supra fluvium Ren castra transposuit, vbi illi materia et victualium et combustibilium suppetebat. Abinde in Nitriam venit, & tam inanem quam ciuitatem iussu Ioannis Archiepiscopi Strigonien qui Nitrien Episcopatum habebat in commenda susceptus est, vbi primum Ioannes Quinqueecclesien Episcopus ad eum venit inducentis equis et paucis diebus commoratus in Strigonium vnde venerat rediit. Sub omni autem tempore belli quod eo anno apud Pannonios per Casimirum principe gestum est, nemo ex Baronibus Vngariae ad Casimirum principem venit, nemo se ei coniunxit, qui alias deprecabatur pro illo mori, sed omnes fide variata Matthiae regi ferebant auxilia, qui nec meticulosi apud Budam, quae a veteribus vocatur Pambria, a monte Pambrio videretur delitescere, exercitum et ipse sum de proprio & militem mercenario comparatum, de sedecim millibus aestimatum, in quo magna pars erat agrestium, in campestria speciem decernendi, cum hoste suis ostendens, eduxit, & castra ad tria milliaria ab exercitu Casimiri principis posuit. Villas & possessiones Ioannis Strigonien Archiepiscopi, & Ioannis Quinqueecclesien Episcopi, iratus eis quod belli erant autores vastabat. In conflictum tum quem omnis Polonicus exercitus desiderabat (Grandem enim suorum magis quam arma hostilia verebatur)

non veniens, dissipato & licentiato in propria Hungarico exercitu cũ mercenario tantummodo milite Budam rediit.

Legatus Pontificis Romani pacem componit inter reges Cracouiam aduenit. Casimirus a suo milite relictus retrocedit.

Die Saturni vigesima Septima mensis Julij, Paulus Papa Secundus in camera sua secreta in palatio Sancti Petri, apoplexia subito innasus, priusquã captam confessionem finiret moritur, et in ecclesia Sancti Petri sepelitur, cũ sedisset annos sex menses vndecim, dies decem. Solnentes autem Cardinales iusta suo funeri conclaue apud Sanctũ Petrũ in Palatio ingressi, quarta die ab ingressu, die videlicet Veneris nona Augusti, Franciscũ de Sauona fratrem et generalem ordinis minorũ Theologiæ professorem, tituli Sancti Petri ad vincula præsbiterũ Cardinalẽ in papam concorditer eligunt. Sixtumq; quartũ appellationem Gennẽ qui die solis vigesima quarta mensis eiusdem Augusti, in papã apud sanctũ petrũ consecratus est. Et coronationẽ suã atq; assumptiõm in Papatũ Casimiro Polonie regi specialibus insinuauit literis. Ad intercipiendu

insuper Pannonicũ bellũ, quod parari & nondum geri, inter reges Poloniæ et Hungariæ audiuerat. Tilmanum Slecht decretorũ doctorẽ Canonicũ Colonien. cubicularium sũũ domesticũ ad eundem Casimirũ Poloniæ regem transmisit. Qui octaua Nouembris Craconiam adueniens, et altera die audientiam habens persuadebat regi Casimiro, vt armis depositis pacem complecteretur, per viam aequitatis & concordiæ, facilius illã quam per arma habituros. Annuit Casimirus Rex huic persuasioni, & prædictum Tilmanũ apostolicũ nunciũ, adiuncto ei suo regio nuncio. Ioanne Vathrobka Canonico Craconien. & præposito Sancti Michaelis, ad filiũ sũũ Casimirũ et ad Barones regni Hungariæ transmisit, significans se pacem per consiliarios vtriusqꝫ regni Poloniæ videlicet & Hungariæ sub præsentia etiam legati apostolici, in loco idoneo iuxta morem fœderũ tractandam & aequis conditionibus componendã nolle abnuere. Interim Almanicus exercitus qui apud Casimirũ principẽ merebatur termino merendi expirante dum donatiuũ desiderat, discessionem fecit, quem, plures numero Curienses Poloniæ regis quamuis rerũ omnium abundantia sũppeteret sequuti, Casimirũ principẽ in medio hostium deseruit & in domos reuersi à rege et consiliarijs cognatis male visi, multiplices pertulerũt correptiones & opprobria. Quæ res negocia Casimiri principis plurimum indifficultauit & corrupit. Casimiro enim cũ residuo exercitu in Nitriam castrũ & oppidũ, quod illi per Ioanne

Strigonien Archiepiscopu apertum fuit, vt præmisimus concedente, dum Matthias Hungaria rex nouo exercitu Nitriæ appropinquaret, circumnallaturus illu ne cogeretur obsidionis perferre vituperiu, ex Nitria feria quinta in die Sancti Stephani prothomartiris, nocte cu Curiensibus, Paulo Sassienski cum quatuor millibus armatoru pro defensione Nitriæ relicto, egressus, tam præcipiti cursu, nullo prosequente in Gilawa castru suaru partiu pernenit, vt sexaginta quadrigas illu sequentes nulla custodia relicta, ab agrestibus intercipi permiserit. Nominabo autem animosos milites, videlicet Joannem Tarnowski Voinicienſem Stanislau Vatrobka Sandeceu. Stanislau Schidlowieczki Tarnouiensem Castellanos. Paulum Sassienski, Spitkonem de Melschtin. & Sbigneum de Tanczin, qui perseuerandu in Hungaria suadebant. Cæteroru pusillanimu, prius quam hostem viderent fugam meditantiu, nec nomina quidem attingam.

Casimirus Masouiæ dux filius Episcopus Plocensis designatur.

Die Saturni quarta mensis Maij, Stiborius Episcopus Plocen de domo, & familia qua Prussi appellatur, cum annis septem, mensibus etiam septem et diem vnu sedisset apud oppidum Pultowsko moritur, et in ecclesia Plocen

1283

tumulatur, vir alioquin bonus, sed bili plus qu[illegible] ueniret Pontifici indulgens. Capitulum autem Plocense die electionis pro festo Sanctæ trinitatis, quæ fuit dies Solis nona Junij instituta, per viá scrutinij, triformem et monstruosá celebrauit electiom. Maior enim & sanior pars de duodecim votis. Stiborin de Bielsko Archidiaconú Plocensé minor Casimirú principé filiú Bolaslai ducis Masoniæ et Varsoniæ, Canonicú Plocense in diaconatus ordine constitutú de sex votis. Tertia Emericú alias Andreá de Oporow, utriusq3 iuris doctorem archidiaconum Gnesnen et Canonicú Plocen, pro quo & Casimirus Poloniæ rex velut patronus, misso speciali nuncio Nicolao Chrustowski militi vexilifero Cracouien intercedebat sex etiam vota sortitum elegit. Stiborius autem Archidiaconus Plocensis, et qui potior in iure credebatur de genere & nobilitate proporzec3, minis pernictus et precibus de iure suo Casimiro principi cessit. Sed ut idem Andreas Oporowski faceret. Casimirus princeps apud Poloniæ regem Casimirú missis Nuncijs obtinere non potuit. Et controuersia de iure electionis Romam deuoluta. Et licet tam Paulus Papa secundus dum viueret, et succedens sibi Sixtus papa quartus formalé voluntatem habuissent. Andreá Oporowski pro quo Casimirus Poloniæ rex intercedebat, ad Plocen ecclesiá promouere, triplicibus tñ literis Friderici Romanorú Imperatoris manu propria subscriptis pro Casimiro duce Masoniæ

intercedentibus Sixtus Papa permotus. Casimiro duci Masouiæ, quamuis minorenni et in anno decimo octauo ætatis constituto de Plocensi ecclesia die Lunæ sedecima Decembris. Andrea vero Oporowski vt Poloniæ regi placuisse videretur de ecclesia Varmiensi, Nicolao Tungen dudum ad illam promoto & consecrato in Camenecen translato, eadem die prouidet, qui Romæ suscepit consecrationem. Casimirus vero Plocensi prouisus, ex patre Boleslao duce Masouiæ, matre Barbara Russiæ, ducissa, literis apostolicis non expeditis, nec annata à suo solicitatore Nicolao Mnissewski Canonico Craconien promissa soluens, administrare in spiritualibus & temporalibus cœpit, annisq; quatuor absq; consecrationis munere et pontificali ordine administrauit, sufficere ratus bonorum temporalium sibi absq; ordine vsum pacificum. Anno tandem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto Magister Matthias Sluschomiecz decretorum doctor Canonicus Plocen in vrbe missus, singulos defectus à Nicolao Mnissewski admissos supplenit, et literis apostolicis expeditis, ab Andrea Posnanien Episcopo in ecclesia Pultowsko ipse dies Solis decima Septembris consecrationem accepit, & qui ad regendu alios in pontificatu Plocen assumptus fuerat, ipse à quodam tenui et ignota sortis homine Ioanne alias Ioanne sculteto, laico de Moscsina regebatur; singula ad illius arbitriu, quem cæco amore diligebat administrans. Dum autem vacatione Ec-

clesiæ Plocen, ex morte Stiborij Episcopi prefati, decedente Capitulum Plocen ex more Magistrũ Nicolaũ de Mirzienieçs decretorũ et legũ doctorem Canonicum Plocen in administratore concordibus vocibus elegisset, ordinante Casimiro duce electo prefato, et sua factione de administratione quasi suspectus, ejectus est; et in eius locũ Magister Matthias de Otthoçno Canonicus Plocen suffectus. Qui cum paucis diebus alterius occupasset suggestũ, morbo epilepsiæ tactus, expirat, documentũ non multæ ambitionis futurus, & doctor Nicolaus de Mierzienieçs suam recuperat administrationem.

Ioanne Luthkonis mortuo Ioannes Rzeßowski in Episcopatum Cracouiensem sufficitur.

Die Mercurij vigesima prima Maij, Ioannes Luthconis de Brzezie Episcopus Cracouien, in consilio regio Cracouiæ residens, propter nimiã indignationem, et coleram qua tunc agitabatur, apoplexia percussus, et aliorũ manibus ex regia elatus, vsu loquendi ex tunc ammisso, solo olei sacramento cũ ad cætera par

ofset idoneus accepto die Veneris, vigesima quarta
Maij in curia episcopali Craconiæ diem obijt, cum an-
nos sex, menses sex dies viginti duos in sede Cra-
coniensi sedisset, & in ecclesiæ Craconiensis choro
tumulatus. Visinam habens debilem et luscam. In sin-
gulis agendis cunctator præcipuus et plurimũ ambi-
gens. In eo præsertim quod perfidiam Judaicam Ma-
gdalenæ Georgij Morsthen consortis notabilem in
se et filijs vulgatã, et plures seducentem & scanda-
lisantem rescindere dissimulanerit, frequentius avi-
ris timoratis et Zelum dei habentibus admonitus. Can-
telosus in factis et moribus. Singula adumbrare gestiens.
Laudis humanæ & vulgaris auræ auidus. Ad sumptus
faciendos profusus. Aeri alieno adeo obnoxius vt im-
pensa funeri, nisi illum capitulũ Craconiense liberalifer
præstitisset, defuerit. Propter quod nec aureum calicem
ex statuto & iuramento debitum longam sibi portendens
vitam ecclesiæ CRaconiensi reliquit. Castitate & pu-
dicitia insignis. Mansionariorũ in ecclesia Sanctæ
Mariæ Sandomiriensi Joanne Seniore Dlugosch Ca-
nonico Craconiẽ instante, fundator. In pauperes et e-
genos benignus. Mediocris staturæ vir, faciem habẽs
oblongam in mento coartatã. Capitulũ CRaconiense
in die Assumptionis Sanctæ Mariæ, electione futuri
pontificis instituta. Joannem Rsessowski regni Polo-
niæ Vicethesaurariũ, Scholasticũ Sandomiriensem
& Canonicũ Craconiẽ per compromissũ factam in Jo-

annem Pniowski Archidiaconu, Ioannem de Dambrowka, & Stanislaum de Kobilino decretorũ doctores, Canonicos Cracouien. compromisso, Schisma abhorrens elegit. Qui Romam missis nuncijs, videlicet Adam de Dambrowa Decano Posnaniensi & Canonico Cracouien, Arnolpho de Mirzieniecz decretorũ doctore Canonico Plocen, & Marcissio de Wroczimo. viro de milite, confirmationem suã die mercurij tredecima Nouembris, a summo pontifice Sixto quarto, nullo impediente obtinuit, et deinde die Solis vigesima nona Januarij in anno subsequenti videlicet Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo sub presentia Casimiri Poloniæ regis per Iacobum de Sienno Vladislauiensem Episcopũ, assistentibus sibi Paulo Chelmen et Antonio Naturiensi, Episcopis, vir nobilis de domo et familia Tollcossa, Caput asininum pro insigni deferens, ex patre Ioanne et matre Anna, ac ex vico Przibischowska, Przemisliensis diœcesis ortum ducens, circa sexagesimũ ætatis suæ tunc agens annũ, in ecclesia CRacouiensi, in pontificem Cracouiensem consecratus est.

Turcæ Carniolam ingressi populantur.

TUrcorum Cæsaris Mahumeti satrapa Isabek

1289

aglios Graecie, Bossne regnū tunc detinens cum quin-
decim millibus equitū ex Bosna per Croaciam sine
Luburniam in Carniolā transgressus, inopinatam ex-
cursiōm ingerens, et omnia ferro et igne vastans, tri-
bus mensibus illic absq3 omni repressione liberè immo-
ratus, viginti millia hominū peccorū rittu in perpetu-
am seruitutem detrudenda abegit. Friderico Roman-
rum Imperatore et Austria duce, nullam super his
prouisionem adhibente, nulla deniq3 mora facta cap-
tiuis Catholicorū in arces et ciuitates ditionis sua con-
ductis, per eandem viā qua venerat in Carniolam cū
decem millibus Turcorū regressus & vsq3 in Laybacū
caput Carniolæ grassatus alia rursum viginti mil-
lia animarū Catholicarū in seruitutem impunè ab-
duxit. Cum vero sensisset Fredericū Romanorū Im-
peratore apud Ratisbonā cum electoribus et principibus
Almania agere conuentū prioribus excursionibus
inescatus, absentia etiam Frederici Imperatoris tunc
in remotis agentis sibi subministrante vires et ausus
cū quindecim millibus equitū, mirabili celeritate per
Croaciā in crastino Pentecostes circa occasū solis vs-
q3 ad portas & menia Laibaci venit. Capisset tunc
Laibacū, nisi incensione villarū quarū fumus ex mu-
ris conspectus est se prodidisset. Postridie vero copias
partitus partem vnam per alpes, qui Carniolam à Sti-
ria diuidunt in vallem, illam præclaram Save vsq3
ad Ciliam transmisit, et triginta millia animarū capta,

abduxit. Alteram per Sauum in Sirmiū, tertiam per Transiluaniā vltrā Danubiū, cladibus omnia complētis egit. In mense autem Augusto sequenti Marchiā Slauoniæ, & in Calendis Nouembris Astriam & Carsos vsq3 ad portas oppidi Goriciæ funesta strage omnia sedando vastauit.

Alimiro duce ex Hungaria cedente Archiepiscopus Strigoniensis à rege Matthia contra sacramenti fidem capitur.

Annus domini Millesimus Quadringentesimus Septuagesimus Secundus.

Saluatoris nostri Iesu Christi anni præsentis natalem & dies sequentes Casimirus Polonia rex cum consorte sua regina Elisabeth apud

Craconiã, turbationibus multifarijs in illũ assidue gras-
santibus, egit. Nam & Casimirus princeps secundo ge-
nitus suus aliquot dies Plaviã et deinde in Rozemberg
apud Petrum Comorowski, qui de castris suis omnibus,
quæ obtinebat in Hungaria, videlicet Rikawa, Ro-
zemberg, Orawa & Hradele cessurũ se offerebat, im-
moratus, in Poloniæ regnũ, nulla re memorabili apud
Hungariã gesta, de quo in Dersla ũ de Rithwiany Pa-
latinum & Capitaneũ Sandomirien. omnis referebatur
ab uniuersis culpa, per Mislimicze rediit, et patre or-
dinante in castro Dopczicze consedit, et Paulus Ja-
sslienski aliquot particularibus pugnis cum exercitu
Hungariæ regis Matthiæ qui illum apud Nitriam
obsederat egregie factis, mediante Quinqueecclesien-
si Episcopo Ioanne per pacta et conditiones, ita vt Ni-
tria in potestate Casimiri principis remaneret, relictis
trecentis armatis in illa, pace in quindecim dies cõ-
fecta versus Turcã, quatuor armatorũ millia habens,
in comitatu ex Nitria discessit, non sine Baronũ
Hungariæ etiam eorũ, qui cũ rege Hungariæ milita-
bãt, et qui clade & morte illũ obrui optabant pertur-
batione, quem Matthias Hungariæ Rex pacto dis-
rupto, insequi pergit, facile sperans illũ quod superior
esset in gentibus oppressurũ, sed, comperto Pauli Jas-
sienski et sui exercitus forti proposito ad vltimum
videlicet casũ aciẽ ad conflingendũ instructa aduen-
tum, suũ operiri, mutato proposito retrorsum abijt, plu-

ribus Polonis qui apud illu parum honoris, sed po-
tius auri cupidi, militibus execrantibus eum qui con-
tra pacta faceret conflictum. Creditur autem exerci-
tum Poloni cum parum prospera fortuna ideo in Pan-
nonijs tunc assecutum fuisse, quoniam in eundo neqs
sacris pepercit, neqs humanis. sed ecclesias Dei & eo-
rum ministros spolijs & verberibus. Matronas vero et vir-
gines & puerperas stupris & contumelijs, vsqs ad ex-
tinctionem affecit, ducibus exercitus rem tam fadam,
aut tolerantibus aut non castigantibus, nec vllam ad-
hibentibus coertiom. Erat & alia turbationis Casimi-
ri regis causa, quod pro rebus Bohemicis & Hunga-
ricis benegerendis aerario suo omni expilato, ex re-
gijs prouentibus fere singulis obligatis, in fundum debi-
torum & defectuu multifariorum veniens rempublica
regni sui orbam et exanguem adeo effecerat, vt vi-
ctus etia quotidianus sibi & filijs suis deesset. Inca-
stellauerant autem gentes Casimiri principis, quatu-
or principalia loca in Hungaria videlicet Plauiam,
Thurcz et Michalou ac Vbiena, sed a gentibus Hun-
garie regis aliquot hebdomadis obsessi, dum de suffra-
gio illis per regem Polonia ferendo desperassent, pacti
libertatem, res, equos & arma praesidia praefata de-
diderant. Quintum praesidiu oppidu videlicet Stroy-
kow quod Nicolaus de Leren in potestatem regis Polo-
nie tradiderat, et in quo rex egregios milites quatu
duefar fuit. Joannes Biali, locauerat, loco multifarie
munito,

munito, in periculum obsidionis non venerat, probe exti-
mante Hungariæ rege, si obsidere illud pergeret, succur-
suis Poloniæ regem propter propinquitatem loci latur̃,
inflatus ea falsitate Hungaria rex plura figmenta de
suis tropheis, quasi exercitum Casimiri principis de quin-
decim millibus acie profligasset, & pluribus clenodijs et va-
sis preciosis spoliatum de Pannonia turpiter eiecisset,
summo pontifici et pluribus regibus et principibus orbis glo-
riam de potentia sua virtutis prascripsit. Ioannem quoq;
Strigoniensem Archiepiscopũ data illi securitate, per se
et suos consiliarios sacramento firmato contra iusiuran-
dum, dum versus Budã procederet capit, et variis tur-
pibusq; minis & illusionibus vsus, ligari illum ad media
stinũ, et sagittas contra illũ à Barbaris simultanee ia-
ci, nisi castra Archiepiscopalia redderet se inspectante or-
dinauit, sed cum officiales Archiepiscopales dicti Archi-
episcopi castra tradi iubentis non parerent, castra Stri-
gonium, Nitriã, Brzesnitzam, Czeplicsam, Szando & Tre-
nicsam obsidione languida circumuallat, quarum
tandem aliqua sibi fuerunt dedita, ea conditione vt à
Ioanne Agriensi Episcopo ad fideles manus tenerentur,
ne Polonus illis potiretur. Morte vero Archiepiscopi secu-
ta, qui paralyticatus ex metu fuerat. Vndis enim il-
lum aliquotiens mergere parabat, rex duris tormentis
afflictum in ditiõ regis reditura. Ioannes etiam inte-
rim Quinqueecclesiẽ Episcopus dolore tribulationũ pres-
sus diem obijt, vel ut quibusdam placuit veneno intoxi-

Status. . . .

Miles mercenarius et pu-
blice et priuatim impu-
ne grassatur præsertim
in bonis sacerdotum pro
pter stipendium non so-

luturn. Tributum singuli ferè ordines conferunt.

. . . . . .

Armigeri tam equites quam pedites qui apud
Pannonias militauerant in Poloniam reuertentes di-
stipendia illis tardius. soluerentur ob erarij defectum,
in bona ecclesiastica, diœcesis præsertim Racouien-
saeue et crudeliter, deinde in quoslibet obuios grassa-
ri caperunt liberè, et absq; vlla reprehensione, adeo
quoq; impunitate eos inescante eorum truculentia ac-
scenderat, vt quingentas villas ecclesiasticorũ perfu-
as. prædas et spolia graui pernicie damnarent. Casimi-
rus Poloniæ rex. ad rescindenda tanta mala aliquod
remediũ adhibiturus, diœta generali apud Piotrcouiã
apud Piotrcouiã pro die dominica Iudica illuc ex Cra-
couia descendit, sub quo tempore Casimirus Princeps
secundo genitus regius ex Hedewige die Iouis decima.

nona Martij Cracouiá, non sine profundo mœrore et pudore, quod res suæ Pannonicæ secus quam speranerát cesserant, rediit. Et quamuis in dicta Piotrcouiensi diebus quindecim agitatum fuit de subsidio pro soluendis stipendiarijs faciendo, nulla tamen efficax conclusio ob disparitatem votorú captari potuit. Quapropter omnis conclusio ad dietas particulares in Noua ciuitate et Colo tenendas reiecta fuit. Ex Piotrcou Casimirus rex die mercurij prima Aprilis post festum Paschæ immediate subsequente discedens, in Nouam ciuitatem die Solis quinta Aprilis venit. Baronesqꝫ et milites qui illuc conuenerant deferendo sibi pecuniario subsidio magna prece & instantia solicitauit, qui reipublicæ necessitate diebus aliquot, ad dandum de quolibet possesso laneo vnum ferlonem consenserunt. Idem fecerunt et Barones maioris Poloniæ, dieta apud oppidum Colotenta. Clerus quoqꝫ omnis quatuor diœcesiú Gnesnen videlicet Cracouiensis Vladislauiensis & Posnanien notabile tunc contulit subsidiú dando taxæ medietatem, præter clerum Cracouiensem qui ob taxæ grauitatẽ nouem scotos a marca soluit. Sub omni autem tempore quo stipendiarijs impendebatur solutio non deerant plures ex eis qui itinera publica obsidendo quoslibet expilabant, quibus etiam se nonnulli terrigenæ iunxerant et sub illorum colore prædas agebant, sed ab hominibus suas iniurias propellentibus plures fuerunt necati, submersi & vario genere mortis, rege vtrumqꝫ malú dissimulante

extinct[illegible]

Cometes horrendus apparet.

In principio mensis Januarij anni præsentis. Cometes magnus, et qui appellatur ab Astronomis dominus Ascoen de sublimatione et complexione Mercurij, parvus in stella, maximus in cauda, participans in natura et proprietate saturni, in regno Poloniæ et alijs regnis et in vniverso fere orbe apparuit, et duobus continuis mensibus in Cenith Europæ apparuit, generatus iuxta opinionem Astronomorũ in regno Hungaria, & in Cenith illius regni inuentus, qui etiam supra Cenith regni Poloniæ vno die stetit, sub tribus annis immediate se sequentibus effectus suos producturus. Prodigium malum regibus, principibus, et alijs illustribus et magnificis personis. Cæteris vero mortalibus inferioris conditionis, anxietates, metus, commotiones, turbationes, frandes, decepciones, combustiones, populationes et denastationes, tempestates, grandines, tonitrua, fulgura, & terræ motũ in aliquibus partibus egritudines longas Chronicas siccas et acutas, vomitus fortes, frenesim, Epidimiæ pestem, dolores & tremores febriũ aborsũ mulierũ prægnantiũ significas. Motus eius fuit valde inordinatus & mirabilis in-

terdum a meridie versus Septemtrionem, interdu, a Septemtrione in occidentem et meridiem progrediens. Cauda etiam sua diuersas mundi respiciens partes. Quae effectus suos sensim producens et immature primum in Morauia & Hungaria, deinde in Cracouiensi vrbe, & locis atq; oppidis circumuicinis Epidimiae morbu diffudit, quo qui inficiebantur nullo antidoto medicinali suffragante, paucissimis exceptis cadebant. Serpsit et exposi in Bohemiam, Austria, Carinthia, Stiriam, et multam Tragensibus, et Viennensibus ciuibus. Bohemiae quoq; regno et Austriae ducatui induxit orbitatem.

Die Solis tredecima mensis Maij in meridie apud Cracouiensem arcem Elisabeth Poloniae regina quintam filiam decimam vero prolem effudit, quae a Ioanne Rossowski CRacouiensi Episcopo baptisata Elisabeth nomen accepit.

De pace Poloni cum Hungaris ultro citroq; agit Mahumetus Turcarum imperator Taurinum obsidere parat nisi per ex-

Sarem Hussenkasen ma-
xima sit clade affectus:-

Stanislaus Vatrobka Castellanus Sande-
cen nomine consiliariorū regni Poloniæ pro quie-
tatione belli inter regna Poloniæ et Hungariæ exorti,
ad consiliarios regni Hungariæ destinatus quinq;
hebdomadis per Matthiam Hungariæ regem qui de
suo aduentu priuatim & publice gloriabatur, et consi-
liarios regni Hungariæ apud Budam reuiseretur fu-
it retentus. Concluſa autem annali pace cum vno ex
Baronibus Hungariæ, Nimphor nomine sciscitatum mis-
so, an rex Poloniæ & consiliarij sui pacem ipsam ob-
seruare vellent, reuersus dum induciarū conditiones
neq; a Polonico, neq; a Bohemico rege & vtriusq;
regni consiliarijs satis probarentur, pax tantummodo
in diem Sancti Ioannis Baptistæ, consiliarij triū regno-
rū, Poloniæ, Hungariæ et Boemiæ in Olomuncz con-
ueniant, et perpetuā pacem inter reges & regnū, aut
saltem temporalem sub æquis conditionibus firment.
Omnibus etenim belligeratio inter regna ipsa videba-
tur periculosa & molesta, propter Thurcorū Cæsaris,
Mahumeti, qui magna parte regni Hungariæ occu-
pata iam non tantummodo Pannonijs, quantum Au-
striæ, Italiæ, Siriæ, Carinthiæ minabatur atrox
bellum, qui etiā magnū comparabat exercitū primo
æstatis tempore Albam regiam in Dosola quam Thau-

rinum vocauere priores, per terram & per vndas obsiden-
do expugnaturus. Quam rem satis terribilem et pe-
riculosam sola miseratio diuina humanum praesidiũ
intelligens defuturum auertit. Venit enim alter Thurco-
rum Caesar ex Perside & inferiori Armenia vocatus
Hussenkasen (qui ex homine obscuro, et per seipsum vix
noto in virum maximũ euadens frequentibus victoriis
tenui manu obtentis, plures sibi regiones subiecerat,
et contra eũ ac filium suum Mahumeth (solus enim
in casum vniuersa dimicationis venire ne estimatio sua
in aduersa fortuna sentesceret metuebat) graui clade
pugnauit. At filius Caesaris et ipse Turcorum Caesar Ma-
humeth cladis suae ruinã et ignominiam reparaturus,
maiori multitudine collecta iterũ contra Hussenkas-
sen cum quadrigentis millibus equitũ, et magna multi-
tudine peditum venit, qui auxilia Caramanni et Mar-
tavorum Caesaris consanguineorũ suorũ habens, omnẽ
Thurcorũ exercitum mirabili strage delenit, & ciuita-
tem in Asia Trapezuntũ inuadens quam imperator Tur-
corũ Mahumeth ante annos aliquot occupauerat, impe-
ratore Trapesuntino Graeco socio eiusdem Hussenkassen
occiso cum toto Trapesuntino imperio capit, et socij sui ne-
ci immeritae parentauit. Exinde mirabili celeritate ciui-
tatem Sinapolim in Natulia expugnatam obtinuit, et ver-
sus Galiopolim obsessurus eam innocato Venetorũ auxilio
ire pergit. Nuncios solennes ad Casimirũ Poloniae regem
circa medium Julij Cracouiam ingressos; fauores suos

& subsidia contra Mahumeth Turcorum imperato-
rem expetens, misit qui sibi non fuere denegata. Quæ
omnia Mahumeth sentiens et parari sibi ruinam vi-
dens. Soldani Babiloniæ auxilio nequiquam frus-
stra petito, omnes ciuitates suas & præsertim mariti-
mas munire cæpit. ⁊ &

Legatus Romani Pontificis inducias et pacem cum Hungaro regi Poloniæ persuadet quam deinde turpi conditione

oblatam à Matthia rejecit Casimirus.

Nicolaus Tungen dolore ingenti percussus est et inbilem abominandâ. versus, quod à Sixto Papa quarto ex Varmiensi ecclesia in Camenense translatus fuerat pernicioſam suam intentionem, et quod parùm felices successus Casimirus Poloniæ rex ex Hungaria retulerat, & Stiborio de Baisen quodâ gubernatione Prussiæ illum Casimirus Poloniæ rex amouisset, et nonnullis aliis militaribus et ciuibus Prussiæ, qui moleste ferebant pontificatus et magistratus Prussiæ in Polonos demandari, spe multa mulcentibus

ad arma conductis mercede quingentis armigeris, et plurib⁹ agrestibus policitatione magna solicitatis consurgit, & primum oppidum Brunsberg, portas oppidi oppidanis sibi vltro et contra iusiurandum Casimiro Poloniæ regi præstitum aperientibus, deinde oppidū Guthschkat capit, Ecclesiam deinde Frumborg incastellatam & castrum Ressel vi non sine occisione multorū mortaliū expugnat, et aliquot milites regios videlicet Albertum germanū Vincentij Kielbassa episcopi Culmensis, Petrum Schorcz, Laurentium Schwanke, Ioannem Slowak diris vinculis & carceri includit. Ciuitate deinde Elsperg se illi dedente, castrum vallat vna cum ciuitate Sseburg, & dum arcem Elsperg et oppidum Scheburg per oppugnationem aliquotiens temptatam conquirere nititur, plusquam quingentos homines qui per illū mero et cerui sia inebriati arcis oppugnationem temere aggrediebantur, amittit. Ad bellum ne amplius serperet, missis in Prussiam Iacobo Vladislauiensi Episcopo, et Nicolao Lancitiensi Palatino, conditionibus sublatū est, arce Elsperg et oppido Scheburg in manus militariū regi fidelium traditis, donec sanctissimus pontifex vnū ex contendentibus verum Episcopum Varmien declararet. Sub hoc tempore Marcus natione Venetus tituli sancti Marci præsbiter Cardinalis et Patriarcha Aquilegien ad Casimirum Poloniæ regem a Sixto Papa quarto missus. Cracouiam die Saturni quarta mensis Julij aduenit, a Casimiro Poloniæ rege obuiam illi personaliter. Vielicziam versus cum Ca-

Casimiro filio et comitiua insigni procedente, & à
processionibus omnium ecclesiarũ magno honore & à
tribus filijs regijs Casimiro, Alberto, et Alexandro, tri
bus pulcherrimis orationibus ius suum naturale, quã
tũ ad Hungariæ & Bohemiæ regna deducentibus. Al
tera vero die splendido prandio exceptus est, et au
dientia illi die sequenti concessa, commemoratis per
niciosis diſcriminibus, quæ Turcus Catholicis regnis
assidue impendens inferre consueuit, pacem cum Hun
gariæ rege multipliciter persuasit, obsecrans regem vt
quæ armis quæsiturus erat per conditiones susciperet,
et cum cæteris Catholicis regibus in Thurcum ad ar
ma prodiret. Ad quam pacem facilius obtinendam in
ducias annales & conuentũ pro die Sancti Michaelis
in Nissa Consiliariorũ ex tribus regnis magnopere fie
debat. Quæ singula cum Casimirus Poloniæ rex Catho
licum se ostendens principem liberaliter annuisset. Cardi
nalis ipse fratrem Leonhardum de Perusio ordinis pre
dicatorum. Magistrum Palatij apostolici Budam ad
Matthiam Hungariæ regem destinauit, pares inducia
rum quarum exemplar ferebat relaturum. At ille pru
tans Casimirũ Poloniæ regem, et in aerario & in mili
te mutilatum esse, morte etiam Ioannis Strigoniensis
Archiepiscopi, Ioannis Quinque ecclesiẽ Episcopi, &
Reinaldi de Wronow militis qui partes regis Poloniæ
enixissime prosequebantur quos ferebatur veneno su
stulisse, & captiuitatem Nicolai Csupur Palatini, &

Arnesti Thesaurarij sui, pecunias ab eis exacturus, insolentior factus, inducias quas alias magnopere petiuerat, abnuebat, quam tandem sumere persuasus superbis & amplis verbis se quidem efferens, Poloniæ vero regem carpens, in illius scriptura uti non erubuit, sed nec duci Victorino terminũ ad statuendũ se in captiuitate concedere qui se sibi aut centum florenorũ millia pro die Sancti Martini soluturũ, aut de arcis in Bohemia habitis cessurum in dolo spoponderat. Credens se hac via Vladislaum Bohemiæ regem à regno exclusurum. Quem etiam nouerat quam paruæ factiuitatis, rariqs et hebetis sermonis rex esset, parum Bohemis gratum esse. Confidens etiam in amplitudine pecuniarũ quas per tyrannidem à subditis emungebat, superiorem se armis et gentibus futurũ. Confidens et in gentibus ex colluuione collectis qui se fratres intitulabant, quas Frederico Imperatori nociturus aliquali suffragio obligatos in Austriam transmiserat, & quæ exinde fade fuerant ejectæ. Verum cum Casimirus Poloniæ rex turpes inducias Hungari, quas Joannes Trininen Episcopus cum Leonhardo de Perusio Magistro Palatij Cracouiã, CAsimiro Poloniæ rege absente attulerat, perosus reiecisset, tractatibus pacis disruptis re infecta Piniensis Episcopus rediit.

Legatus Pontificis in Hungariam, ad regem Matthiam abit

pacem aquis conditionibus compositurus Tribu-

tum Casimirus agre a suis impetrat.

Quindecim Mensibus Casimirus Poloniæ rex in Cracouia assiduè exactis, tandem serpente in Cracouia Epidimiæ peste, die Iouis vigesima Augusti de Cracouia egreditur Cardinali Sancti Marci in Cracouia relicto, et in Xiepolomiese vna cum consorte sua Elisabeth, et omnibus natis suis transgrediens, paucis illic absumptis diebus die mercurij vigesima sexta Augusti in Nouam ciuitatem Corcsin intrat. Ibi ad illum Marcus Cardinalis et apostolicus legatus die solis tredecima Septembris aduenit. Vbi frequentibus tractatibus de pace aut eius indicijs habitis. CAsimirum regem ad omne æquam pacem proclivum offendens, die Iouis decima septima decembris ex noua ciuitate discedens in Sandecz diuertit, nouis studijs et laboribus æquam pacem confecturus. Casimirus rex octo hebdomadis apud nouam ciuitatem exactis, sub quibus pro die Sancti Michaelis habita terrarum CRacouiensiu conuentione pro soluendis residuis stipendiariorum debitis, qui spolijs, prædis furtis, et omnifariam maleficiorũ genere, et signanter bona ecclesiastica & deos magis diripiendo regnum premebant, ægre subsidio

per sex grossos de laneo dandos obtento, ad agendam diætam generalem pro die omnium Sanctorū in Piotr. con. Ex noua ciuitate feria Secūnda ante festum Sanctorum Simonis & Iudæ apostolorum egressus processit.

Monasterium in Rupella cade diui Stanislai celebri Ioannes Longinus fundat.

In decem millium militum festo, quod in diem Lunæ vicesimam Secundam Iunij cadebat, Ioannes Senior Dugosch Canonicus Cracouien. ex ecclesia parrochiali Sanctorum Michaelis Archangeli, et Stanislai martiris in Rupella, Ioanne de Sobien. eius plebano duabus prebendis satis ventrosis videlicet Sandomirien. et Kielcen. si consentato, conuentualem per Ioannem Rzessowski Episcopum Cracouien. creari et Monasterium fratrum heremitarum, beati Pauli primi heremitæ regulam Sancti Augustini professorum, quod si vtriusq3 vitæ actiuæ videlicet et contemplatiuæ vtendo exercitio, maxime foret Ecclesiæ dei profectui, fundari obtinuit, ratus vt est, eratq3 locum illum sacrosanctum, & beatissimi Stanislai martiris magnifici, cruore sacratū negligentius habitū, nouus habitū, per diuinæ laudis in horis diurnis et noctur-

nis concentum, et per virorū religiosorū sanctimoniā, prouidentiam & industriā, in fruge vberiorem et saluberrimā pro amplitudine laudis diuinæ, et salute populi Christiani, propiciante clementia altissimi euasurū. Proueniebus etiam illius ecclesiæ præfatus Ioannes Dlugosch altaris Sanctæ CRucis in eadem ecclesia sitti prouentus Stanislao Biecżki eius altarista per aliud beneficium contentato adiecit. Cuius primarius fuit prior frater Jacobus de Bogumilow, prouincialis tunc Poloniæ, in ordine præfato vir relucens singulari sanctimonia & probitate, rarissimo se munere beatū falicitatumq; glorians, quod ipsum & ordinem suū tam illustrem et celeberrimum locū quod omnibus alijs ordinibus tantopere in Polonia datum non erat hæreditarie præoccupare contigisset. Cui etiam medietatem census Barchrachē in Zupa Vielicensi apud Spithkonem de Melschtin coemens, perpetuo consensu regio accedente, adiecit præfatus Ioannes Dlugosch. ..

Casimirus in Boemiam Vladislao auxilia mittit. Dirta Nissensis pace infecta dilabitur. Casimirus Thoruniæ legatos regis Daciæ Cristini audit. contin.

Ogem nobilem Vladislao regi offerentes:- :D:D
m n i u m Sanctorum solennitate adueniente, cum
Casimirus Poloniæ rex Elisabeth regina apud Monaste-
rium Suleow dimissa Piotrcouiam aduenisset, frequens co-
siliariorũ numerus illic confluens, nihil se antiquius
agendum ducens, à rege vt regni magistratus primarij
qui per biennium iam vaccauerant distribuerentur, obtinu-
it. Quorum distributio multorum animos, quasi in parum
dignos eis neglectis collati essent, à rege alienauit. Bohe-
miæ regis Vladislai Nuncij, videlicet Slawnta, Bene-
dictus Veithmilner & Ioannes dictus Marschalcus ci-
uis Pragen, subsidium pecuniale, et ingentibus petentes,
auditi, et Ioannes Zielenski cum quingentis armigeris
e uestigio in Bohemiam destinatis, apud montes Cuth-
nos, quos Hungariæ rex inuasurus ferebatur, destru-
ctionem eorũ & occupationẽ prohibiturus consedit,
decem quoq; millia numerum aureorũ Vladislao
Bohemiæ regi decreta, subsidium sex grossorum de
quolibet laneo à militibus et à clero Gnesnen, Vla-
dislauiensis et Posnanien ecclesiarũ per sertonem à
marca, à rege petitum est, sed in priuatos conuentus
dilata est responsio. Sub eo tempore Marcus Cardina-
lis et legatus Apostolicus in Vratislauiam transijt,
vbi degens dietam generalem apud Nissam pro die
Purificationis Sanctæ Mariæ inter reges Poloniæ, Hun-
gariæ et Bohemiæ personaliter illi interfuturus, et pa-
cem inter tria regna confecturus instituit. Sed cum Hun-

garię rex arrogantius se gerens, successibus foelicibus elevatus, et signanter quod cum Friderico Cæsare per Laurentiũ Ferariensem Episcopum apostolicum legatum reconciliatus in gratiam redierat, susceptis omnibus pacis conditionibus quas illi Cæsar proposuerat, negs prælatos et Barones Hungarię (sciens eorum animos a se alienatos esse) prælatis et Baronibus Poloniæ iam ex nomine designatis numero et conditione pares, sed quosdam leves et callidos homines pacem infecturos magis quam confecturos, et signanter Albertum Costka Bohemũ labe hæreseos Bohemicæ polutum, cuius consilijs in singulis agendis vtebatur mittere disponeret, apparereqs illum ita mentionem de pace cum Poloniæ rege facere, quasi bellum futurũ esset, et omnia responsa dare adeo ambiguè, vt futuro tempori inniterentur, quippe qui acceptarum se dicebat inducias, missurum oratores, nescio quos ad dietam, demonstraturũ in conuentu non oportere de Victorino duce meminisse, cæteraqs id genus plurima ex quibus nulla conclusio liquida poterat elici dietam prædictã Nissensem Poloniæ rex et sui detrectabant. In hunc quoqs modũ Cardinalis et apostolicus legatus prædictus Marcus, qui se arguti et religiosum videri satagebat, nulla re memorabili in regno Poloniæ gesta, apud Vratislauiã se inutiliter continebat. Sed, nec in alia regna apostolici legati fuere fortunatiores, vi quadam syderum impedi

Cardinalis enim Episcopus Hostiensis Bessarion Niceenus ad Gallias legatus a Francorum rege minime susceptus, nec ad interiora regni admissus, ab ipsis finibus in vrbem rediit Vicecancellarius Cardinalis in Cathelonia regi suo Ferdinando rebellanti nihil composuit, frustraqz laborauit. Cardinalis Reatinus ab omnibus Italis qui compositum eorũ simultates & odia aduenerat spretus. Ex Piotrcouiensi dieta Casimirus Poloniæ rex vota sua et denotionem in Deum expleturus Posnaniam diuertit, exinde adorato Posnaniæ diuinissimo Sacramento Thorun, reliquias belli infesti in partium illarum, quod Nicolaus Tungen pro episcopatu Varmien conscijs & consentientibus sibi militaribus & ciuitatibus Pomeraniæ & Prussiæ, qui graviter sibi Vincentium Kelbassa et quemlibet alium Polonum dari episcopum ferebant. Varmienses sedaturus cum prælatis et consiliarijs Poloniæ aduenit. Quo cum et primores partiũ illarũ confluxissent, multis tractatibus per hebdomadas quatuor interpositis, nulla conclusio elici poterat, flagitantibus militaribus & ciuitatibus Prussiæ, vt omnes arces non nisi indigenis regi beneplacitis, et fidem sibi atqz regno Poloniæ seruaturum committeretur. Id etsi non abnueret se facturum, collationem tamen pecuniæ ab eis exigebat, quę posset militibus ea tenentibus debita persoluere et stipendia emerita. Nicolaus insuper Tungen ad præsentiam regis venire formidans, nuncijs missis ad iura episcopatus

Varmiensis, omnem subiectiom & obedientiam & fidelitatē repromittens admitti se obsecrabat, sed facile ab hac petitione repulsus a rege propter interpositam conditionem, vt apostolicæ declarationi staretur quieuit. Nulla igitur captata conclusione res Prutheniæ in aliud tempus festum videlicet Penthecostes sunt dilatæ. Casimiro autem rege in Thorun agente, venerunt ad illum duo nuncij, Doctor videlicet vnus, et alter miles regis Daciæ Cristierni, qui sororem Alberti Brandeburgensis Marchionis et Marchimissæ Mantuanæ habebat vxorem, suadendo vt Vladislaus Bohemiæ rex filius regius virginem Barbaram Mantuani Marchionis filiam & eiusdem Alberti Marchionis Brandeburgensis neptem germanam ex sorore, efferendo illam vehementer de virtutum splendore, nobilitate sanguinis, summa dotis copia affinium acciperet in consortem Ducum Misnensium, Marchionum Brandeburgensiū, & Mantuani. Item Cardinalis Mantuani. Item multorū Italiæ procerum amicitiam habiturus. Hæc persuasio oblatiogz etsi grate accepta fuerit, ad regem tamen Bohemiæ et suos suspensa & dilata est, vt eius cuius principaliter interest exploretur voluntas & intentio.

Syriam et partem Italiæ Turca populantur.

1301
1311

Aestate anni praesentis Turcorum exercitus ex Bossna adunatus et egressus per Illiricum, omnia circa Szavin. fluvium et Marchiam Sclavonitanam vastavit. In mense vero Septembri in terras patriarchatus Aquilegiensis a Venetis occupatas descendens, et vsqz ad castellum Sancti Danielis excursiones in foro Julij faciens citra duodecim millia hominum non secus quam pecora in perpetuam servitutem abegit. In mense deinde Novembri apud Goriciam et per totam Hystriam mirabili clade in sexum verumqz sqeviendo ferro et igne singula complebant, nullo rege, nullo principe resistentiam pro Catholicis opponente. ☞ ☞

Matthias icto fœdere cum Imperatore Romano in bellum Boemicum et Polonicum totus spectabat nec Poloniæ rege cunctante. ☞

Affligebatur insuper bello infestino ab exercitu Acephalo ex colluvie variarũ nationum, qui se fratres appellabant collecto, Austriæ ducatus quem Matthias Hungariæ rex dato illis donativo et opem pollicitus liberationis si obsiderentur contra Fridericum Imperatorẽ subordinaverat, et qui cum nonnullis Austriæ Baronibus dominationem Cæsaris execrantibus. Item cum filio

Banckircher cui patrem Imperator necauerat, qui ip
se hostis infestus Cæsari erat, intelligentiam habe
bat. Quo malo Fridericus Imperator angustiatus, medi
ante Laurentio Ferrariensi Episcopo apostolicæ sedis le
gato cum Matthia rege Hungariæ sub his conditionibus
fœdus pepigit, vt Imperator illi pro festo Sancti Georgij
Bohemici regni confirmando regalia, pro Imperij electo
re & pincerna illum teneat. Item conditionem qua se il
li Hungarus nunquam vxorem ducturū, quo facilius
regni Hungariæ recideret in Cæsarem successio obligaue
rat, soluat. Vngarus contra Austriam tyrannide ecthe
stilitate fratrum, eius auspicijs illam afflictantium liber
ret, minus cunctanter ab Hungaro quam à Cæsare id
fœdus ictum est. Qui nimio dolore et stomachatione ad
bellum contra CAsimirum Poloniæ et filium eius Vladis
laum Bohemiæ reges æstuans, cæteros omnes sibi conci
liabat hostes fortius contra illos innixurus, quorum al
terum Bohemiæ regem pellere è Bohemia. Alterū videli
cet Poloniæ regem suapte caluum amplius se decalua
rum, nec tacitus quidem sed iactabundus apud suorū
assentatorū prurientes aures destinabat. Liberata itaq;
Austria à Tyrannide Acephali exercitus omnes conatus
suos curas & studia ad id vnum conuerterat. tributaq;
grauia per vim à Pannonijs exigendo ad nocendum Po
loniæ et Bohemiæ regibus se totus cum mercenario mili
te armabat, Poloniæ rege per præsidiū apud Stroplcon le
catum frequens & numerosum, cuius Ioannes Biali dux

1303
1313

erat, illum et Pannonios grauiter premente. ⁊c

Casimirus tributum Li-
thuanis indicit. Sub tem-
pore Nissensis dirtæ
Matthias rex Victori-
num ex captiuitate soluit

Senatum Vladislai ad defectionem sollicitat. Duces &
ciuitates Slesiæ ad bellum ciet. ⁊c

Annus domini Millesi-
mus Quadringentesimus
Septuagesimus tertius

Sacrum Saluatoris ac domini nostri Jesu Christi anni illius natalicium et dies sequentes Casimirus Polonie rex apud Thorun peregit, et exinde per Gostinin, Sochaczow & Varschowiam cum consorte sua Elisabeth in Grodno pro festo Purificationis perueniens quindecim dies illic absumpsit. Ex Grodno vero per Bersti ceteras, q3 ducales curias in Throki pro carnisprimio. In Vilnam

vero pro quadragesima pervenit, & conuentu frequen-
ti illic pro medio quadragesimæ habito, subuentionem
sibi generalem de vniuersis magni ducatus Lithuaniæ
& terris, a quolibet videlicet aratro sex grossos latos,
Trayen dari obtinuit. Frequentibus vero nunciis et li-
teris Cardinalis Sancti Marci rogatus dietam pro pa-
ce in Nissa pro festo Sancti Matthiæ apostoli agi (li-
cet id nonnullorū consiliariorū improbaret dissuasio)
astruente, Cardinali non lenes, sed graues personas
ex parte Matthiæ Hungariæ regis illuc venturas con-
sensit. Ad quam licet nouem personas ex consiliarijs
ituras nominasset, non nisi tñ sex videlicet Ioannes
Gnesnen Archiepiscopus, Ioannes Cracouiensis, Jaco-
bus Vladislauiensis Episcopi, Stanislaus de Ostrorog
Palatinus Calisiensis, Ioannes Dlugosch senior, et ma-
gister Iacobus de Schadek decretorum doctor, Cano-
nici Cracouienses tardiuscule ob tardam significatiõ
venere. Tres tamen alij videlicet Derslaus de Rith-
uiani Cracouien, Lucas de Gorka Posnaniensis Pala-
tini, & Ioannes de Rithwiani regni Poloniæ Mars-
chalcus, siue valitudine, siue alia causa venire de-
trectauerant. De quo & tardo aliorum aduentu le-
gatus Cardinalis et Pannonici regis nuncij videlicet
Gabriel Colocen Archiepiscopus, Gabriel Albensis, Al-
bertus Vesperniensis, Episcopi, Michaël Orssak de
Guth Palatinus Hungariæ, Stephanus de Bathor Iu-
dex Curiæ, Emericus de Palocz Agasonum magister

1305
1315

Albertus Costka de Posthupicze Comes de Comarno, Vladislaus de Gara protonotarius apostolicus præpositus Budensis et Volfangus de Eremburg vtriusq3 iuris doctor, Cantor Albensis qui hebdomadis tribus aduentum eorum apud Nissam operiebantur, grauiter succensebant. Boemiæ rex Vladislaus qui et ipse nouem oratores pro parte sua mittere debuerat, vnú tantummodo Bienassium Voidimillar Capitaneum in Carstben (tardissime enim sibi diætæ ipsius celebratio innotuerat) transmisit. Cardinalis legatus vtrorúq3 aduentu exhilaratus magnopere satagebat, sperabatq3 se concordiam inter reges aut conditionibus, aut parentela confecturum. Exigebat enim à Poloniæ regis oratoribus ut filia regia Heduigis, Matthiæ Hungariæ regi data pro dote terra Scepusiensi, et Morauia desponsaretur. Id cum constanter à Polonicis oratoribus negaretur, super insufficientia quoq3 mandatorum vtrinq3 difficultas iniecta esset, tractatus rerum principalium vsq3 ad conductum Paschæ, qui in vicesimá quartam Aprilis cadebat protractus est. Hungariæ rex Matthias vt suæ parti quam maxime prodesset, Victorinum ducem Monsterbergen à captiuitate eo pacto soluens vt illum pro Bohemiæ rege recognoscens, oppidum etiam Colin in suam traderet potestatem. In quod Hungariæ rex extemplo misse equites, & octingentos pedites transmisit, possessione montium Cuthnorum ex loci propinquitate Vladislaum regem Bohemiæ primum

spoliaturus, deinde ob egestatem regno pulsurus. Quorum duces erant Vilhelmum Persfenski & Ioannes Catherzinski. Seipsum vero cum quatuor millibus gentium armatarum apud Brunam deposuit, exitum Nissensis diætæ operiturus, solicitans grandi auro & grandiori promisso, omnes Bohemos Vladislao regi fidos et plerosq; pervincens ad defectionem. Iussione insuper eius Victorinus Monsterbergen. Premislaus Thesnen, Ioannes Ratiboriensis personaliter, cæteriq; Silesiæ duces videlicet Nicolaus Opoliensis, et alij. Item Episcopus Vratislauiensis Rudolphus. Item ciuitates Vratislauiensis, Swidnicensis et aliæ exercitu collecto, Venceslai Ribnicen ducis, ob eius fera facta & insolentias, quæ in vicinos sibi principes velut demens et furiosus diffundebat, circumsident castra & omni vi illa expugnare per tres menses contendunt, sed vno tantummodo Ribnici expugnato admoto ad oppidum Zarici exercitu cum illud Ioannes Cresa Polonus egregiè defenderet, ac magnam stragem assidue ageret in obsidentes. Iacobus Dembienski regni Poloniæ Cancellarius & Capitaneus Cracouiensis, cui per CAsimirum Poloniæ regem demandata erat obsessorum munitionis tam defensio quam euictio, in castra ducum præfatorum obsidentium descendens, terrore plurimos in obsidentes iniecto, & ab obsidione pactis in libertatem vindicauit. Ita vt oppidum Zarici obsessum parte vtraq; probante Iacobi Dembienski, Ribnici autem expugnatum, in iuniores

Capes

Cropacz qui terrigena & subditus ducis Ribnicensis erat traderetur potestatem. Hac tam fortia tamq3 opportuna machinamenta per vniuersam hiemem Matthias rex comparata pro quassanda Polonia et Bohemia quasi vtramq3 extemplo pro suo libito vastaturus diffundebat, omniq3 studio apparatum agebat ad bellum, pressurus Poloniam et a fronte & a tergo, ex eo maxime Poloniæ regi iratus quod gentes sua in oppido Hungarico Stropkow in frequenti numero consistentes omnem oram Hungaricam vsq3 trans Caschouiam tributis & omagiationibus innoluerant. Cui cum sumptus ad tam ingens bellum non suppeditarent, tributa ab Hungaris odio capitali illum propter tyrannidem execrantibus, aconitumq3 quod secus cesserat, frequenter ingerentibus per vim extorquebat.

Ladislaus Boemiæ Rex difficultate æris alieni pressus et a suis tributu

et a patre decem aureorum millia aufert.

Exiguus apud partem alteram Poloniæ videlicet regem Casimirum habebatur respectus & apparatus ad bellum, sed iactabatur in stipendiarios fiducia, quos bona ecclesiastica in diœcesi præsertim Cracouiensi anno cum dimidio demorantes ad hoc vnum cum nonnullis consi-

liarijs dissimulando non cohercebat rex, vt essent quas hosti suo regi Hungarię venienti opponeret. Eadem et fetri or apud Vladislaum Bohemiæ regem in Bohemia rerũ publicarum erat imago: quippe cum plures & primores Barones & milites triginta millia se pro rege soluturos, Victorino, Henrico & Hinkoni filijs Irzikonis et alijs, stricta cauissent obligatione, & Fridericus Imperator Romanorũ de triginta duobus millibus, quę pro dote Elisabeth Polonię reginæ obligabatur, frequenter repromisisset ad tempus, de quo finaliter regem Bohemiæ certificauerat, non respondisset, fideiussores regij fortunas suas & bona distrahere coacti, regem improperijs incessendo, neqꝫ ad expeditiones ire, neqꝫ regi parere curabant, donec sortem regiam omnes miserati, collatione in capita colonorum & ciuium facta debitum huiusmodi pendissent. Poloniæ insuper rex Casimirus, necessitati regis succursurus decem illi aureorum millia transmisit, quibus castrum Hradek alias Krzivoklethi, bona habens insignia ab Henrico duce filio Irzikonis redemptum est, et in sortem regiã transfertum.

Rursus pro pace inter reges tractanda dieta indicitur.

Mense prope vno cum dimidio apud Nissam ex

acto, dum et tempus in altercationibus et iurgijs frustra terreretur, et pars vtraqꝫ iuri suo innixa nullatenus se de iure regni Bohemię assereret cessuram. Apostolicus legatus Cardinalis Marcus, nunc obsecrationibus, nunc precibus, nunc lachrimis partes omnes ad pacem inclinare magnopere satagebat, ne regibus bello ciuili occupatis, nudum Hungarię, Italię & Dalmatię latus, Thurcorum rabies ampliori feritate laceraret. Eo tandem deprecante, exhortante & mediante pax sub his conuenit conditionibus, vt altera pro festo Assumptionis Sanctæ Marię in oppido Opanensi ageretur, cui legatus & Cardinalis interesset, pro pace per communes regnorum consiliarios concludenda, dieta. Venirentqꝫ ad illam pro parte regis Poloniæ octo, & totidem pro parte Hungariæ regis, sex vero pro parte eiusdem regis ex Bohemia, & sex pro parte Bohemiæ regis Vladislai Consiliarij. Reges vero ipsi in propinquo consisterent. Poloniæ videlicet rex in Osswaczim, Hungarię in Olomunecz, Bohemiæ in Klocżko. Quibus discordatibus Burgundiæ dux CArolus assumebatur in arbitrum. Quo moriente aut renuente Francorum rex deligebatur, in cuius firmitatem tam Vladislao Bohemiæ regi, quam Matthiæ Hungarię imponebatur necessitas, vt quilibet suę partis Bohemos a nexu iuramenti & obedientiæ solueret. liberius & principi cui adiudicaretur Bohemiæ regnum post sententiam parituros. Addebatur vt & super damnis inter regna Poloniæ & Hungarię commissis ijdem arbitri decernerent, & pax perpetua iam inter illa intelligeretur

restaurata. Captiui vtrinq; soluti. Ex Stropkow Polo
niæ regis præsidium deduceretur, quibus omnibus a
tribus regibus præfatis, tarde tamen & ægrè paritum
est. Arbitramentum enim contra se pronunciandum
singuli execrabantur, et missis ad ducem Burgundiæ
nuncijs conciliare illum suæ parti quisq; studebat.

Casimirus Fridericum Imperatorem hortatur ut et Vladislaum pro Bo emiæ rege habeat et ins

bellum Matthiæ faciat.

Quadragesimali tempore apud Lithua
niam, Paschali vero celebritate apud Brzesczie, Casimi
rus Poloniæ rex exacto, dum pro conductu Paschæ
in Lublin aduenisset, Bartholomeus Celbassa Cano
nicus Posnanien ex Nissa a consiliarijs missus, singu
la illi et Baronibus secum præsentibus illic acta et con
clusa exposuit, quę cum omnes vehementer reprehende
rent, astruens deformes & inhonestas conditiones ora
tores regios parum prouide acceptasse, & multifarie il
lis propterea succenserent, minus tamen Casimiro regi
vires suas facultatem, ac potentiam metienti quā pue

1321

puratis suis, conclusiones ille displicebant, instituto ob id generali apud Piotrcouiam pro die Sanctorum Philippi et Iacobi conuentu cum primores ex maioris Poloniæ terris. Nulli vero ex Craconiensi et Russiæ infensi regi, ob distributas se neglectis dignitates aduenissent, pro pacandis eorum animis altera diæta in oppido Radom pro festo Penthecostes indicta est. Ad quam cum vniuersi conuenissent quatuor integris hebdomadis illic rex in assiduis tractatibus & consilijs commoratus, exulceratione animorum sanata, bilem etiam trium procerum. Dobeslai videlicet Kmithæ Lublinensis, Ioannis Tharnowski Voinicien, & Stanislai Vatrobka Sandecen Castellanorum. Hi enim plus cæteris iratiores erant, compescuit. Conclusionibus deinde Nissensibus altius digestis, dum ex Albricio Solcolowski Bohemiæ regis nuncio, agnouisset Bohemorum vtramq3 factionem habita in oppido Bieniassow pro die Ascensionis diæta illas laudasse, & vtrumq3 regem videlicet Bohemiæ & Hungariæ illas acceptas se, et ab obedientia atq3 iuramentis subditos & feudales soluisse, licet solutionem ipse ciuitates Bohemicæ, partem Bohemiæ regis sequentes fuissent aliquandiu refragatæ, & ipse illas acceptauit, munitionemq3 Stropkow hæredi illius naturali, Nicolao de Peren solutis militibus, qui in eius fuerant præsidio reddidit. Consiliarios octo ad diætam Opaniensem ituros designauit. Ad Prussiæ Barones vt æquo animo absentiam suam ferrent, ratione reddita intimauit. Ad Cæsarem Fridericum qui cum à pa-

eis conditionibus auertendo in bellum multipliciter contra Hungarum inducebat, Adam Decanum Posnaniensem transmisit, significans sibi se tribus exercitibus videlicet proprio vno. Item altero Stephani Voievodae Valachiae, Item tertio regis Bohemiae Hungarum inuasurum, si & ipse certificando regem factis de assistentia non nudis verbis. quibus hactenus visus est illum latuisse Vladislaum Bohemię regem titulo suo iusto, legittimo, & naturali ipse & sui electores tenebit & nominabit regem Bohemiae quod hactenus differebat, ferendumq3 ab illo velut electore imperij traditis sibi insignibus suscipiet, et propria in persona cum electoribus et principibus Almaniae contra illum a quarta parte consurget, facilitet se de hoste suo infestissimo & qui illum et naturali hereditate Austrię ducatu, & acquisito imperio Romanorum omnibus ingenijs et conatibus spoliare nititur, adiutore Poloniae rege vindicaturus, & pestem vniuersis nociuam aut expressurus, aut ex Hungaria Hungaris ipsis illum capitali odio execrantibus, eiecturus. Vt quoq3 triginta quatuor millia ab annis viginti regi Polonię pro dote debita, frequentissime per ipsum solui promissa, occasione quorum dum ad praefinitum tempus Bohemiae regi non soluerentur, rex ipse Bohemię in statu suo periclitabatur, ipsi regi celerius soluat, cum etiam de propriis in tanta necessitate, tam clarissimo fratri & consanguineo debebat elargiri. His et alijs pluribus negocijs

confectis Casimirus rex apud caluum montem, crucis vi-
uifice ligno adorato per nouam ciuitatem in Cracouiam
transijt, diæta futuræ Opauiensi præparamenta ordi-
naturus.

Die Saturni Tredecima Junij, Clemens Episcopus Ki-
ouiensis apud Kiouiam omnibus sacramentis religio-
se procuratus annis viginti duobus in pontificatu exa-
ctis moritur, & in ecclesia Kiouiensi sepelitur, vir qui-
dem obscuri et plebei generis sed notæ probitatis. Cui suc-
cessit Albertus Naributhowicz natione Lithuanus de
domo Bipennium.

Matthias rex Senatori-
bus suarum partium pa-
rum fidens arbitrium e-
orum in diæta Opauiensi
reiecit.

Assumptionis Sanctæ Mariæ festo quod
in diem dominicum cadebat proximante, frequens præ-
latorum, procerum, militum, Baronum Curiensium nu-
merus, ex Poloniæ regno et ducatu Lithuaniæ ad nume-
rum sex millium æstimatus exercitus inter quos erant
mille Tartari ad Casimirum regem Cracouiam con-

uenit, quibus omnibus donatiuum Casimirus rex erogauit, Regem in Osvaczim et quo necessitas posceret conducturus. Consiliarij insuper regij octo, videlicet Joannes Cracouiensis, Jacobus Vladislauien, Episcopi, Lucas de Gorka Posnaniensis, Stanislaus de Ostrorog Calisiensis Palatini, Dobeslaus Vcmitha de Visnicse Castellanus Lublinensis, Joannes de Rithwiani regni Poloniæ Marshalcus, Sbigneus de Olesnicsa regni Poloniæ Vicecancellarius, et Joannes Dlugosch senior Canonicus Cracouiensis, ex Cracouia in apparatu splendido egressi tempestiue Opauiam perueniunt, & Marcum Cardinalem sancti Marci apostolicum legatum, qui diæta apud Augustam per imperatorem pro prima die Septembris indicta, licet illam iussione apostolica iubebatur, adire neglecta. Item Albertum Episcopum Vesprimien, et Albertum Kosthkam Hungariæ regis, duos tantum modo nuncios iam Opauiam ingressos offendunt. Veniunt & Vladislai Bohemiæ regis nuncij, videlicet Henricus de Pozdziebrad dux Monsterbergensis, Vilhelmus de Ksemburr et de Rabie Camerarius regni Bohemiæ, Girsmannus de Ratage Nicolaus Switaszek dictus Marschalcus de Lausthen, Bienasius Veithmulner Capitaneus in Carlisthen Magister monetæ & Samuel Succamerarius regni Bohemiæ, in quorum comitiua Thewaczewski regni Bohemiæ Cancellarius, Borsutha Miles, Pobotha Rababski iunior, Bernhardus Berka, Wilczek, Wanijek & Petrus Dulci-

niecz de Ostromicse pro consultatione destinati. Rex
ipse Bohemiæ conclusionibus Nissensibus satisfacturus
apud Kloczsco cum frequentia aliorum suorum consi-
liariorum degebat. Quorum tanta erga illum et aliorũ
omnium subditorum suorum post dictam Nissensem.
erat deuinctio et charitas et præsertim dum illum vide-
rent probitate immensa fulgentem pro pace regni Bohe-
miæ et iuris sui de regno Bohemiæ renunciationem, de
quo omnes tenebat magna admiratio, & quęqz alia
difficiliora facturum, vt prius quaqz extrema ipsam
etiam mortem subire, quam illum deserere in animum
induxissent. Hanc autem Bohemiæ regis probitatem
adiuuabat illustrabatqz Pannonici regis Matthiæ, er-
ga Bohemos suæ partis vehemens suspitio qui illorũ
erga se fluxam fidem dinoscens, & præsertim dum
illos a fidelitatis & iusiurandi sacramento in euen-
tum futuræ sententiæ in Oppauia per arbitros aut
per Burgundiæ ducem & Franciæ regem ferendæ absol-
uissent, nouum iusiurandum arctius priore ab illis
exigebat, quibus recusantibus priores eorum, & si-
gnanter Sdenconem Conopniczici in capitis pœnam
si in manus suas deuenirent destinabat, non obscure
illos viros perfidos & fraudulentos compellans, sæpe-
numeroqz ab illis deceptum, & nisi aliter prospiceret
amplius decipiendũ se quærebatur, denuncians Ca-
simiro Poloniæ regi per Stiborium Thoniatzowski, quem
ex infesto hoste datis illis quatuor millibus floreno-

norum pacificum effecerat, et per Ioannem Dlugoseh Seniorem, nullatenus se & causam suam in manibus eorum quorum fraude deceptus sit, Bohemicos Barones suæ partis notans, depositurum. Qui quidem sermo adeo animos Bohemorum suæ factionis auertit alienauitq3 ab eo, vt nec dicto suo parere, nec in dictam Opauien ire, nec illum accedere etiam literis Cardinalis legati persuasi vllatenus poterant induci. Iamq3 tunc in Vladislai Bohemiæ regisditionem concedere, secreto consensu decernebant. Baronibus itaq3 Bohemiæ per Hungariæ regem designatis, ad dictam Opauiensem accedere detrectantibus, et causam absentiæ in regem proprium deicientibus. Idem Ione etiam Conopnicz3ki per literas Cardinali legato directas. Albertum Costhka de Posthupicze accusante, quod illum venenare statuisset, Polonici & Bohemici consiliarij apud Opauiam constituti, latis animis exultabant, Matthia Hungariæ rege conclusiones Nissenses non implente, reges suos Poloniæ videlicet et Bohemiæ ad nullum amplius arbitramentum Burgundiæ ducis, aut Franciæ regis obligari. Absentiam etiam consiliariorum regis Hungariæ qui tribus hebdomadis venire tardauerant, apud aures Cardinales quottidie accusabant.

Ex Opauia infecta pace (quod Matthias duras conditiones proponeret)

1327

Discedit.

Verum nimis oratorum Hungarici regis in Opauiam aduentum, etsi Cardinalis legatus Marcus varia excusatione purgare in animis Oratorum Poloniæ & Bohemiæ regum maleillum ferentibus contendisset, nouasq3 quotidie rationes ad leniendos animos fastidiosos, et discessionem parantes afferre, parum tamen Cardinalis rationes quadrabant, qui probe noscebatur in partem regis Hungariæ studio propensiori proclinus. Caperat insuper oratores Poloniæ et Bohemiæ regum verisimilis suspicionis coniectura. Oratores Hungariæ dum infra dies viginti nec venerant, nec factores suos Opauiam miserant, nunquam esse venturos. Perspicax autem erat hæc, et non inanis suspicio. Nam Polonorum quatuor millia stipendiariorum paululum antequam Opauiensis diæta debebat initiari, qui se fratres nominabant, siue sponte, siue quod magis crediderant per Poloniæ regem & consiliarios persuasione et auri auro suggesti sub ducibus Joanne Biali, Joanne Barbi, Wille, Petro Barzcowski, & Joanne Suchodolski ex Polonia egressi duos montes in Hungaria, vnum videlicet Modragora, Alterum Buskowiecz non longè à Cassouia incastellant, Stropskow vero fortalicium Nicolaus de Peren Hungariæ Baro, tyrannidem Hungariæ regis timens illis accersitis sponte tradit. Ex quibus illi sub breui tempore interuallo magnam partem regni

Hungariæ ad præstandum sibi tributa igne & gladio co-
gunt. Eo malo rex Hungariæ perculsus statuerat di-
ęta Opauiensi penitus ommissa, incumbere ad eorum
internicionem, gentesq3 et ex proprijs et externis
magno studio conquirebat. Verum cum de forensibus
paucos conquisisset, de proprijs vero parum fideret,
bellico apparatu in fratres Cassouienses ommisso le-
gatos suos in Opauiam per conditiones pacis bellum
vel extincturus uel suspensurus transmittit vide-
licet Gabrielem Episcopum Colocensem, Gabrielem Epi-
scopum Albensem, Michaelem Orssak Palatinum regni
Hungariæ, Georgium Comitem de Peznic, Stephanum
de Bator Iudicem Curiæ, Vricum Grofinicer Austra-
lem. Venerat & Rudolphus Episcopus Vratislauiensis
cum tribus consulibus ex Vratislauia. Venerant & aliquot
nobiles ex Lusatia partes regis adiuturi. Dies post hæc plu-
res in succensendo & iurgando absumpti. Polonis et Bohemis
culpantibus Hungaros, quod tardè uenissent, nec Barones Bo-
hemicos suæ partis, post tantam tarditatem adduxissent.
Hungaris respondentibus, quod bello intestino à Polonis sub-
ministrato occupati, castris et locis suis prouidendo, non po-
terant venire, et Polonos requirentibus vt pacta percussa
in Nissa seruando fratres ex Hungaria deducerent. Polo-
nis refellentibus fratres ob priuatam iniuriam arma in
Hungaros priuatim sumpsisse. Poloniæ regem extra omne
noxam violati fœderis esse, his tandem ommissis, placuit,
deputatis in numero ex tribus regnis in duodenaria videlicet
sorte

sorte Cardinali excluso, conuenire, pacem perpetuã tractatu-
ros. Hi cum apud minores conclaue ingressi, post plures tracta-
tus usqꝫ ad uesperam ab exordio diei habitos casso labo-
re sudassent, rescissiori numero, videlicẽt octonario vti pla-
cuit. Sed cum is quoqꝫ non magis quãm prior commodi-
tatis attulisset, castigatior adhibitus est, et rei summa du-
obus videlicet Gabrieli Episcopo Albensi, et Henrico du-
ci Monsterbergensi permissa. Ab illis quoqꝫ nulla re
memorabili conclusa omnes conatus tot virorũ, tanto-
rumqꝫ sumptuum recideruni finaliter in irritum. Inesca-
tus siquidem vel potius certificatus Matthias Hungariæ
rex per Ioannem Gnesnensem Archiepiscopum, & Benassium
Veythmulner quod illi filia regis Poloniæ Heduigis natu
maior in consortem cum terris Moravia, Slesia Lusatia,
Scepusiensi, & Valachia deberet tradi, quamuis se vterqꝫ
hanc oblationem fecisse graui execratione inficiaretur,
duras conditiones et pacem proponebat. Quarum prima
hæc erat, vt Vladislaus Bohemiæ rex Matthiam Hun-
gariæ regem in patrem, ille ipsum in filium adoptaret, regi-
men regni Bohemiæ, circa Hungarum consisteret præsen-
tem. Qui offerebat se illud debitis omnibus exoneraturum,
quo ex Bohemia recedente regeret Vladislaus, et non nisi
morte Matthiæ sine liberis secuta, Vladislaus plenarie re-
gno Bohemiæ potiretur. Secunda vt medietas sumptuum
in bellum Bohemicum per ipsũ impensurũ, qui se asserebat
tres miliones in illud effudisse, quindecim videlicet centena
millia sibi per Vladislaũ regem soluerentur, aut auro non ex-

tante, Morauia, Slesia, & Lusatia, partitis in quamlibet pr
uinciam summis, in dictis quindecim centenis millibus
inscriberentur, reseruata Bohemiæ regi potestate, dictas
prouincias quamcunq; liberet redimendi. Tertia ut
regi Hungariæ filia regis Poloniæ Heduigis desponsaretur
cum inscriptione debiti, et prouinciarum prædictarum,
qui si sine prole decederet, medietas debiti intelligeretur
extincta, medietas regno Hungariæ solueretur. Quod si
regina prole non relicta moreretur, quinq; centena mortu
a intelligerentur, ad millionem rex Vladislaus Bohemiæ
teneretur Polonorum & Bohemorum legati conditiones obla
tas ex ingenijs callidis ac dolosis prodire intelligentes,
re infecta discedunt, eo vel maxime exhilarati, quod
Baronibus Bohemiæ pro parte regis Hungariæ ad dietam
Opauiensem venire detrectantibus, deuolutio ampliori
in arbitrum, mira dei prouidentia, erat penitus abolita &
succisa. Addebatur & quarta conditio, vt uterq; rex ter
ras in quarum possessione erat pacificè possideret. Po
loniæ et Bohemiæ oratores rogati à Cardinali & Hunga
riæ regis oratoribus, quam viam offerrent ad conclusio
nem pacis, proposuerunt viam iustissimam & honestis
simam offerendo se regi Hungariæ, si de Morauia, Slesia,
et Lusacia excederet, solatia magnifica contra Thurcu
laturos, sed dum hæc quoq; oblatio ab Hungaris spreta
esset, re principali reiecta ea tantummodo conclusio, in
ter Polonos et Hungaros tunc accepta atq; stipulata est,
vt regna Poloniæ et Hungariæ fœdera sua vetusta custo

diant, et pacifica inter se consistant. Instabant deinde magno conatu Hungari, ut Cardinalis velut æquus partibus iudex, declararet causam super regno Bohemiæ ad Burgundiorum ducem deuolutam esse, sed Polonis et Bohemis conatus eorum fortibus rationibus elidentibus. Cardinalis quamuis foret in partem Hungari propensior se continuit, et tristior, quam pro causa & tempore, lachrimis etiam interdum indulgens, offerens tamen se pro omni loco et tempore, pro pace regum et regnorum, fideliter laboraturum in comitiua Hungarorum versus Præburg contendit. vrbem exinde remeaturus:

Georgius Luczski qui Matthiæ auro corruptus Vladislao venenum para-

uerat in carcerem inclusus veneno se perimit:

Stridore bellorum in Bohemia per inducias quiescente, rumor vulgaris vbiq; diffusus disseminabatur, veneni virus Vladislao Bohemiæ regi comparatum esse, hunc etsi singuli horrerent, regiæq; timerent vehementer valetudini, non tamen diligenter inuestigando deprehendere poterant authorem tanti mali. Erupit tandem prodente quodam homine Ruthено genere, & Georgius Luscz-ski Bohemus lingua apud montes Cuthnos mandato regio

captus. Illic enim tenuem & inopem aliena stipe ducens vitam, cum coniuge et liberis degebat, confessus est a Matthia Hungariæ rege viginti millibus florenorum, quorum duo acceperat se per praxim & tractatum Alberti Cuska ad patrandum tam abhominabile scelus subornatu esse, confirmabat, id venenum in domo sua in Cuthnis in pixide stannea repertum, quod ipsemet Luscski, vsq; in Venetias se defatigans, præsente præfato Ruthe no indice, pro ducentis quinquaginta floremis emeni tam potenti rabie refertum, vt non esum, non potatum, neq; litum, sed in hominem tantummodo vaporatum aut insufflatum, quemlibet mortalem facilè perimebat, quo se & ipse Georgius Luczski beneficia Ladislai regis in multis expertus, vt digna morte inferiret, petebat extingui. Dabatur & coniectura perspicax ex prodigo Georgii Luscski sumptu qui ex inope factus diues, non solum viuebat opipare, sed et necessarijs aurum mutuabat, hic in castrum Carlisthen vt illic tutius seruaretur deductus & carceri horrido inclusus, vt scelestos dolos regis Hungariæ coram Imperatore aut saltem nuncijs ab eo mittendis depromeret, sumpto veneno ne veritatem testari cogeretur, mortem sibi consciuit.

Turci ab Huscalen profligantur Matthiæ exercitus in Austria extinctus. Turcæ Carinthiam &

riam populantur. Tartari apud Kiouiam prædas agunt: Oss 1333

Die Iouis decima mensis Augusti Hussenkassen Persidis & inferioris Armeniæ Cæsar, pluribus victorijs illustris, instigante & supplicante vxore sua Catherina, filia imperatoris Trapezuntini, in fauorem & defensionem Christianorum cum Mahumeth Turcorum Cæsare in Nathulia, solo Thurcorum natiuo prope Eufraten fluuium & circa oppidum Harsurzam hora nonarum in Nathulia confligit. Et quamuis Turcus omnium suorum principatuum gentes in casum vniuersæ dimicationis, adeo, vt sola fœminæ, senes & impuberes in ædibus remanerent, cöadunasset, prælio tamen conserto cessit Hussekassen victoria, in qua de Thurcorum exercitu cæsa sunt quinquaginta sex millia bellatorum, et centum quinquaginta. Habens autem Hussekassen quadraginta quatuor millia exercitatorum, quorum vnus filius eius maior Vgurlumben. Alterum minor filius Demal. Tertius Baiandur magnus satrapa. Quartus, ipse ducebat, Turcum cum copijs centum quinquaginta millibus in curribus & Bombardis pugnantem circumdedit & profligauit, et nox superueniens pugnam diremit, & Thurco spacium euadendi in Constantinopolim dedit. In ea pugna filius Hussenkassen Demal, & decem millia de suo exercitu occisa. Omnes autem sui proceres & optimates qui capti fuerant, seruati numero triginta quinq;, inter quos erant Kaschmurat magnus et potens princeps. Apud Austriam quoq; exercitus Matthiæ regis qui se fratres appellabat

clade à Barone Austriæ Eczinger profligatus, partim farina & sale quibus calx mixta erat extinctus, in pane. Reliquiæ autem eorum desertis præsidijs in pannonias ad Hungarú effugerunt. Alius item exercitus Turcorú qui Boschaniam occupauerat, Carinthiam et Stiriá hostiliter ingressus, fere totam depopulatus est, infinitá hominú vtriusq; sexus & puerorú multitudiné in captiuitaté nullo repugnante abigens. Districtus etiá Mszczenicz prope Kiow à Tartaris tunc vastatus est, & septingentæ animæ in captiuitatem abductæ:

Affinitatis ratio inter Fridericum Imperatorem et Carolum Burgundiæ ducem inita dissoluitur. Vladislaus Bohemiæ rex & elector imperij ab ipso Imperatore pronunciatur.

Decani Posnaniensis Adæ, Friderico Imperatori Romanorum qui illú in Almania apud ciuitatem Gaden offendit, plus quàm gratus fuit aduentus, et suæ legationis series. Metuebat enim ne concordia inter reges Poloniæ, Hungariæ, & Bohemiæ iuxta recessus Nissenses imperatori, optime notos secuta, totis viribus contra eu Hungariæ rex incumberet. Solita tamen vafricie vsus, magna spe Adam Decano Posnanien per se & suos offi-

ciales pergz Albertũ Marchionem Brandeburgen impleto,
nullum ad legationem regis Poloniæ per præfatum Adam De-
canũ Posnanien responsum certum ædens, vtrigz regi vide-
licet Poloniæ & Bohemiæ per eundem Adam decanũ Posnanien
denunciat, quatinus pro diæta generali per ipsũ in ciuitate
Augustensi, pro prima die Septembris indicta suos notabiles
et pleno mandato ad stabiliendum noua fœdera transmit-
tant legatos, pollicens se in diæta illa finalem declaratiom
vna cum electoribus singulis pro Vladislao Boëmiæ rege fa-
cturũ. Inescati hac denunciatione reges, & existiman-
tes se in diæta præfata Cæsareo suffragio de Hungariæ
rege qui et ipse illuc suos destinauerat oratores, facile tri-
umphaturos, notabiles legatos in diætam Augusten trans-
mittunt. Et Poloniæ quidem rex CAsimirus mittit Paulũ
Jasinski subdapiferũ Sandomirien Capitaneũ CHelmen
& Belsen, et Stanislaũ de Curozwanki CAnonicũ Craco-
uien. Bohemiæ vero rex Vladislaus Burgisianũ supre-
mũ cubiculariũ, Benasiũ Colowroth de Lipsthen, et Jodocũ
Secretariũ. Qui cũ in locũ diætæ tenderent, intelligentes
nec imperatorem, nec electores ad dietam constitutã in
Augustam venturos, in Marchionis Brandeburgen Alberti
regionẽ, in oppidum Fuldesberg declinarent, ibigz hebdoma-
dis plus quam viginti fuerant immorati. Imperator siqui-
dem Fridericus priuata mallens curare quàm publica in
Rhenũ diuertit, et cũ Carolo Burgundiæ duce Treueri con-
uenit. Vbi post longos & varios tractatus super despon-
satione filiæ ducis Burgundiæ pro filio Imperatoris Maxi-

miliano habitos, quartadecima Nouembris Fridericus Imperator non sine præiudicio et iactura principũ Alma niæ et totius nationis Germanicæ. Carolum Burgundiæ ducem Romanorũ regem creari, eligi, et in Aquis Rhoma norũ regni Leodium et episcopatũ de Vtrich. In cuius beneficij recompensã Burgundiæ dux solenne omagium iuxta ac rex Rhomanorum Imperatori Friderico in Treueri præstat, & filiam suam quæ Vladislao Bohemiæ regi procabatur, filio Cæsareo Maximiliano desponsat, et iure dotis sibi centum aureorum millia, & omnia dominia quæ in Sueuorũ gente, et quæ in Elsacen regione partim obligata, partim vendita a duce Austriæ Sigismundo, et à domo Austriæ obtinebat, ea conditione interposita, assignat. vt omnia illa dominia et omne dotale munus in Austriæ domo perpetuo remaneant, etiam si filius Cæsareus ex filia ducis Burgundiæ nullum pignus suscipiat. At mihi conditiones huius connubij reuoluenti plurimum indecorũ videtur titulum Romani regni & auctoritatem ex Germanis in Gallos ob priuatum quæstũ translatum esse, & Catholici orbis Cæsare quasi nihil melius successori suo Rhomanorũ regi præstari posse, possessiones dedicatas condonasse. ob quas res vereor & regnũ et connubiũ in multifarios casus et infortunia iusto dei iudicio casurũ. Sub breui deinde interuallo temporis Fridericus Cæsar cognito, quia Carolus Burgundiæ dux in conditionibus à Cæsare sibi datis confœderatũ suũ Matthiã Hungariæ regem relin

quere nullatenus consentiebat, omnem contractum rescindes
ex Treueri discessit. Cuius recessu Carolus Burgundiæ dux
se plurimum confusum dolens magnos concepit ignes, assi-
duè voluens, vt de Cæsare vindicaret. Cæsar perditis mul-
tis sumptibus & tempore longo inaniter in Rheno expenso
non nisi pro dominica Septuagesimæ, anni proximè sequen-
tis, quæ in tredecimâ Februarij diem eo anno cadebat,
venit in oppidũ imperiale Rothemberg, vbi oratores Poloniæ
& Bohemiæ regũ, qui tanto tempore per Albertum Marchi-
nem Brandeburgen, omnibus necessarijs abunde et splen-
dide tractabantur in comitiua regis Daciæ, & prafati Alber-
ti Marchionis venerũt, à quo benigne suscepti & in No-
rimbergam deducti, quo et Cardinalis Sancti Marci, Pa-
triarcha Aquilegien, et legatus Apostolicus, electoresq3
imperij, et frequentes Almaniæ principes conuenerat.
Ibi Cæsar beninolũ se & amicissimum Poloniæ & Bohemiæ
regibus præbens, et promissa sua effectu complens, de con-
silio electorũ et principum suorũ. Vladislaũ primogenitũ
Poloniæ regis, virũ iustũ naturale et legitimũ Bohemiæ regem
pronunciat, diffinit et decernit, illumq3 ad electoratus of-
ficium Matthia Hungariæ rege reprobato admittit. Tempus
vero ad præstandũ sibi fendum tanquam ab electore in sua
potestate reliquit. Fœdus deinde nouũ scribit et init, vt o-
mnes tres reges cũ omnibus potentijs contra Matthiã Hun-
gariæ regem simul consurgant, & pestem vniuersæ Christi-
anitati nociuã exterminent, non prius terminis Hungariæ
excessuri, donec destinata perfecerint. Oratores regij non

coëmerat, & Nicolaus Kosmider ea surripuerat, æquá sibi eorú, non secus quam patrimonij, contra iura regni Polonici vendicaturus portionem. Funus Archiepiscopale, proseqüente illud extra vrbem Casimiro rege, & vniuersis processionibus vrbis, à nonnullis familiaribus suis paucis tamen admodum, Gnesnâ delatú est. Prælatis & Canonicis Gnesnensibus processionis honorem illi imponere dedignantibus, in Gnesnen ecclesia parú iustis funerijs et sepultura humatum, nec immerito. Plurimas enim et enormes viuens, ecclesiæ intulerat Gnesnen alienationes tam in decimis quam in villis. Administratore ad sedem vacantem Vriele de Gorka præposito Gnesnen, & regni Poloniæ Cancellario electo. Comitiorum insuper die, festo videlicet Sancti Ioannis Euangelistæ ad eligendum nouú pontificem instituto adueniente, Iacobus de Senno Episcopus Vladislauien vniformiter a prælatis et Canonicis Gnesnensibus, quem rex Poloniæ dudum designauerat, et quem Lucas de Gorka Palatinus Posnanien, Ioannes de Rithwiani regni Poloniæ Marschalcus, Sbigneus de Olesnicza regni Poloniæ Vicecancellarius Scholasticus Cracouien, & Mathias Mosinski Capitaneus maioris Poloniæ, nomine regio Gnesnâ missi, deligi expetebant, postulatus est. Tamen postulatio parum vel nihil sibi contulit iuris vel momenti. Summus enim pontifex Sixtus Papa quartus literis regijs rogatus. Iacobum de Senno anticipando prælatorú & Canonicorú Gnesnensiú electionem decem & septem diebus, die Veneris.

decima mensis decembris in Gnesnen. Archiepiscopū. Sbigneum vero de Olesnicza regni Poloniæ Vicecancellarium pro quo etiam rex scriptis suis intercedebat, die Mercurij vndecima decembris Episcopū Vladislauien, capitularem electiō prohibens atq; irritans pronunciauit non sine Capitularium Gnesnensiū graui indignatione. Qui pronunciationem ipsam a Iacobo Vladislauiensi Episcopo et suis fautoribus obtentam priusquam ad postulatiō suā eius procederetur, persenserant. Sedit autem Ioannes Gruszinslci in sede Metropolitana annis nouem minus decem diebus.

In fratres germanos, in Bartholomæum tamen Castellanū Calisien enixius lasciuus, quibus studio ardenti ecclesiastica & secularia dominia, Magistratus & beneficia procurabat, hic in fauorem Cracouien Ecclesiæ, in villa capitulari Rzgow, ecclesiam parrochialem sub titulo Sancti Stanislai, erexit, eiq; de mensa Archiepiscopali consensu capitulariū accedente, decimā manipularem in villa Ralcowska wola, in dotem perpetuā donauit fratrū minorū de obseruantia in oppido Lowicz Monasteriū constituit. Decimas noualiū de quadraginta laneis in bonis Pabianicensibus Capitulo Cracouiensi. Item ecclesiæ Sandomirien decimas manipulares in villis Pothworow, Pothworowska wolia, aliās Kosiale, Cassow, Cassowska wolia, Dlugi, Dluska wola. Guthow, Guthowska wola & Czarnoczin in diacesi Langonicen consistentem donatione perpetua donauit & inscripsit:

Mathias Vngariæ rex

Modragora expugn
ta et præfecto elapso

militesq; Polonos captiuat. Bukowiecq; vero per-
deditioñ turpissimam accipit.

Continuabant gentes Polonicæ quæ se fratres
appellant, in duobus montibus vt supra diximus: Modra
videlicet Gora & Bukowiecq, quos in Hungaria incastel-
lauerant, suum incolatum. Augebanturq; in dies, & tam
incendijs quam prædis & omagiationibus in Hungariæ re-
gnicolas grassabantur. Quam rem detestabilem cum omnes
prudentes abominarentur, non deerant tamen hi qui illam
vt pote suo ingenio suoq; suggestu conflatã, magnis laudibus
gloriabundi efferrent. Verum cũsi communes regnorũ Baro-
nes, rem huiuscemodi veluti pestiferam, & bellum atrox in-
ter regna creaturam disoluere astuassent, & conuentui apud
Kezmarq diem dixissent, Matthias tandem Hungariæ rex
paruam in placitationibus spem reponens, collecto ex merce-
narijs et Hungaris, Polonis Bohemis Australibus & Slesitis
milite, qui non nisi mille ducentos armatos explebat, primu
ad montem qui Modra appellatur circa festũ Nicolai Sancti
hibernale tempus nihili pendens, ducens, Bombardis ram
magnitudinis admotis facile illũm, defensoribus qui pauci
ci in eo remanserant, fatigatis, cum rex in sauciatorũ loci
integro submitteret, & solus cohortator adesset expugnat,
& præfecto eius montis Joanne Suchodolski de armis Janina

1343

vel euadente, vel ex comperto dimisso, cæteri omnes in captiuitatem venere. In hac oppugnatione Nicolaus Czupur Voiewoda Transyluanien̄ qui magnū in Polonos hostilem animum fertur gessisse ac frequentibus ingeminasse, non se pœnas inferni, si tantummodo cladem Polonorū vidisset, recusaturū obijt. Eo monte conquisito & præsidio illi imposito, ad aliū qui appellatur Bukowiec transit & exercitum ducit. Ibi expugnatio quod in saxoso, arduo & abscisso loco mons situs est, & arte multis propugnaculis munitus, singulis insuper victualibus, quæ obsessis ad vnius anni spaciū affatim sufficerent, optime prouisus, difficilior videbatur. Manus insuper egregia tricentorū militum illum tuebatur. Verum Henricus Barzi cum duobus fratribus germanis videlicet Petro & Nicolao, nobilis de armis Ciphorum, montis præfati præfectus iampridem a Mathia Hungariæ rege duobus florenorū millibus corruptus & montem & milites prodidisse, & Mathia Hungariæ rege munitionem audacissimè oppugnante, Bombardas, Balistas, & sagittas, cæteraqs defendicula aut occuluisse, aut obseruauisse, proditiōm vero excusaturus, vt incolumibus militibus cum singulis tantummodo vestimentis armis & equis relictis abire liceret, pepigisse montem qs dedisse vniuersaliter insimulabatur. Cuius dedition̄e parum contentus rex, in maiorem contumeliam dedi-
torum & suam ampliorem laudem, omnia arma ad se in ca-
stra milites ferre et sibi præsentare iussit, nec enixius à non-
nullis rogatus, vt illis saltem gladios relinqueret deprecari
potuit, quin etiam in dedecus amplius eorum fustem in manus

tradens ferre illos cum hac obiurgatione iussit. Ite, inquit in
loniam baculati, non milites sed regis vestri insignes prodit
res indigni qui ferro succingi debeatis. Præstantiores insup
eorũ ne vnquam contra se militarent iureiurando astrin
Fraudem hanc Ioannes Ville armiger regius, natione bre
Pomeranus sed vir egregius bello & audacia erat non fere
apud oppidũ Crosno in Ioannem Suchodolski irruens ipsum
in suo hospitio gladio transfodit, cuius rei gratia dum sen
tentiam damnationis capitis per Nicolaũ Lieniądek Succa
merariũ Cracouien & tenutariũ Crosnensẽ, quod vi homi
nem indemnatũ occiderat excepisset, rex Casimirus miss
veloci nuncio, illũ ex morte eripuit. Henricũ vero Barsi
& fratres eius cæterosqꝫ authores turpis deditionis capti
uauit. Adeo enim turpem deditiõm scriptura firmatã fecer
vt se neqꝫ pro rege suo Poloniæ, neqꝫ pro patria, regno Polon
vnquam contra Mathiam Hungariæ regem militaturos sub
fide & iureiurando literis & sigillis graui & execranda
policitatione inscriberent.

Feruore et nimia liccitate annus insignis Item multa rum in Polonia conflagra

tione.

Annus hic fuit insignis in omni Europa & vniuerso
regno Poloniæ sidere solari plus solito eferuescente, & nul

las dante pluuias, Cometa, stella quæ præcesserat causante, cau-
mata & penuriam aquarũ, adeo vt perennes aquæ verterentur
in aridam et flumina Poloniæ principalia vbiq; fuerunt perme-
abilia. Non solum enim circa Cracouiã, Sandomiriam, Var-
schouiam, Ploczkã, sed & circa Thorun Visla erat vadabi-
lis, fumabant in vniuersis Poloniæ regionibus siluæ, borræ, ar-
busta, saltus, irremediabili igne, nec ante rescindi flamma
poterat, donec ignis etiã radicem arborũ voraret, ex quo vbiq;
fragor ruentiũ saltuum audiebatur. Apũ quoq; & alueariorum
arbores plurimæ deletæ. Segetes vernales exterminata siccitate,
et quadrupedũ, quæ herbam simul cum Zapulo carpebant, sto-
machum limo implente, mortalitas secuta. Incendia insuper
crebra in Poloniæ regno plus solito prouenerant. Nam & Cra-
couien ciuitas dũ martis die vicesima sexta mensis Julij,
incendio in Stradomia exorto cum ecclesijs & monasterijs
Sanctæ Hedwigis, sancti Bernardini, flagrasset, altera etiam
die apud sanctimoniales Sancti Andreæ igne consurgente,
platea Canonicalis. Item & monasterium castren Sancti An-
dreæ cum ecclesia flamma consumpsit. Arx etiam Cracouien
sis defensa. Arserunt et oppida, Wielicska, Conyn, Belz, Chelm,
Lubomla. Item ecclesia Lancitien cũ omnibus curijs Archiepi-
scopali & Canonicalibus. Item monasteriũ clara tumba Sa-
lias Mogila cũ omnibus officinis. Oppidũ Sandomiriense
licet frequenter incenderetur, studiosa tamen cura incolarum
defensum est. Præsumptum est Hungariæ regem Mathiam
missis incensoribus Polonis & aliquibus religiosis auro corruptis,
huiusmodi incendia effecisse:

nisi circa festum Paschæ ad Casimirum Poloniæ regem in Lancitiam reuersi sunt, plurimum fælices & magna laude digni, quibus et res maximas conficere tributum est, & ex regionibus peste Epidimiæ infectis, in quibus periculosissime versabantur redire incolumes:

Ioanne Gruscznski misere et turpiter mortuo Iacobus de Senno in Archiepiscopatu succedit.

Die Veneris octaua Octobris Ioannes Gruscznski Archiepiscopus Gnesnen vocationi regiæ parendo Cracouiam dum venisset, paucis illic immoratus diebus, quam uis diem præcedentem et vesperam vsq; in horam secundam cũ necessarijs lætus et iucundus absumpsisset, post horam tertiam noctis subito languore inuasus, ad extremum vero validò furore correptus, & in amentiam versus, familiaribus salubria monita, & euangelicas lectiones, cæteraq; exorcisationes, quasi energuminũ curaturi, nequicquã adhibentibus: adeo per noctem illam agitabatur, quousq; spiritũ in domo Abbatis Tinicen in qua hospitabatur inconfessus & inuiaticatus, & omnis rationis expers, exhalaret, scandalosam & lubricam vitam in tribus pontificatibus ducens inter clericos & vulgũ, & eos

1329

præsertim quorum Antistes erat plurimum infamis, vt pote qui nullius quantumcunq; enormis patrati sceleris, nec remorsu, nec conscientia, nec admonitione, omnia sibi ducens pro libito, tangebatur; talem mortem sortitus qualem vitam duxerat. Iustissima id consecutus lege, vt qui viuendo obliuiscebatur Dei, moriendo iuxta beati Augustini sententia obliuiscitur sui. Creditú insuper est à nonnullis tam terribilem mortem illum obiisse, quòd post mortem Thomæ Episcopi Cracouien, ecclesiá eius, legitimo eius Episcopo Iacobo de Sienno potestate regia & seculari per vim et iniuria exiliato primum, deinde excluso, adiuuante illú Ioanne Luthkonis de Brzezie regni Poloniæ Vicecancellario, qui sibi in Vladislauien, deinde in Cracouien ecclesijs successurú vti configit sperabat, paruo ingressu occupauerat. Quapropter non sine admiratione multorum contigit, vt quorum ad vexandá Cracouien ecclesiam vt eius legitimum sponsum mens erat vna, par quoq; foret obitus. Apud Cracouien enim vrbem ambo sacramentis ecclesiasticis non perfuncti subito morbo & ære alieno obnoxij obierút. Documentum maximum mortalibus futuri, ne sedes pontificales praua ambitione introeant. Rixa illico furor & contentio inter germanos Archiepiscopales. Bartholomeú Castellanú Calisien ex vna, et Nicolaú Kosmider Pincernà Siradien ex altera partibus, pro bonis oppidi Kosmin, & villis ad illud pertinentibus exorta est, quæ Archiepiscopus vnicus grandi pecunia apud Hinczam de Rogow Castellanú Sandomirien pro Bartholomæo fratre, spreto & neglecto Nicolao

Lex contra homicidas, et ut pro qualitate bono rum hæreditariorum mili taretur. Vngari exurunt et uastant Montana plu rimis oppidis & villis incensis inter quæ Pisznam diues tunc & populosum oppidum.

Annus domini millesimus Quadringentesimus Septuagesimus Quartus.

Natalem & ortum domini nostri Iesu Christi, & dies plures antecedentes & subsequentes Casimirus rex apud Visliciam oppidum cũ consorte sua Elisabeth regina egit. Illuc namq; ex Cracouia (quoniam noua ciuitas peste Epidimia infecta extabat) diuertens, aliquos conuentus in ea, & in Opatowiecz egit. Subueniri sibi pecuniario subsidio a militibus, ad manu tenendum stipendiarios pro reprimendo bello, quod indubiè ab Hungaro

incumbere annunciabatur, expostulans. Verum & si in huiusmodi conuentibus plura vtilia fuissent decreta, & signanter vt quilibet miles militem studiose et ex proposito occidens, pœna captiuitatis vnius anni in fundum turris detrusus perferret, et pro capite casualis homicidij centum videlicet et viginti marcas lueret, ad rescindendum ausus temerarios militum, qui increuerant. Item vt milites iuxta quantitatem bonorū hæreditariorū in bello quolibet militarent. Vniuersi enim ad perfunctoriā militiam nullo metu eos coercente, cū regem leuipenderent, se restrinxerant. Item vt sex grossi de laneo quolibet possesso regi soluerentur pro subuentione, omnia tamen hæc & plura alia, sana consilia atq; scita per cunctationem regiam militūq; inobedientiā non ponebantur in exequutionem. Interim Mathias Hungariæ rex hostis infestus regi & regno Poloniæ effectus, quoniam frequenter ab eo affinitas & amicitia postulata et tentata secus cesserat, sex millia armatorū clandestine per Siluas Poloniā ab Hungaria disterminantes sub duce Thoma Tarci Hungaro hærede de castro Siedmilipi, in regnum Poloniæ mittit. Qui quo amplius Polonos fallerent, (etiam nec tunc curam aliquā aut custodiam sui faciebant, quamuis plurima de aduentu hostiū accepissent ex Hungaria auisamenta per turmas ingressi, & nocte intempesta, oppidum Smigrod cū scalis aggressi nullo negocio oppidanis securè dormientibus conquirunt. Arcem deinde Bombardis quassatam, muro subruto per deditiom accipiunt, & in vtraq; receptaculū & nidū sibi constituit, oppido & arce nouis fossis et aggeribus coteriscq; propugnaculis per se & agrestes quos omagiauerant,

communitis siluis quoq3 præsidio forti pedestriu, ne conclu-
di arborum deceptione possent, prouisis in singulas partes in
longum & in latum discurrendo impune oppida Iassiel, Brzo-
stek, Kolussicze, Fristad, Dabowrdzial, Dulcla, & villas prope
ducentas incendio consumunt. Oppidum insuper Pilzno po-
pulosu ea tempestate, & in diuitijs opulentum prohibente rege
ne se pactione datis quadringentis florenis ab hoste redimeret,
incensu & solo æquatu, populus vtriusq3 sexus præfatorum
oppidorum impuberibus & senibus interfectis in Vngariam
captiuus ductus. Oppidu Crosno obsidione vallatum in spem
proditorũ qui illius portas iam hostibus aperuerant. Item &
castrum Goliesch ab hostibus nocte integra impugnata, a Po-
lonorũ militibus egregia defensa sunt. Casimirus Poloniæ rex
tot malis permotus vniuersas terras ad arma consurgere man-
dat. Verum illi multorum annorũ pace et delitijs & molicie
languidati, hybernali insuper tempore eos qualificante, tar-
dissime in eam expeditionem consurgendo villas ecclesias-
sticas deuorare contenti, exclusis eorum colonis, sub tectis
eorum longo tempore delitescebant, & interim hostes libere
nullo repugnante ad prædas, cedes, & incendia circumquaq3
grassabantur. Castrum etiã Episcopi Cracouien. Muschi-
na ab altero exercitu regis Hungarię ob paucitatem defen-
dentiũ pacto deditum est.

Pax perpetua inter Polonos & Vngaros firmata

1349

cum Bohemiæ rege induciæ ad triennium.

Priusquam bellum præfatũ serpere cœpisset prælati & Barones Vngariæ, gliscens malũ sedaturi, missis ad prælatos & Barones Poloniæ frequentibus nuncijs, conuentum deprecabãtur, quo impetrato designati fuerũt ad illum per Mathiam Hungariæ regem, qui constanter & vafre negabat se agro Polonico bellum intulisse. Gabriel Transiluanen Oswaldus Zagabrien Episcopi. Emericus Diak de Zapola comes Scepusien Joannes Lancratius Palatinus Transiluanien, Georgius Quinqueecclesien, & Caspar Scepusien præpositi, deputauit & Casimirus Poloniæ rex suos, videlicet Jacobum Archiepiscopum Gnesnen, Joannẽ Episcopum Cracouien, Dobeslaũ Kmitha Castellanũ Lublinen, & Joannem de Rithwriani regni Poloniæ Marschalcũ, sed dum Pannonici oratores in Lubocza, vbi & Hungariæ rex erat, & Polonici in Sandecz, de saluis conductibus et eorum inefficatia iurgando tempus terrerent, multa mala cædes & incendia secuuta sunt. Insidiæ suspectæ conuentũ nostrorũ cũ Pannonijs impediebãt, quibus Baro nes Poloniæ necendos vulgus fabulabatur. Interdum omnes pariter, interdũ soli Marschalco hoc malũ minabantur, sub quo tempore Mathias Hungariæ rex vnũ ex legatis suis Osmuldum Episcopũ Zagradien, & plerosq; de his, qui in suo exercitu ducebant ordines, quasi cum Polonis sentirent in Lubocza captiuauit. Tandem dum apud antiquã villam Vngari, apud Sramouicze Poloni ex more conuenissent, pax perpetua inter regna reformata est. Die Lunæ vicesima prima Februarij captiui redditi, castra intercepta videlicet Smierod & Muschina

restituta, damna hinc inde compensata, cũ Bohemiæ regno et rege triennalis treuga inscripta: Polonicus exercitus tyrannide seua in edes sacras & bona ecclesiasticorũ debacchatus, nullare memorabili gesta ad penates proprios, onustas habens ex præda pauperũ quadrigas rediit:-

Stephanus profligato Radulone Bessarabiæ Palatino et Turcis, oblatis

aliquot Castris cum vxore atq; liberis eius rursus eadem ipsa castra perdit:-

In Visliciensi oppido Casimiro rege Poloniæ stante, venerunt Stephani Voiewodæ Valachiæ Nuncij notabiles Sabbato post Epiphaniæ octauas Stephanus Turculacz & alij, per quos denunciabat Voiewoda Bessarabiæ, Radulonem hostem suũ Thurcorum etiã subsidio auctũ se profligasse, vxorem q; suam & duas filias & omnem thesaurũ in castro Dambrowicza in quod Radul confugerat, & inde clam effugerat, abstulisse, & maiorem partem suorũ dominiorum possedisse. In quorum omniũ testificationem viginti octo banderia hosti detracta. Casimiro regi die Solis, sextadecima Januarij præsentauit, sed de miratiõm tantæ denunciationis & lætitiæ superueniens post triduũ Nuntius alter facdauit, referens regi Radulonẽ Bessarabiæ Voiewodã au xiliantibus

sibi Turcis, & Bessarabiam recuperasse, & præfectos castrorũ quos Stephanus instituerat, castris conquisitis trucidasse, & agrum Valachicum in magna parte igne populasse, petens vt Stephanũ Voiewodam rebus suis diffidentem Polonici exercitus auxilio reficeret. Missus itaq; extemplo ad illius suffragium Podoliensis terræ, sub duce Michaele Buczaczki Capitaneo Sniatinensi exercitus. Missi & alij duo oratores Dobeslaus Biessowski Castellanus Belsen, & Egidius Sudolski, qui vtrumq; Voiuodã æquis conditionibus pacem accipere inducerent, sin minus indicijs bellũ suspenderent, quo facilius Voiewoda Moldauiæ Stephanus Casimiro regi Poloniæ contra Hungarũ auxiliaretur. Sed hi Stephano Voiewoda Moldauiæ apud curiam Valschwi offenso, mandatis regijs expositis, quæ illi fuere gratissima intelligunt illius mentem ad pacem cũ Radulone ineundã qualificatam non esse, non quod æquas conditiones pacis acceptare nollet, sed quoniam Radul Turcorũ manibus omnibus castris suis consignatis, ex eorum arbitrio & nutu dependens, nihil ex suo agere poterat, aut audebat, in alieno iure consistens. Stephanus Voiewoda cum omniũ gentiũ suarũ copijs apud præfatam curiã Valswi, nulla arte aut naturali situ munitam cum vxore & filio, filiaq; consistens, ne Turci cum Radulone terras suas irrumperent, forti resistentia prouidebat, vxorem & filiam Radulonis detinens apud Socz auiam in captiuitate:

1357

Almirus Venetorum

et Imperatoris Persarum

Huscasen legatos audit Opathovieciæ.

Secedens ex Vislicza Casimirus Poloniæ rex primũ in nouã ciuitatem, deinde in Opathovieczs, confluentiam exercituum suorum illic operiturus concessit. Vbi die Solis sexta mensis Februarij venerunt ad suam serenitatem duo Venetorũ Oratores videlicet Paulus dictus Omnibene, & Antonius qui dono non contemnendo stamine Adamascino aureis filis per totum intexto, regi oblato, petita amicitia & beneuolentia regis alter petebat se Cassam vt exinde Hussenkassen adiret, rex Catholicorũ apud illũ promoturus. Alter Moskwam quaedam negocia summi pontificis illic apud principẽ Moscouiæ acturus. vtrigs mos gestus, & comites securitatis concessi. Venit & sub eodem tempore Caterinus Zeno Venetus, vir industrius & Nobilis ad CAsimirum regem Poloniæ ab Hussekassen Persarum rege cum legatione, & literis in Caldaico scriptis, missus Summa et literarũ & legationis hæc erat, vt CAsimirus Poloniæ rex contra Mahumeth Turcorũ Cæsarem hostem fidei Christianę à se aliquoties victũ cũ cæteris Catholicis regibus & principibus primo vere consurgat, certus existens ipsum Hussekassen cum decem centenis millibus armatorũ pro Turci exterminio venturũ. Similem quoqs legationẽ idem Catherinus Zeno qui apud ipsum Hussekassen triennio legatus Venetorũ morabatur, & præsens erat, quando Hussekasen Thurcorũ Cæsarem apud oppidũ Her-

sursan in die Sancti Laurentij profligauit. Ad summum pontificem item & reges, Franciæ Neapuliæ & Hungariæ. Item ad dominium Venetorũ habuit. Quem Casimirus rex honoratum & donatum in Hungariam deduci securè procurauit. Habuit etiã idem secretissimam ad Casimirum regem legationem. Habet (inquit) Cæsar Hussekassen pulcherrimas duas filias ex Catherina Trapezuntini Imperatoris filia susceptas, harum tibi maiorem natu offert vnam desponsare filio, baptismo Christi per prius ablwendam. Dotem vero cum ea offert, omne Græcorum imperium, non prius per te suscipiendã, donec & Constantinopolim, & omnem Græciam tibi pacificam & a Turco liberatam effecerit. Offert insuper contra Hungariæ regem Mathiam omnes suos sumptus & potentias, pacificumte & filios tuos in Pannonico & Bohemico regno quod Mathias occupare iniuste nititur, effecturus. Hæc tam amicissima oblatio nihil pensi habere apud regem visa est, nec aliud ad illam respondit, nisi per proprios nuncios se Hussecassen responsurum.

Milites bona ecclesiarum spoliant et vastant acerbius quam hostes.

Eb domadis aliquot Casimirus rex Poloniæ statiua apud Opatowiecz agens, aduentum sui exercitus qui pigrè ægregz torporem & segnitiem in vultu & factis

praferens procedebat. Item aduentum Tartarorū ex Lithuania operiebatur. At exercitus Polonicus in villis & bonis ecclesiasticis se includens, adire regem licet frequentibus regijs nuncijs requisitus cunctabatur, grandi & horrendi tirannide bona ecclesiastica vastare, diripere, & funditus delere contentus nullā hostibus repressiōm, assiduam in spolia grassantibus adhibebat. Nonnulli etiam indoctis sedendo, vicina bona ecclesiastica & Cmethonis eius in ædes & curias inferebant. Ad sanctimoniales quoq; in Busko pleriq;, & signanter Iacobus Snopkowski de domo Rawa, Nicolaus Suchodolski de domo Janiny et Albertus Manthowski de domo Sulima de terra Lublinensi irruperant, & ipsas multis spolijs & iniurijs affecerant, adeō vt addubitabatur, plurane mala hostes an proprij regno inferrent. CAsimirus insuper rex quoniā mala huiusmodi nulla animaduersione castigabat, plurimis millia stipendiariorum habens, ociosus apud Opatowiecz sedebat, & sugillabatur à proprijs, & ab hostibus ludibrio habebatur. In maiori insuper Polonia omnia bona ecclesiastica, milites quamuis necdū domo egressi, vastabant, spoliabant & diripiebant:

Pace inter Polonum et Hungarum confecta exercitus dimittuntur. Sed Transiluanien dolent, qui se & sua CAsimiro regi dedenda venerant:

1355

Pace perpetua apud antiquam villam Sramowiczę, siue reformata, siue confecta. Casimirus Poloniæ rex exercitu licentiato, & stipendiarijs solutis, in quos magna vis nequicquam expensa est, quoniam & numerum stipendiariorum non contemnendū. Stiborius Chowacsowski regni Bohemiæ Cancellarius adduxerat, & ipse personaliter cum suis in auxiliū regi Casimiro venerat, in nouam ciuitatem venit. Et castra Smigrod & oppidum & Muschina ab Hungaris dominis eorū iuxta fœdus ictum resignata, multi tamen ex Rascianis & Hungaris dum resignato præsidio Smigrod in Hungariā reuerterentur ab agrestibus in siluis violati & obtruncati sunt, insimulati quod pace confecta, nouis spolijs in Polonos fuissent grassati. Hæc autem pacis inter reges confectio, primoribus terræ Transiluanien qui vsq; in Opatowiecz ad Casimirū Poloniæ regem venerunt, se & ferram Transiluanien, & omnia sua Casimiro regi dedentes amaras excussit lachrimas & anxietates immensas. Spe enim pleni aduenerant, auxilia gentibus & peccunijs laturi regi, si in bello contra Hungarū infestum illis tyrannum perseuerandum duxisset. . . .

Petrus Comorowsky septem arcibus amissis acceptis

p3 octo millibus florenorum à rege Matthia in Poloniam venit. . . .

Bello Polonico Matthias Hungarię rex exoneratus

in Petrum Comorowski genere Polonu de nobilitate Cyphu
rum quod sibi semper videbatur inuisus & suspectus, etia
nouandum res, bella quoq; intestina in Hungaria excitã
da (multos enim habebat in Hungaria qui secum sentie
bant) procliuus, & quod secundo genitũ regis Polonia
principem Casimirum enixe, dũ Pannonijs relictis in Po
loniã reuertebatur, omnifariã adiuuaret, castrisq; & cõ
meatibus exciperet omnesq; arces suae potestatis quas
in Hungaria obtinebat, traditurũ se vltro Casimiro secundo
genito offerret, arma mouit. Et Fortalicijs Rozemberg, Hra
dek, Sabinijecz, veteri castro & sancto Mikluss acceptis,
quae sibi iussione Petri Comorowski aperiebantur, quasi a
mico & regi, castra Licaua, & Orawa vallauit, expugna
turus ea, quacumq; arte dolo & ingenio. Quae tandem
Mathiae regi fuere (nullos enim quamuis in arduis &
excelsis montibus defensores habeant) pacto dedita. Pe
trus enim Comorowski qui se cũ vxore & paucis in Orawa
concluserat, veritus ne viuus in Mathię potestatem veniret,
receptis à Mathia rege octo tantũ millibus florenorũ ca
strum Orawa dedidit, & cũ omni supellectili in Poloniã se
reduxit. Eadem facilitate septem castris insignibus apud
Hungariã amissis, qua illa quesierat.

Inter duces Kozlentem et Ribnicen: ardet bellum

1357

Exarsit interim subito aliud bellum in vicinia. Henricus enim Lozdziebraczki dux Cozlensis & Monsterbergen pluribus spolijs & iniurijs à Venceslao duce Ribnitensi præter demeritum læsus, non valens sua & suorum ferre damna, oppidum Plczina obsidione vallat, propugnaculisq; coarctat. At Matthias Hungariæ rex bellum contra Poloniæ & Bohemiæ reges arte quacumq; & ingenio concitaturus à Venceslao Ribnitensi duce ad defendendum se tanquá ducem partis suæ imploratus Joannem Bielik Slesitá cum duobus millibus gentiú sibi in subsidium transmittit. Sed interim Venceslaus Ribnitenſ pœnitentia acta, quod se infido regi in tutelam tradidisset. Bielikonem in Plczina venientem iuxta promissa non suscipit. Sed Plczina locata, & prouisa, in Oswaczim ad Jacobum Dambienski Palatinú Sandomirienſ & Capitaneú Cracouienſ, iuxta ad fidele diuerticulú se contulit. Bielik se delusum videns, propugnacula tamen à gentibus ducis Henrici ob metum sui aduentus deserta, intrat, Plczinamq; obsidere non secus quam hostis cœpit. Cui cú auxiliaretur nemo, & defensores carerent propugnaculis, quibus hostes arcere & propellere possent. Plczina Bielikoni eo pacto, vt liceret duci Venceslao Ribnicensi adire Matthiam Hungariæ regem, & obtinere veniam, reconciliatiom & Plczina destitutionem dedita. Ex qua cum gentes Bielikonis in numero trecentarum personarum in Oswaczimiensi terra agerent prædas, a gentibus regijs profligati sunt, & omni præda erepta centum capti, reliqui desiderati aut fugati.

Ioannes Zeganensis dux magna clade Maiorem Poloniam afficit au

thore & instigatore rege Hungarię:

Exarsit & aliud in Poloniam maiorem bellu, Matthias enim Hungaria rex omnisariá regem & regnum Poloniæ lacessiturus, Ioannem Zeganen ducem data pecunia quamcumqz is petebat, in id bellum subornat, quem suapte sponte & furiæ fratricidales, Germanú enim proprium Henricú conquisito sub eo Zegano impius occiderat, & dementia naturalis qua agitabatur, qui omnem patrimonij sui dilapidatum Zeganen, Marchionibus Misnensibus nuper vendiderat, impellebat. Is collecta quatuor millium manu ex militaribus Slesię, inter quos erant Cerdones, sutores sartores, cæteriqz mechanici ex Vratislauia illú secuti, & Vratislauiensium Bombardis iussu regis Hungarię sibi traditis adiutus, Odra apud Stinauiá, vado quodam & per ponte superato, rege cunctante, & rem vanam, licet sibi per suos amicos denunciabatur, vt sui moris & contemnente, in oppidum Wschowiensi, quasi propriá contra Poloniæ regem persequturus iniuriam, irrupit, & oppidum Wschowa certus de proditione, vehementer ab omnibus partibus impugnare cæpit. Sub quo tempore licet prodifores ab eo subordinati oppidum Wschowa in locis duodecim incendissent, prouidentia tamen

1359

ciuium incendium extinctum est, & hostes à muris strenuè cum magna sua clade & ignominia repulsi. Quo dolore permoti nec audentes vlterius progredi, consumptis igne territorij Wschowiensis optimis & pulchrè ædificatis villis, ad tabernam quæ Czartowa dicitur se reduxerunt, medio miliari à Glogouia. In quo castris positis excursiones in Poloniã faciebant, & prædas in castra referebant. Omnibus militaribus maioris Poloniæ in metum & cunctationem versis, præter solum Petrũ Gumiczki genere nobilem de familia Prussi, qui solus & vnicus cum triginta familiaribus in tricentos hostes spolia agentes irruens, & omnem illam multitudinem cũ sua paucitate prosternens, in reliquum exercitum hostilem qui in curribus se continebat parũ prouidè irruens conclusus quadrigis, & ab hostibus vndiq; circumuentus gloriosam & nobilem mortem paucis de suis euadentibus oppetijt. Processu deinde dierum dũ Ioannes dux Teganen munitionem vocatam Copanicza oppugnaret temerè flammis, quæ Fortalienses vorabant, se ingerens adeò vsus, vt vix per suos ereptus, & in castra sit semianimis reportatus, nunquam deinceps priorem valitudinem recuperare potuit. Sed & omnis exercitus suus ducis sui casu adeò perterritus est, vt repentino motu actus non secus quam lethargicus ageretur, & in fugam se proripiens, subitoq; in loca varia diffugiens dissolutus est. Maioris Poloniæ Barones & milites, quorum Lucas de Gorka Posnanien, Stanislaus de Ostroro Calisien Palatini, & Matthias de Moschin Capitaneus maioris Poloniæ erant principales ductores cum exercitum de duodecim millibus adu-

nassent, & plures hebdomadas circa oppidum Costen & Ilawa castra fenuissent, non tamen hostibus sub eorum praesentia villas regni Poloniae adeo vt fauilla in eorũ vultus recideret, longe lateq; cremantibus fecerunt aliquã resistentiã vel oppositionem. Tanta erat eorum pusillanimitas vt sexingentae villae illis videntibus incendio per hostem consumptae sunt, & praedae ingentes abactae insimulabantq; primores exercitus clandestina cum hoste habere commertia, post quam vbiq; eorum villis ab hoste parcebatur. Sed & in exercitu Polonico stupraciones virginum & matronarũ, quas proprijs eripiebant colonis desolationes & spoliationes ecclesiasticorum bonorum caeteraq; enormia scelera nemine prohibente committebantur, ex quo nimirum factum est, vt exercitus ille pluribus sceleribus foedatus nulla re memorabili gesta, proprijs non alienis aut hostilibus vastatis, in penates proprios ridendus à singulis non hostilia sed propria spolia referens reuerteretur. Culpa omnis in Lucam de Gorka Posnanien, Stanislaum de Ostroro Calisiensé Palatinos, caeterosq; primores Barones referebatur.

Nicolaus Tungen castra Elsburgk et Schebuge totumq; Episcopatum

Varmiensem occupat. Pater Vladislao filio, & quatuor millia aureorum, & auxilia contra regem

Matthiam mittit.

VB eodem tempore Nicolaus Jungen fauentibus sibi militaribus & ciuitatibus Prussiæ, & signanter nonnullis ex oppido Gdansk Consulibus, tenutariisq3 castrorũ Elsbergk & Scheburg corruptis, præfata duo castra vesi dua Elzberg & Scheburg fraude et dolo quamuis ea ciues ad fideles manus, vsq3 ad decisiõm Papæ seruanda & custodienda susceperant, in sua redegit ditionem totumq3 Episcopatum Varmiẽ & eius castra & ciuitates extunc occupauit, tuendo se à censuris per Andream Oporowski verum & vnicũ Varmiẽ Episcopũ & promissum Apostolicum, per subterfugia appellationum, vt eius temeritas & audacia & contumacia, priorem regni Poloniæ nitorem de Prussia habitum interpellando iusseret. Casimirus Poloniæ rex etiam hoc vulnus curaturus ex maiori Polonia in Prussiæ oram descendens apud Thorun egit conuentum. Cuius præsentiam Nicolaus Jungen pertimescens ex castris nusquam discedere, nec ad conuentum Thorunẽ etiam sub saluo conductu regio venire ausus. Casimirus vero rex Epidimiæ morbum, qui iam serpere notabiliter apud Thorun et in vicinijs cœperat, quiq3 exposi vehementius se & illic & in Masouiæ, et viciis plerisq3 diffuderat, vt dignum erat perhorrescens, paucis illic compositis discessit, et pro die Sancti Viti aresc̃ens, Piotrcouiam conuentiõm generalem regni tenuit. In qua auditis nuncijs filij sui Vadislai Bohemiæ regis, videlicet Stiborio Thowatzowski, Bernhardo Biersca, & Alberto Solcolowski qui & necessitates defectusq3 quamplurimos regis & regni Bohemiæ exponebant, & assiduo grauiq3 bello se à Mathia Hungariæ

rege per oppugnatiõm castrorũ & ciuitatum in Morauia pr
mi astruebant, petentes sibi auro & gentibus subuentum iri. d
dita insuper earundem necessitatum ingeminatione per
annem Ruppowski Magistrum Curię facta, viginti quatu
millia aureorũ ad soluendum debita filio suo misit. Vniu
so vero regno Poloniæ generalem expeditiõm, non filio tan
tum regi Bohemię & regno, sed & Friderico Romanorum
imperatori, contra Mathiam Hungariæ regem, qui vniuers
Austriam cædibus, flammis & spolijs compleuerat. Sed & im
peratore conuentum apud Austriam agente suburbia Vien
næ intenderat, nemine illum persequente aut repellente au
xilia armorum laturus.

Calimiro delectum co
tra Mathiam habente

Thartari ex regno Poloniæ ingentes prædas agit,
vt asseritur authoribus Lithuanis.

CONSUMATIS rebus publicis apud Piotrcomien
dictam, cum magis libuisset variatis sententijs arma per
seipsos tractare vniuersis, quam collatione pecuniali facta,
belli negocia in stipendiarios transfudere. Vt otio delite
scentia corpora in molliciem & ignauiam soluerentur. Ce
Polonia rex creato in Sublinensi terra nouo Palatinatu, ere
scente illa prouintia & latius se diffundente, ex Piotrcouia
egressus, imparata vniuersis terris regni sui expeditione, c

1363

vt singuli pro festo Assumptionis gloriosissimæ virginis Mariæ apud oppidum Msthow exercitualiter conuenirent, euocatis etiam in hanc expeditionem Lithuaniæ Boiaris, Curiensibus & Tartaris, solus ipse ad oppidū Nouæ ciuitatis diuertit, de necessitatibus futuri belli prouisurus. Interim illi tristis Nuncius quinq; vicibus Martini Gastholfowicz Capitanei Kiouien allatus est, significans Tartarorum exercitus iniussu sui Cæsaris sub duce Aidor filio Ezigeri congregatos aduenisse, terras regni & ducatus magni Lithuaniæ hostili animo irrupturos, petens sibi ad eorum repressionem quam se vtroneæ exhibeat effecturū, gentibus & pecunijs subueniri. At Casimirus rex vt semper erat animi ad dissimulandum et negligendum proni denunciationi tam periculosę fidem non adhibens, illam pro ociosa duxit, vt non solum Martino Gastholfowicz auxilia postulata non mitteret, sed nec Podoliæ & Russiæ terras, vt sibi à Tartarorum inuasione, fuga & latitatu præmuniret consulerent. Itaq; & militibus & agrestibus interris secure quiescentibus, & domestito labore messura vidiceret frugū occupatis. Sub præfati Aidor filij Ezigeri ductu Tartarorū vilis & contemnendus exercitus vix septem millia gentiū male armatarum habere existimatus repente in terras Podoliæ & Russiæ circa festum Sancti Ioannis Baptistæ irruit, et cladem ingentem circa Camieniecz, Halicz, Glinianij, Dunaiow, Golegori, Zberaschiæ cæde & omni vastationis genere egit. Cuius tanta sceleribus Deum prouocantibus, ferebatur, magnitudo fuisse vt per centum miliaria in longum, per triginta vero in latum fuerit, nemine defensiõm oppo-

nente, protensa multa millia vtriusq; sexus hominum, non solum de agrestibus, sed et de nobilibus propter insperatum rum aduentum, quem nec Casimirus Poloniæ rex licet tem pestiuè vt præmisimus quinq; denunciationibus auisatus nec Capitaneus Kioviensis Martinus Gastholtowics curauit notificare, in perpetuam seruitutem sunt reducta & vendata Podoliæ regio in singulis fere locis ab homine usq; ad pecus desolata, gemitus & ploratus, in ea & alijs Russiæ locis suorum charorum mortes & abductiones ab his qui residui erant deplangentiũ, & suos principes atq; rectores execrantium, vsq; ad altissimi perfingens thronũ, audiebatur. Interim iusta forsitan efferuens rabie, vt niterentur sibi de alio principe prouidere, videntes se non solum ab opem sed etiam omni spe destitutos. Gregorius Leopolien ecclesiæ Antistes, seipsum & nonnullos mercatores qui à facie Tharthar tarorum diffugierant in oppido suo & arce Archiepiscopali Dunaiow ægre tutatus est. Swinkia miles fortalicium suum Pomerzani egregiè non nisi cum sex personis defendit. Alia munitio Lithwinow Michaele Bucsaczki consistere in ea non auso, à Thartaris incensa. Castrum Zberasch ab illis expugnatum ducissa capta. Dux ipse Iwan nomine videns arcis expugnationẽ, & coniugis captiuitatem. Samsonis animo induto, in quo ipse cum suis omnibus, & plurimis Tartarorum iam arcem & turres eius possidentibus, duobus tñ filijs & duabus filiabus euadentibus incendio conflagrarat. Captus fuit filius suus natu minor. Sed vnus ex Ruthenis agrestibus, dum iam ad Tharthar tarorum duceretur exercitum

captiuus, captinatore animo virili occiso, captiuum eripuit, de cuius occisione maximus illico fuit in castris Tharta-rorum (erat enim vnus ex primoribus) gemitus & vlulatus. Insequebantur illos gentes terrarum Podoliæ Leopolien, & Belsen cum suis Capitaneis, Paulo videlicet Iassienski regni Polonia Vicethesaurario, Belsensi, Raphaële Iaroslawski Capitaneis, in non contemnendum exercitum coacta vltra Camienijecz, sed Tharfaris id suspicantibus, de suis quoq; viribus diffidentibus, & ob id pernicaci transitu diffugientibus occidendo senes & imbecilles, adeo vt cadaueribus iter constratum esset, & fetor atq; horror persequentes inuaderet. Cassus fuit omnis inuestigantium labor, præsertim postquam Lithuanicum exercitum, cuius dux Czartoriski, & Martinus Gastholtowicz Capitaneus Kiouien fuerunt ductores, in propria Polonis non expectatis dilapsu esse, & plerosq; Poloniæ milites formidine perculsos constabat. Insimulabantur insuper Lithuaniæ Barones eam cladem, misso Glinski Rutheno duce, cum muneribus ad Thartaros, terris Russiæ & Podoliæ procurasse, & Thartaris dum reuerterentur, omnem beniuolentiam præstitisse, de quo etiam illos Thartarorum Imperator publicè & notorie insimulabat .·. .·. .·.

Turca arcibus Balla-rabia acceptis ad Pala-tinum Valachiæ superbum Nuncium mittit.

1365

Emersit illico et aliud æque grande malum, par-
que calamitas. Turcorum enim Cæsar Mahumeth, omnes
arces & munitiones in Bessarabia & Montania, trade-
te sibi vltroneæ Bessarabię Voiewoda Radulone oc-
cupans, & in suam potestatem redigens, in tantam subi-
arrogantiam se extulit, vt Nuncijs ad Voiewodam Va-
lachiæ missis, imperiosè illum requireret, quatenus si-
li Bialogrodum & Kiliam resignaret. Tributum quoque ne-
glectum, in præsens & in futurum exolueret, pro hoste il-
si secus ageret, habiturus, scisurus quoque illum propedi-
venturú & loca ipsa potenter eo inuito conquisiturum.

Casimirus haud exigua partem Mathiæ exercitus apud Olauiam concidit.

Rex Poloniæ Casimirus ad bellum contra Hungariæ
regem Mathiam gerendum in Slesia, singulis conatibus in-
cumbens, die Veneris duodecima Augusti ex noua ciuitate
egressus, ad oppidum Mstchow campum congregaturus ad-
uenit. Vbi primum deinde ad Czestochowa & Cloburgko
ad extremum circa vicum Denijskow ad fluuium Szwarthe
statiua habuit, per sex hebdomadas operiendo aduentú
gentiú suarum quæ ægrè & pro suo quisque arbitrio tardè
procedebant, & finibus illic & in circuitu vbique deuoratis,

villisq3 propriis per focos exterminatis. Tempus autem optimum autumni inaniter absumpsit. Accesserat & altera retardationis causa, quod plerisq3 milites de exercitu terrarum Cracouiensium, quorum Stanislaus & Nicolaus, & Ioannes de Thancz in germani. Item Spitek de Melschtin. Item Ioannes Rabschtinski de Crasnik erant capita, in militiam externam absq3 donatiuo ire recusabant. Quorum pertinacia à Casimiro rege, non nisi post multos dies, partim obiurgationibus, partim leuimentis & persuasionibus (commota enim multitudo non obseruabat modum) tandem aegre sanata, vicesima sexta Septembris, exercitum suum Lithuanis & Tartaris illum augentibus, ad sexaginta millia pugnatorum aestimatum in teras hostiles permouit, & primum terram Opolien diffidationū literis praemissis ingressus, ductis oppidis Crucz3borg & Bicz3ina conquisitis, & praesidio militum illic relicto, ducem Nicolaum Opolien, & residuum eius principatū vastatione, igne, & gladio, & omni hostili genere obterere capit. Quòd & is recenter bones quamplurimos, mercatoribus Poloniae abstulerat, & fecialibus ad se missis illos restituere detrectabat. Frater insuper suus germanus, in cuius principatus Nicolaus eo obeunte successerat, in oppido Crucz3borg mercatores conclusos ad centum millia marcarum exfimatos exuerat. Ibat itaq3 Casimirus rex singula per circuitū igne & gladio consumens, & Odra apud Chraplowitze vado superato (tenues enim tunc habebat vndas) cum hoste Mathia Hungariae rege, qui cum sex millibus armatorū Vratislauiam ingressus, Poloniae regis illic operiebatur

aduentum decernere æstuabat. Sed magis id fieri plac-
bat, quam expectabat quomodo fieret, hoste non faciente
copiam pugnæ, & cum suis se intra muros continente. Ve-
nerunt interim ad Casimirum regem Poloniæ Nuncij Ma-
thiæ Hungariæ, & Vladislai Bohemiæ regum, videlicet Sde-
nele Konopnitzki, Vilhelmus Rhabi, Venceslaus Czari-
choiski, petentes vt bellum captum triennalibus induciis
suspenderet. His responsū est rege Bohemiæ adueniente,
et non aliter de pace & de induciis agi posse, Spiritus de-
inde discordiæ intrauit castra Poloniæ regis & consilia-
riorum eius. Proceres enim terrarum Maioris Poloniæ
satius æstimabant Vratislauiensi ciuitati non appropinqua-
re, ne hosti ad inuadendū terras regni Slesiæ vicinas, nu-
dando illas præberetur occasio. Id aliis terrarū Cracoui-
ensium improbantibus, in qua iurgatione aliquot diebus
absumptis nequicquam, ad oppidum Opole peruentum est.
Quod etsi facile expugnari potuit. Casimirus tñ suorum
militū veritus discrimen in euentū vniuersalis dimicatio-
onis, integros illos seruaturus, insultū contra Opole fieri
prohibuit. Abinde vero motis statiuis ad oppida Bregam
& Olauiā inexpugnata ea relinquens venit. Vbi ad suam
serenitatē Marchionis Misnen Arnesti bellum intercepturi
ri oratores videlicet Vilhelmus Comes et dominus in Hen-
runberg. Hugoldus de Gliwitz superior Marschalcus Mis-
nen. Theodoricus de Sthorunberg Magister curiæ, & Joan-
nes Swek Cancellarius Misnen explorato per prius apud
Vratislauiā Mathiæ Hungariæ regis animo, accedit

1369

pacisq; tractatum sub inducierum typo & vmbra ordiuntur. Casimiro Poloniæ rege à pacis consilijs non abhorrente. Interim Mathias Hungariæ rex postquam aperto Marte ob paucitatem suorum nequibat, dolis vsurus omnem equitatum & peditatum de octo millibus clam nocte in crepusculo de Vratislauia emittit, regis Polonici exercitum sub securitate inducierum consistentem à latere, & si possent in transitu fluminis Nissæ, aut si id minus procederet, pabulatores eius inuasurum. Is tota nocte illa procedens, in solis ortu die mercurij duodecima Octobris, pabulatores exercitus Polonici, qui tunc adhuc propè Olauiam habebat statiua, iuxta villam Sramowitze inuadunt, faciq; illos fundunt. Quibus cum tumultuarij milites, & Thartarorum caterua subito fulissent opem, grandis instauratur pugna, Polonorũ pabulatoribus ex fuga in prælium reuersis. Quare apud Polonia regem nunciata, Banderium maius, quod Curien & Lithuanorũ exercitus sub ducatu Pauli Pasienski regni Poloniæ Vicethesaurarij, laturũ auxiliũ præmiserat, exemplo & ipse cum omni reliquo exercitu subsequuturus. Quod cum hostilis vidisset exercitus, terrore nimio exagitatus terga vertens in fugam se dedit, præsidio aliarum cohortiũ in insidijs locatarum audacia & pugnam resumpturus. Verum cũ hi qui in insidijs erant suos fugere vidissent, incredibili terrore correpti turpiter hoste non viso fugere cæperant, neq; fuga semel cæpta, nisi in Vratislauiã ingressi sisti poterant. Cædebanturq; passim & fugientes, et resistere ausi hostes, atq; capiebantur. Eratq;

desideratorum mille, captorum insignium sexaginta, numer
Poteratq; tunc omnis exercitus hostilis & omnis potent
tia Mathiæ Hungariæ regis deleri, si Polonorum milites
hostes suapte sponte & languide absq; ordine fugient
insequi perseuerassent, incredibileq; dictu est, quam fe
lix, fausta, & gloriosa dies illa regi & militibus Polonor
fuisset, si collata a deo prosperitate vti scisset. Verum
Ioannes de Rithwiani, regni Poloniæ Marschalcus
Castellanus Sandomirien, vniuersi Polonici exercitus
dux, veritus ne Poloni præcipitarentur in insidias, arden
tes Polonorum animos, a persequendo & a pugna reuo
casset, de quo postea a plerisq; quasi id egisset auro
Hungarico corruptus, grauiter & vulgatè, fictè ne an
verè in partem vtramq; dicere non ausim, insimulaba
tur. Erat siquidè Marschalcus ipse ad pacis negotia ne
inutilis, belli vero parum peritus, & ob id cunctator in
singulis, res vero tunc non tam consultandi quam agen
di celeritatem flagitabant, nec sub eius ducatu res belli
Polonici prosperabantur. Oratores Marchionis Misnen
satis diu an Poloniæ regi cessisset tam subita victoria
de tam potenti Hungariæ rege ambigebant. Cum vero ca
ptiuos notabiles, inter quos erat Vlricus Perstenski, Pe
trus Hugwicd, Paulus Carwath, & alios sexaginta in ca
stra Poloniæ regis duci vidissent, nec mora in stupore
versi. Hæc (inquiunt) coram vidimus aliis nuntian
tibus, nisi visus fidem faceret discrediturí, quanto fauo
re Poloniæ regem & populũ eius prosequatur diuinitas.

Paucis post hæc diebus in Polonico exercitu commorati, dum
animadverterent intempestiuũ tempus ad pacem componendã
esse, benigne à Casimiro rege Poloniæ habiti, insuper & mu-
nerati re infecta Missnam reuertuntur. Id etiam gratiæ &
muneris à Poloniæ rege obsecrando consequuti, quod duca-
tũ Zeganen, quem Marchio ipse à duce Ioanne cõemerat,
vrere & vastare supersedit.

Vladislai exercitus cum Casimiri exercitu coniunctus Mathiæ et

Vratislauien terrori est, sed pabulatores plurimi
Polonorum intercipiuntur.

DIE Lunæ vicesima quarta Octobris Casimiro Polo-
niæ rege adhuc statiua circa Olauiam habente, Vladislaus
Bohemiæ rex cum insigni suo exercitu in quo maior pars
erat peditum tantoperè expectatus, & in cuius auxilium
omne illud bellum agebatur, aduenit cũ magna gratulatione
parentis & Polonici exercitus exceptus, ad viginti millia
armatorum habere existimatus. Exinde paucis diebus in
consultando absumptis, ad Vratislauiam coniunctis exerci-
tibus itum est, & Vratislauia ab vna parte obsideri cœpta.
Egressus ex Vratislauia cum suis omnibus Mathias Hun-
gariæ rex dum exercitus Polonicus & Bohemicus iuxta
Vratislauiã incedebat, sub silentio ociosus speculabatur.

Quem cum vidisset viris armis & equis ac quantitate conspicuum, capillos è capite decerpebat, clamans se & vociferans infœlicem & miserum, ad quem exterminandum tot gentes & tam exercitatæ conuenissent, quarum brachio si illas sibi habere contigisset, facilè se aiebat totum orbem sub suũ iugum missurum. Locatis itaq; castris particularia fiebant inter obsidentes & obsessos certamina quæ Hareæ vocamus. Hungaria rex in Vratislauiensi ciuitate consistere parum fidum sibi ne quandoq; interciperetur ab obsidentibus, ratus circa Monasteriũ sancti Vincentij se locauit, omnemq; iuxta locum in castelli modũ vallis fossatis, palisq; communiuit, ex pabulationem & excursiom in Poloniæ regnũ ad vastandũ illud tutiorem habiturus. Suadebatur vtriq; Poloniæ & Bohemiæ regi à belli peritis vt in oppido Olesnitza quibus etiam tus potestas à Margaretha relicta Cunradi Nigri permittebatur, aliquot millia militum pro præsidio locarent, pabulationem hostilem prohibituri, vt aggerem quo ex alueo suo veteri traductus est, & impulsus ad Vratislauiã Odra, rumperent & veteri alueo redderent. Vratislauien magno præsidio vndarum & molendinis nudaturi, famamq; suæ potentiæ bellicæ in singulas gentes per circuitum, & in multas ætates non sine amplissima laude diffusuri, eũ rupturi ipsam facilè non per milites, sed per aurigas biduo aut triduo efficerent, vt in partẽ altera Vratislauiæ, exercitus regis Poloniæ, relicto præsidio exercitui Bohemico se transferret. Amboq; nocte & interdiu ad sepiendũ Vratislauiã operas intenderent, aut vrbis conquisitiom, aut pacem æquis

conditionibus effecturi, neq; sinerent tam fortem & validum exercitu ocio marcescere & defluere. Id consiliu omni ex parte et genere solers & saluberrimum, et quo salus & consumatio totius illius belli includebatur, regibus nequicquam meliora & vtiliora eligere dinoscentibus, consiliarij vnius improbatione exsufflatum est. Consiliariusq;, quonia in eo cardo singularum agendarū rerū versabatur, notorie insimulabatur, quasi auro ab Hungaria rege & Vratislauiensibus corruptus, salubria, & vtilia consilia eneruare studuerit. Exercitus post hæc Polonicus longe lateq; regionem Slesiæ, igne, præda & gladio populabatur, sed & populationem ipsam agebat absq; ordine & absq; duce. Quapropter per omne obsidionis tempus, multi Polonorū dū pabulatū aut populatum irent, a Polonis qui apud Hungariæ regem contra naturalem legem et patriā militabant, quorū hi fuerunt primores Iacobus Pieniazek Crussłowski de Odrowąż. Nicolaus Pieniazek Vitowski, & Petrus Pieniązek Marczinowski de Gielitha. Ioannes Lasoczki de Golanga. Stanislaus Oborzenski de Cignis. Ioannes Gamrath de Sulima. Petrus Groth de Rawa. Petrus Ludomski de Lodzia. Martinus Lopaczki. Ioannes Pernka de Sarza, domibus, familijs & clenodijs, tantam multitudinem pabulatorū, propter noticiam Polonici idiomatis, dolose intercipiebant, vt omnes furres & omnia ergastula Vratislauiensia, captiuis Polonorum impleta fuerint.

Exercitus Polonicus sine ulla disciplina uiuens fame aura

pestilente et igne diuinitu

emisso quod in ecclesias in diuinissimũ Sacra-
mentũ seuiret grauiter premitur. :. :. :.

Emersérunt et alia duo in exercitu Polon
& Bohemiæ regũ mala Epidimiæ videlicet pestis, qua
in omni Slesia exorta, in exercitum regũ penetrauerat ex
contagione, & fames panis et ceruisiæ, quam incendendo m
lendina, soli sibi Poloni cum singulis vsqꝫ ad nauseam
abundare potuissent, sua improuidentia effecerãt. Iacebã
præterea aliquot curruũ apud Vielun onerata victualibu
millia, quæ sola dissimulatione rex, et discordia dueum
non curauit misso equitatu et pedítatu conducere, omniu
sufficientiã habiturus. Malebatqꝫ vt sui fame fatescerẽt,
aut ære grandi care emendo ceruisiam & panem, quæ ex
Bohemia importabantur se euiscerarent, hinc effectũ est
quod lue & inedia multi assidue in castris regum absume
bantur mortales, nemine opem ferente, nemine prouidente
nihilqꝫ consulebatur in medium, consiliarijs pro suo ar
bitrio omnia agentibus, quorũ pleriqꝫ neqꝫ ad consilium
poterant cogi, & si quid statuebatur, nemo inueniebatur
qui vellet exequi obedienter mandata. Insoleuerat ad
modũ Polonicus exercitus, ab eo tempore quo se Bohe
mico coniũxit, cum ante id fuerit castigatior, dum iussu
regis & ducũ tres notabiles Poloni qui ecclesias dispolia
uerant, diuinissimũqꝫ Sacramentum ex ecclesijs abstule
rant, vniuerso spectante exercitu, fuerunt publico igne

cremati. Tunc vero execrandas in deum, ecclesias, patrantes praedas & in omne nefas resoluti, cum abhominationes eorum puniret nemo, subito vindex gladius diuinæ vltionis aduenit, et in castris regum casuali exorto igne, vorax flamma, quam subito exortus augebat turbo & ventus vehemens, multos mortales, plurimos equos, quingentos currus, cum omnibus facultatibus & victualibus, tanto exercitu nequicquam ferente opem absumpsit, repertaq3 sunt in quadrigis semiustis pixides diuinissimum Eucharistiæ sacramentum continentes, et intellectum est ignem dei fuisse, ignemq3 tabernacula eorũ qui scelere abhominando tenebantur deuorasse.

VIDENS autem Mathias Hungariæ rex vtrumq3 regem cum tot gentibus ociosum esse, timiditate quæ eũ inuaserat deposita, gentes suas in terminos terræ Vielunen & Maioris Poloniæ, intelligens safera illa nuda esse, transmittit. Qui oras illas frequentibus incendijs rege Poloniæ prope adstante, et nullam ferente opem suis vastabant. Agrestesq3 qui prope Bolesławiecz cum eis congredi ausi fuerant. Ioanne Wazik notario terrestri Siradiensi, duce eorum tunc absente facile ab illis obtriti. Irrueranf & gentes ducis Nicolai Opolien in oppidum Klobuczko, sed ab oppidanis & agrestibus oræ illius magna clade deducti. Caspar insuper Zak de nobilitate quæ aquilam albam in campo rubeo cum capite gallinæ & quæ se Thrach nominat pro insigni portat, et Melcher Leber cæteriq3 homines

Henrici ducis Kozuchouien, & terrigenæ Glogouien, sc
enses castrum Poloniæ Miedzirzecz (annis enim aliquot
is Caspar in Petri de Schamotuli Castellani olim Posnanie
qui illud tenebat morabatur obsequijs) negligenter asseru
gentibus à rege Hungariæ impetratis. Sandiuogio insuper
Zidowski Burgrabio de Miedzirzecz Kalęczitha hic ge
nere erat, oppido primum Miedzirzecz nocte intempesta
conscenso & incenso, arcem etiá nulla necessitate impel
lente à Sandiuogio deditam auro vt asserebatur, corrup
infercipit, et omnem illam oram vsq; ad Posnanien ciuita
tem incendijs, spolijs et prædis afflixit. Et quamuis procu
su dierũ bello per inducias intercepto, bona hæreditaria
Sandiuogij Zidowski traditoris patriæ Casimirus rex Po
loniæ ad duo millia æstimata Fœlici de Lanow stipendi
ario suo perpetuo contulisset. Castrum tamen Miedzirzec
Andreæ Schamotulski quod iustissimè ad se deuolutũ re
tinere debuerat, instigantibus eum duobus quibus re
debat consiliarijs auro ab Andrea corruptis, eidem Andreæ
Schamotulski restituit.

Reges icto fœdere nul
la re memorabili facta
domos discedunt.

Grassantibus duabus pestibus fame videlicet
et Epidimia in exercitus regios, quibus tertia dissenteria
accesserat, coacti sunt ambo reges, quamuis auram habe
bant

bant suauem et dulcem, siccitate et calore temperatam, ad fæ-
dera quæ ab illis à Mathia Hungariæ rege expetebantur gen-
tibus eorum vociferantibus, respicere, de quibus vt facilius con-
ueniretur, placuit communibus Baronibus et consiliarijs re-
ges personalem facere in campestribus conuentum. Id etsi
probarent mortales hostes infestos, non sedatis differentijs
conuentus agere, feria tamen tertia ante Sancti Clementis,
quæ fuit vicesima prima Nouembris, duo tantũ reges Poloniæ
& Hungariæ duos consiliarios quilibet habens. Polonia rex
Sbigneum Episcopũ Vladislauiensẽ, regni Poloniæ Vicecancel-
larium, & Ioannem Rithwienski regni Poloniæ Marschalcũ.
Hungariæ rex Gabrielem Episcopum Albanẽ, et Sdenkonem
Conopnicski in vultuum hilaritate. Altera vero die omnes
tres reges conuenerunt. In secunda autem conuentione offen-
sio animorum inter Bohemicum & Hungaricum reges sequu-
ta est, dum alter alteri vultum hostilem & infestum, dextris
etiam auersis oculis alter ab altero ostendebat. Positis au-
tem tabernaculis, quilibet regum eũ suis seorsum consulta-
bat. Verum cum eo die propter breuitatem temporis, nego-
cia grandia nedũ calculari & debitè digeri, sed vix perfun-
ctorie commemorari possent, placuit Consiliarios Vratisla-
uiam ad tractandũ de conditionibus fœderum transmitti.
Missi sunt itaq; alijs recusantibus, Iacobus Dembienski
Sandomirien, Stanislaus Ostrorog Calisien, Nicolaus de Cu-
thno Lancitien, Palatini. Andreas Roza præpositus Lan-
citien et collector Apostolicus cum nuncijs Bohemiæ regis,
videlicet Vilhelmo Rabi, Benassio Libschtenski, Petro Dr-

liniecz, et Samuele Succamerario Bohemiæ, qui aliquot die
bus cum Rudolpho Vratislauien, Gabriele Albensi Episco
pis, Sdenkone Conopnitzki, Vilhelmo Czarnohorski ha
bitis tractatibus, fœdus in annum cum dimidio duraturu
concluserunt, sub his conditionibus, vt castra & oppida
hinc inde siue in Polonia siue in Slesia occupata dimittan
tur suis antiquis possessoribus. Vt captiui omnes hinc in
de soluantur Nicolaus insuper Tungen in parte regis Hun
gariæ ad fœdera huiusmodi inclusus est, quo tradimenti
suum, & perfidia in proprium regem et naturalem latius
quod hactenus latuit, emicuit. Monebatur Hungariæ rex
indueijs conclusis à Baronibus Poloniæ vt fœdera ipse cu
stodiret scrupulosius, neu regi & gentibus Poloniæ impone
ret necessitatem arma inducendi ad vlciscendú violato
rú pactorum iniuriam. Hoc autem fœdus minus cunctan
ter à Poloniæ & Bohemiæ regibus acceptum est, verentibus
regibus ne niuibus & frigoribus superuenientibus bello non
suspenso recedere ex hostili terra premente necessitate co
gerentur. Fœdere itaqz concluso, & Slesia ferme vniuersa
exusta & depopulata, Poloniæ & Bohemiæ reges datis inter
se dextris et muneribus ad propria nulla re memorabili ge
sta discedunt. Nec mirú, dum enim singuli imperare, vt cœ
starefur consilijs gestiunt, documento fuere plurium impe
riú inutile esse bello. Tendendo quisqz ad sua consilia cum
Cracouiensibus Baronibus aliud, aliud vero Maioris Polo
niæ videretur. aperuerunt occasioñ hosti regnum Poloniæ
inuadendi, et ludibria de tá numeroso & forti exercitu se-

rendi. In quo maxima iactura in hominibus, in armis & equis, et in cætera supellectili non virtute hostiũ quæ tenuis et languida erat, nec ignauia exercitus qui ad omnia periculosa aggredienda se exhibebat vltroneũ. sed discordia ducum, vtina non auaritia etiam consiliariorũ, accepta est. Sed et principaliũ ductorũ, ne tantus & talis exercitus aut aggerem rumperet fluminis, gutalúq; in veterem alueum detruderet Vratislauiá cæteraſq; Sleſiæ ciuitates expugnaret, aut aliquid egregiũ efficeret, impedimento aſſerũt auaricia fuiſſe. Qui sacra auri fame à rege Pannonico & Vratislauiensibus insimulabantur notoriis inditijs meſcati. Ineſcationis quoq; huiuſmodi, vel potius corruptionis, olida fama longo tempore in animis Polonorũ eo ipso ſcelere exulceratis durauit. :. :.

Casimirus bello Boemico defunctus filiam suam

Heduigim Georgio Duci Bauariæ desponsat. At Mathias contemptũ se à rege Casimiro arguens & minitans se iniuriam vltũ iri suam, filiam Kapuliæ regis ducit in vxorem.

Bello Sleſitico in quo illud ludibrium caſus dederat, an fortuna, magis numerosiores viros vidimus eccleſiaſticos præsentes affuiſſe, parum fælicibus auspicijs terminato. Aderant enim illic Sbigneus Vladislauien Epiſcopus et regni Poloniæ Vicecancellarius, aderat Vriel de Gorka Gnesnen

& Posnanien' præpositus, regni Poloniæ Cancellarius. An-
dreas Rosa Lancitien' præpositus, & Canonicus Cracouien'
sedis apostolicæ collector. Iacobus de Coniecz pole præpo-
situs Sancti Floriani, Stanislaus de Curozwanki Canoni-
cus Cracouien'. Creslaus de Curozwanki Plebanus in Bo-
chnia, & alij plures ecclesiastici & seculares, & religiosi.
CAsimirus rex Poloniæ ex statuis ante Vratislauiam
inutiliter habitis, cum suo exercitu discedens, apud Goram
Odram iam tunc aquis per imbres inflatum, non sine peri-
clitatione debiliu quadrigarum de quibus nulla fiebat pro-
uisio, superat, atq; exinde licentiatis exercitibus, per Pos-
naniam transitu faciens in Lancitiam deuenit. Vbi ad illu-
Ludouici senioris, et Georgij iunioris ducu Bauariæ qui o-
mne tempus belli apud Vielun licet peste Lyidimiæ infectam,
sumptibus regijs procurati illius operiebantur aduentum,
venerut oratores, filiam regiam Heduigim natu inter alio-
as matore filio præfati ducis Ludouici Georgio procatur,
videlicet Henricus Episcopus Ratisponensis. Fridericus de
Helfenstein Comes, Fridericus Mawerkerher iuris vtriusq;
doctor, præpositus Ethingen. Thezerus de Frauunhon mi-
les Magister curiæ ducalis. Quoru supplicatiom CAsi-
mirus rex cu audisset, et de nonnullis conditionibus qua-
lificantibus & formantibus matrimoniu cu illis concor-
dasset. Natalis CHristi festo appetente traxit eos secu
in Radom. Vbi residuis articulis concordatis die Louis
antepenultima Decembris, præfata filiam suam Heduigim
triginta duo aureoru millia infra annos quinq; soluendoru

pro dote secum laturam, iuniori duci Bauariæ Georgio vnico patris sui annos tres et viginti habenti, pro festo Sancti Michaelis sibi fradendam desponsat. Quam rem cũ Mathias Hungariæ rex intellexisset, in mœrorem & lachrimas versus apud Polonos secũ militantes pluribus verbis se à rege Poloniæ spretum querebatur, minitans se omni hostilitate quam hactenus perfunctorie exercebat, contemptum sui expiaturum. Vnde & confestim omni cunctatione rescisa, matrimoniũ cũ filia Ferdinandi Neapuliæ regis, missis oratoribus consumauit.

Venceslaus Thesneñ dux homo deuotus & religiosus, nulla prole relicta (Ludouici enim ducis Legniceñ, et filiã Friderici Marchionis Brandeburgeñ, relictã annosam matronã duxerat in vxorem) in Bielisko moritur et in Thesin apud prædicatores sepelitur anxietate nimia afflictus quod Germanũ suum Przemislaũ Thesneñ ducem, ne cum Mathia Hungariæ rege contra Casimirũ Poloniæ, & Vladislaũ Bohemiæ reges, consanguineos suos propinquos sentiret, ne quoq; donatiuũ, fria videlicet millia et quingentos florenos, ab ipso Mathia Hungariæ rege acciperet, genus suũ fadaturus, magnis studijs laborans reuocare non poterat.

Die Mercurij vicesima prima Decembris Nicolaus Episcopus Przemisliẽ ex familia Odrowasch et ex villa Blazeiowice in ducatu Ratiboriensi consistente, ortum ducens apud oppidũ sui Episcopatus Brzozow, dum eo die rem diuinam intelligens se languidatum, per se explesset, lectum ingressus per soporem

moritur, & in Premisliam reductus in ecclesia Cathedrali, cuius ipse suis sumptibus chorum ex materia quadratorum lapidũ, ecclesia Ruthenica in arce Premisliensi dissoluta, pulchra fabrica erexerat, sepelitur, sedit annis viginti tribus, vir modestus, et in re diuina explenda assiduus. In regimine Pontificali peruigil excubitor. In aduersitatibus patiens, qua illi à militibus bona episcopatus iniustis limitibus occupare nitentibus inferebantur. Capitulares Premislien̄ etsi pro electione futuri pontificis vicesimá octauá Martij dixissent, per Casimirũ tamen Poloniæ regem, & Nuncium eius Spithkonem de Sarosław Palatinũ Leopolien̄ prohibiti, continuerunt se ab omni electione. Itaq; sedes Premisliensis aliquanto tempore & vsq; ad annũ domini Millesimũ Quadringentesimũ Septuagesimũ septimũ vacauit, sub omni illo tempore ab administratoribus gubernata, donec Andreæ de Oporow Episcopo Varmien̄, ad intercessionẽ Casimiri Poloniæ regis per Sixtũ Papam quartũ, quo fortius Nicolao Thungen intruso. Varmiensis posset resistere commendata &c.

Quarta ducum nuncijs dimissis Casimirus in Lithuaniam pergit. Annus domini Millesi-

1375
1383

mus Quadringentesimus Septuagesimus Quintus.

Natalis Christi dies cum Casimirus Polonie rex cum Elisabet consorte sua in Radom exegisset, cum oratoribus & procis Ludouici et Georgij ducum Bauarie sub presentia Iacobi Gnesnen Archiepiscopi, & Sbignei Vladislauien Episcopi, Dobeslai Kmitha Palatini Lublinen, Ioannis de Rithwiani Castellani Sandomirien et regni Polonie Marschalci, Vrielis de Gorka regni Polonie Cancellarij federe matrimonij icto et inscripto ipsis oratoribus munifice muneratis et in propria remissis, die Saturni vltima Decembris ex Radom discedens, & primu nocturnu apud Kozinicze faciens in Lithuaniá cu paucis Polonis Curiensibus, duobus tamen filijs Casimiro et Alberto quos ex schola Ioannis Dlugosch Canonici Cracouien tu primu emancipauerat pergit, et primum apud Grodno deinde apud Brzesczie subsistens illicq3 venationibus vacans pro dominica Iudica que fuit duodecima Martij. vilnam peruenit. Illicq3 Phasa et dies subsequentes publica negotia Lithuanie ducatus, et legationibus principu respondendo, celebrauit. ∴ ∴

Stephanus preclara victoriam ex hoste Turco relata

soli deo edicto publico adscribit.

Die Martis decima septima Ianuarij, Stephanus Voiewoda Moldauiæ exercitū Mahumeti Turcorū Cæsaris, centum et viginti millia pugnatorū habentem. Cui & Bessarabi quorum regionem primū ingressus, illam sibi subiecerat ferebāt auxilia. Valachiā populante circa palū Rakowiecs & flumiū Berlad proprio Marte quinq; tantū millibus Siculorū quorū terram ab Hungariæ regno abstractā, in suā ditionē redegerat magna clade, sed non incruenta suorū victoria fudit. Acies enim omnes suæ primæ in quibus & Siculi in fronte erāt, à Turcis obtritæ periculū ingens fecerāt, donec ipse corpore proprio in Turcorū acies de victoria exultantes medius se iniecit, et omnes catheruas Turcorū mirabili dei potentia, vix quadraginta millia habens pugnatorū, in quibus maior pars erat agrestiū, prostrauit. Nec in superbiā aliquā ex hac victoria elatus, diebus quatuor continuis ieiuniū in pane & aqua egit. Per vniuersā quoq; terram suam bannum edixit, ne quis auderet sibi sed soli deo victoriam illam appropriare. Cum iudicio omniū diei illius victoria ex vno eo stetit. ipseq; triumphi eius laudem fere solus & vnus tulit. Omnis exercitus suus ex prædā Thurcorū auro & argento, purpuris & equis, cæteraq; nobili supellectili, ditatus est vehementer, & arces Bessarabiæ quæ ab eo ad Turcū defecerant. omnes illi redditæ. Plurimi agrestes ex peditū numero in equitū et militū numerum translati, paucissimis ex Thurcis salus per fugam poterat quæri. Nam etsi qui fugiendo ad Danubium vsq; peruenissent, illic

illic a Valachis recentiores equos habentibus, fere omnes aut trucidati, aut vndis fuere suffocati. Turcorũ equos, sed & ipsos Turcos in acies torserat. Omnem enim regionem Valachiæ per quã Turci ituri erant, longe ante Stephanus Voievoda dederat in flammã, quæ res maximi sibi fuit ad victoriam momenti. Omnes fere Turcorũ captiuos, præter principaliores quos reseruauit palis suffixit, occisorũ cadauera cremauit. Ossium tamen illorum extant acerui aliquot, tam insignem victoriã in ætatem diuturnã testaturi. Quatuor duces Turcorũ principales et triginta sex signa militaria manubias q; nobiles Casimiro Poloniæ regi in Lithuaniã per notabiles et primores suæ regionis Barones transmisit, contestans cũm ne se desereret, neu tam fidelem seruum, tanquam forte athletã periclitatum iri sineret, sed gentibus suis armis & pecunijs cæteraq; supellectili bellica contra Turcorũ Cæsarem cladem quorũ vlcisci omni conatu frementem adiuuaret, dignaretur q; in terras appropinquare Russiæ, omagiũ quod hactenus præstare distulerat ab eo recepturus. Casimirus autem rex ex hac fæliciſsima nouitate sibi et regno, vniuersæq; christianitati plurimũ proficua, vti dignum erat exhilaratus, gratiarum actiones maximis hostijs & sacrificijs in clementiſsimũ deum celebrauit, offerens se Stephano Voiuodæ in suis per eum desideratis liberaliter et propriè subuenturũ. Nec iniuria, videbat enim fortem hostem et nouũ aduersarium cuius potentiã tũc vniuersus formidabat orbis robore exiguo, et ipsius Voiuodæ Stephani auspicijs notabiliter contritũ

esse. Qui in profundam pompa elatus, omniū vicinorum regnorum ditionem facile sibi destinabat. Qui ducibus exercitus taliter conflicti ea mandata dederat, vt Valachia terra subacta, et Stephano Voievoda per barbam ad se perfecto apud Camieniecz hibernarent in Podolia, primo vere inchoata Leopolim transituri in Pannonias, et se alteri exercitui in quo ipse personaliter affuturus erat, coniuncturi. Misit etiam ipse Stephanus Voievoda summo pontifici Romano Sixto aliquos captiuos, & signa hosti erepta suae sanctitatis deposcens auxilia, ad reliquam rabiem Turci contundendā. Misit & Mathiae Hungariae regi pares munubias, ipsum quoqz in suū trahens auxiliū. At ille omnem huiusmodi triumphi pompam, sibi vsurpans, suamqz propriam ducens, scripsit Papae et Caesari, scripsit et alijs regibus & principibus orbis, sublimi iactantia insignem se Thurcorum exercitum per gentes suas, quarū Stephanus Voievoda Moldauiae ductor erat deleuisse vanitate solita & impunita, alienos sibi titulos vendicaturus, cum perspicuū et in vtroqz regno Poloniae et Hungariae vulgatum fuerit, eū ipsum, Stephanū Valachiae Voievodam, quem Hungariae rex suae et suarū gentium ducem nominat, paulò ante sex millia Hungarorū terrā Valachię ex praecepto regis Mathiae vastantiū, Magerbalasch duce eorū sibi aegrè per fugam consulente, vsqz ad internitiom prostrauisse. Nec his legationibus Stephanus ad amicos contentus, ad ipsū quoqz infestissimū hostē suū Mahumeth Thurcorū Caesarem insignem, legationem dona non mediocria ferentē mittit. Quem

se à quibusdam Turcorũ latrunculis & exulibus, temerarie et praeter scientiam Cæsaris, cũ superbiã, fraudem, & hostilitatem tam inhumanã in suo pectore suspicari phas non sit, lacessitum esse. Illamq; omnem furũ et exiliatorũ manu, in manu dei potenti, qui causæ iusticri semper adstat confeciſse, petebat vt reliquiæ huiusmodi latrunculorum, si quæ in dominia sua refugiſsent ſibi traderentur pari supplicio cũ cæteris pœnas meritas soluturi. At Cæsar legatione huiusmodi exasperatus magis quam lenitus, legatos iure gentiũ violato corripiens, aliquandiu inergastulis habuit, postmodũ vero omni substantia spoliatos pedites et penè nudos in Valachiã remiſit, per quos præfatus Stephanus Voievoda certior effectus, furoris contra eũ concepti, et quod Cæsar Turcorũ grandes contra illum copias, vnda et ferris transituras in quibus et illum proprio capite prædicatur affuturum comparat, intrepidus illum confisus in diuino auxilio operiebatur. Ô virum admirabilem, heroicis ducibus quos tantopere admiramur nihilo inferiorẽ, qui sub nostra ætate tam magnificam victoriam inter principes mundi primus ex Turco retulit, meo iudicio digniſsimus cui totius mundi principatus & imperiũ, et præcipuè munus Imperatoris et ducis contra Turcũ communi Christianorũ consilio, consensu et decreto alijs regibus & principibus catholicis in desidiã & voluptates, aut in bella curilia resolutis committeretur. . . . .

Almiro in Poloniam cum

Exercitu digresso ex Sles

Mathias pluria facinora in suos exercet.

Hungariæ rex Mathias quamprimũ Casimirum Poloniæ regem cum suis exercitibus de finibus Slesiæ egressũ accepit, in suos et præsertim Vratislauiẽ apud quos aliquanto tempore immoratus est, debacchari, sæuire, substantiasq; ditiorũ expilare cæpit. Captiuauit et Nicolaũ Merbothi decretorum doctorẽ Canonicũ Vratislauiẽ, virũ egregiũ, eloquentiæ studio clarum. Et quasi cum rege Poloniæ sensisset, diebus tribus et viginti in obsoletis ergastulis damnatorũ forsit hominem innocentem, et qui eius primariũ in Vratislauiã ingressũ luculenta oratione exceperat. Permisit et alios omnes stipendiarios suos in bona agrestiũ, quas Polonorũ & Boëmorũ manus non absumerent per plures hebdomadas grassari, et reliquias miserabiles Slesiæ consumi. Vratislauia egressus induciarũ fœdere contra ius gentium violato, tres munitiones in Morauia, videlicet Odri, Straschicze, & Hradek fraude et auro sollicitatis defensoribus conquirit. Quartam Fortestben in Slesia obsidere cum cæpisset à curiensibus Bohemiæ regis Vladislai fœdè repulsus est. Circa egressũ autem eius ex Vratislauia non solum puellæ sed maritatæ relictis liberis et parentibus in eorum dedecus, totiusq; ciuitatis Vratislauiẽ vituperiũ per regem et nonnullos ex primoribus abductæ sunt, parentũ substantia direpta. Scripsit

1579
1389

et ex Vratislauia rex ipse ad summum pontificem, Cæsarem, regesq; et principes diuersos extensas literas, potentiam exercituũ Poloniæ et Bohemiæ regum multiplicifer extenuãs, suam vero altissimè efferens, asseruens exercitum hostilem, fame, peste, dissenteria et igne vexatum esse, et montes grandes Murem peperisse, facile à se delendũ, nisi illi miseratione Catholica pepercisset, chartis triumphans, cũm omnes scirent armis Polonicis de illo fuisse triumphatũ. Egit et pro die penultima Februarij apud Ratiboriã ducum Slesiæ, cui et Rudolphus Episcopus Vratislauien adesse coactus est, conuentum nouaq; ab illis iurisiurandi sacramenta & inscriptiones de fide sibi seruanda exegit, ipsisq; ducibus Slesiæ et cæteris purpuratis solita vanitate actus suos inflantibus, et quod eos à duobus potentibus regibus Poloniæ et Boemiæ inuasione defendisset, per organum Premislai ducis Thesnen, sibi gratias assentando magis, quam exanimo agentibus superba arrogantia respondit, potentiam regum illorũ parui semper extimauisse, & ad vincendum illos satis semper sibi animi et virium fuisse. Non intelligens rex vanitati deditus, cladem apud villagiũ Svanowicze acceptã, et obsidione bimestri quam in Vratislauia pertulit, et vniuersæ Slesiæ dira per igné et gladiũ cæteraq; id genus vastatione, hanc suã arrogantiam fuisse damnatã. Ex Ratibor in Morauiã, Olomucz videlicet et Brunã diuertit, trahens secũ Ianussiũ Gliuicen ducem, quem ad conuentũ illũ venientem, oppositio sibi furticinij et prædocinij titulo cæperat, in vinculaq; coniecerat, libertatem

illi pollicendo si de Gliuicze excessisset. Quam cui regi dedere illuc vinctus adductus iussisset, responsum a suis ex muro est. Non se duci suo nisi in libertatem vendicato parituros. Itaq; cui rex ex hac spe decidisset in arctiores illũ cathenas coniecit. Disponebat & Premislaũ Thesnen ducem vastare, sed intelligens præsidiũ gentiũ non paucarũ ex Polonia sibi missum esse mutauit propositũ, non prius tñ Bannussiũ ducem Gliuicen a cathenis absoluit, donec illi media partem Gliuicze ad se pertinentẽ dedit, deditio tñ nihil illi suffragata. Captũ enim vice altera annis aliquot in ergastulis habuit, cum insuper idem Mathias Hungarie rex accepisset filiolũ ducis Henrici Monsterbergen filij Georgij olim regis Bohemie diem suum obijsse, cui virgo Barbara filia Cunradi Nigri, mortuo Cunrado patruo suo duce Albo desponsata fuerat, ipsũ de omnibus castris & fortalicijs qua ratione dotis possidebat, videlicet Bithom Swirkleniecz, Kosle Olesnicza, Wolow, et alijs exuit, & virginem filiã Cunradi Barboram in suam potestatẽ traducere nitebatur. Venceslaũ etiam ducem Ribnicen, qui et fatuus appellatus est capiens, fortalicio & oppido Plesna, & tandem captiuitate diuturna mulctauit.

Conditiones pacis perpetuę inter Boemos & Hungaros Pragæ captas Brunæ perfectas per vtriusq; regni senatũ Mathias rex inficit.

Consentiente vtroq3 rege Vladislao videlicet Bohemiæ, et Mathia Hungariæ, Barones omnium terrarum regni Bohemiæ de vtraq3 factione apud Pragam duodecima die Februarij agunt conuentum. In quo odiorum liuore deposito, cum de republica regni sui ad conformitatem traducenda multiplices egissent tractatus, tandem has ediderut conclusiones, vt videlicet Vladislaus Bohemiæ rex vniuersam Bohemiá cum vtroq3 Lusaciæ & duobus ducatibus Slesiæ Swidnicensi & Pauriensi. Mathias Hungariæ rex omnem Moraviá cum residua Slesia habeant. Si Hungarus non suscepto pignore prior obierit, vniuersa ad regem verú Vladislaum simpliciter reuoluentur, si non pignore suscepto obierit ducenta millia florenorú dabuntur filijs suis, et de omnibus tenebuntur excedere. Et eadem vicissitudo in rege Bohemiæ obseruabitur. Eo tamen excepto, vt Episcopatus Olomuncen et Marschalcatus Bohemiæ ad solum Bohemiæ regem respiciant. Acta est et exposta apud Brunnam Mathia Hungariæ rege præsente simul dieta in qua vniuersalis pax regni Bohemiæ, differentia regum de regno contendentiú sancita, et stabilita, et Stiborio Thowaczowski regni Poloniæ Cancellario ab vtroq3 rege onus Capitaneatus Moraviæ datum, vt prouideret, ne quid detrimenti respublica quantum ad pacem publicá spectat, pateretur. Laudabantur q3 conclusiones Pragenses, et Barones factionis vtriusq3 probabant vt iuxta illas de pace inter reges conueniret. Verum Mathias Hungariæ rex in ipsa Brunnensi dieta notabiliter mutare cœpit,

et Baronibus regni Bohemiæ illum de obseruantia conclusionum requirentibus respondit, & sq3 consensu summi Pontificis et consilio nonnullorum principum qui partes suas adiuuabant non sibi licere illas acceptare. Itaq3 re in ambiguitate reiecta dicta alia pro festo Sancti Iacobi Apostoli apud Ratisburg indicta est, quę nullum habuit, Mathiæ Hungariæ regis vafritiem singulis scientibus effectum.

Legatus Hussecasten imperatoris Trapesuntini

legatione apud Casimirũ expedita, ad Mathiam cæterosq3 orbis Christiani principes abit.

Casimiro Poloniæ rege in Lithuania stante, nuncius satis insignis Isaac genere Græcus de Trapesunda, sed secta Mahumetus ab Hussenkassen in duodecim equis ad eum venit rogans, vt primo vere dignaretur cum cæteris regibus Catholicis contra Thurcorum Cæsarem consurgere, et sibi cũ trecentis millibus contra Thurcũ consurrecturo auxilio esse: bestiamq3 illam extreminio dare, cũ iam vis eius in maiori parte elanguerit, omnibus suis melioribus pugnatoribus in clade Valachica delectis. Hunc cũ Casimirus Poloniæ rex benigne tractasset, et magnificis illum donis honorasset, spe optima impletum, Cracouiã quam cupide videre desider

rabat, remisit. In quacum mense vno immoratus pariisset, ad Mathiam Hungariæ regem in Brunnam, deinde ad summum pontificem Venetos, cæteroscz Christianitatis reges et principes transijt, similem legationem apud illos obiturus:.

Ardet Cracovia:

Die Veneris vltima Martij hora octaua noctis, in Cracouiensi vrbe ignis de braseatorio Ioannis Gehan erumpens, omnes domos a porta noua vscz ad portam Sancti Nicolai centũ numero, inter quas et castellũ Pflarnouiensium. Item duas turres ciuitatis optimas et cum Bombardis. Item domos altaristarum beatæ virginis et mansionariorũ Sanctæ Barbaræ sua potenti flamma quam magna multitudo frequenter tentando, neque quam restringere poterat, vorauit:.

Zamirus pro auxilio contra Turcam ab Stephano petitus Ei suo

Senatu grauiter inertiæ accusatus, ad Turcum legatum mittit, vt potius transactione quam bello cum Valacho decerneret:.

Stephanus Voievoda Valachiæ, vigilantissimo studio explorans assidue, et omnium actionũ quas Mahumeth

Thurcarum Cæsar contra illum comparabat et moliebatur progressum, et pro comperto ab exploratoribus habens. Turcum apud Hadrianopolim agere, et omniũ suarũ cogere illic exercitum potentiarũ, multiplicibus et varijs nunciijs vnos alteros præuenientibus. Casimirũ Poloniæ regem apud Lithuaniam agentem solicitat, et magnitudine periculi quod capiti suo et suis impendebat demonstrata, petebat sibi quam celerrime succursum à rege et militibus suis iri. Easdemq; petitiones ad Barones Russiæ frequentibus nunciijs et literis resumebat. Summa petitionis erat vt rex duo millia peditũ ad tuendũ Bialogrodum & Kiliam mitteret. Russiæ terras in armis esse, & circa Camieniecz statiua agere iuberet. solus ipse rex adsuccurrendum sibi cum reliquo Poloniæ regni exercitu appetatus subsequeretur. Ipsum illud assumpsisse propositum vt nullatenus vniuersali dimicationi contra tam fortem et numerosũ hostem se committat, sed cedendo cum suis vsq; ad Camieniecz hostem fallat et distineat. Petebat postremo regem vt sibi et suis in necessitatis articulo ad Camieniecz liber ingressus pateret. Quamuis Lithuaniæ Barones suaderent maximè, vt rex quã celerrimè Poloniæ et Lithuaniæ, et omnes terras moueret Turco occursurus. Se ea mente præditos esse, vt maluit contra Turcũ pro focis Valachicis quam Lithuanicis duellare. Omnemq; suã operã vltro pollicerentur. In id bellũ fictũ magis quã verũ, per Stephanũ Voiuodam se Casimirus trahi credens, optimũ et sufficiens tempus

cunctationi deditus et ocio, inaniter apud Lithuaniam ab-
sumens, et non nisi circa festa Penthecostes ex Lithua-
nia mouens, festo corporis Christi apud Grodno exacto
per Brzescie die lunæ quinta Junij in Lublin aduenit.
Vbi etsi per dies quindecim, per omnes consiliarios fu-
isset supplicatus et suasus, ne tam insignem et illustrem
sui regni principē et Athletā Stephanum Voiuodā de-
sereret, sed cū omnibus potentijs consurgens, non tam
sibi quam vniuersæ christianitati opem ferret, vno bello
& Turcorū et Tartarorū bellū non sine sui nominis ce-
lebritate perpetua confecturus. Rex tamen defectuosum se
et in ærario et in gentibus allegando, sperans illud bellum
simultaneū et ad irritū recidendū adeo extrahebat vt
primores consiliarij, et signanter Derslaus de Rithwiani
Palatinus Cracouien, & Joannes de Rithwiani Castellanus
Sandomirien et regni Poloniæ Marschalcus (vtrumq; enim
magistratū contra scita et laudabiles consuetudines regni
tunc alijs esurientibus obtineat) & plures alij in regem inor-
dinatius inuehendo exprobrarent, primum genitoris, deinde
germani sui, postremo suo inordinato & negligentissimo regimi-
ne nobile Poloniæ regnum, nobiliter a Casimiro secundo in-
stitutū ad extremum interitū et ruinā fractum esse. Ampliori
interitui nisi se de torpore excussisset, moresq; sui regiminis
correxerit, propediem traducendū. Qui etiam inter regnum
Poloniæ et principatū Lithuaniæ quæ vnire debuerat ab-
lata Lucensi tota, et Podoliæ parte terrarū à regno Poloniæ,
et potestatem Lithuanicam translata, mucronem horrendū

inter vnitos populos, cognatas acies morte sua secuta colliden-
dos sciens volensq3 seruerit. Qui videns sibi et regno suo
ab oriente et occidente Austro et aquilone impendere bel-
la pusillanimem se et ociosu monstrat. Qui sibi aliter con-
sulat, aut in locum suu alium surroget, quam celerrime per
suam desidia et turpe regimen etiam hoste externo non ac-
cedente, perituru3. Hæ inuectiuæ etsi a singulis consilia-
rijs certatim probarentur, regem tamen moribus suis
deditu non mouebant, neq3 ad meliora inclinabant. Capta
est itaq3 in tam periculoso malo tenuis et languida de-
liberatio, et Marcissius Vexillifer de Vrocz̃imo vicse, Sub-
dapifer Cracouiensis lingua Turcarum peritus, quam e-
phebus existens in captiuitate didicerat captus in præ-
lio infælicifer, per Vladislau Hungariæ et Poloniæ rege
commisso, ad Turcu a CAsimiro rege mittitur, rogaturus
& monitur9 illu, ne terram Valachiæ qua insignis portio
regni Poloniæ est, bello infestet, neue regi Casimiro neces-
sitate imponat, arma contra illu induendi, qua hactenus
quamuis a multis principibus Catholicis rogatus sollici-
tatusq3 induere distulerat, Stephanu Voiuodam Valachiæ
sui iuris & potestatis esse, et si in aliquo deliquit contra
Turcoru Cæsare, offerre illu ad debitam iustitiæ satisfac-
tionem deponeret, tantummodo arma et de iustitiæ abla-
tione contentus amicu non lacesseret, diemq3 et tempus di-
ceret, ad quem communes consiliarij conuenirent, differen-
tia discordiamq3 amica transactione potius qua cruento
& iniquo et incerto bello finitum.

Theodosia tribus et viginti annis le detendens prodi-
tione suorum Turcis tradi-
tur. Nauim Ephesiorum

centum quinquaginta a classe Thurcorum sedu-
ctam, Graecus quidam Stephano tradit.

Die Martis vicesima Julij Casimirus Poloniae rex ex Lublin egressus cum in Zawichost vicesima secunda Junij peruenisset, certus illi nuncius cum literis de Lomza a Matthia notario suo regio ex Bialogroa, quem rex Casimirus ad Thartarorũ Caesarem Menegigeren cũ certis mandatis destinauerat, allatus est significans quod Turcorum caesar Mahumeth ab Hadrianopoli soluens exercitus, ad Caffam insignem et famosam Genuensiũ ciuitatẽ quae se ab eius exitio per annos tres et viginti, ex quo Constantinopolis capta erat, muris fortissimis & altissimis munire non cessauerat cum forti et numerosa manu nauali & terrestri peruenit, ipsamq3 sexta die mensis Junij cum Thartarici exercitus auxilio. Qui vnam partem obsidendo & impugnando, a menibus repulsus fuerat, sexta die per fraudem primorũ ciuiũ genere Italicorũ, quam annis quinque alijs ignorantibus a Thurco maxime auro corrupti pra-

cticauerant, dedentibus sibi primoribus cœpit. Et ciuitate potitus continuo tradifores cũ vxoribus pignoribus, et omni familia in vincula coniectis, ad classem suam deportauit vulgo communi pepercit, et in ciuitate illum degere permisit, medietate omniũ substantiarũ ablata, quem tamen processu temporis inde remouens in perpetuã captiuitatem sustulit, et non nisi Turcos illic locauit. Thartarorũ etiã imperatorem Menglicerem, qui tunc casualiter apud Caffam agebat, cum duobus germanis cepit, et tam illos quam insigniores Cafensiũ in Constantinopolim captiuos deduxit. Omnes insuper arces quamuis altissimæ & munitissimæ, quæ in circuitu Caffæ fuerant, et ad Caffam pertinebant capta Caffa in deditionẽ Turci venere. Singuli nuncij et exploratores Stephani Voiewodæ, et vniuersi mercatores Valachiæ numero centum sexaginta apud Casam iussu Thurci gladio percussi sunt. Clades maxima et cruentus gladius in vniuersos ordines et ætates desæuiebat. Nec satis viriũ in me est vt crudelitates innumeras, quas vltionis diuinæ vindex gladius ob immanissima Casensiũ scelera à barbaris illa die fieri permisit, possem ad plenũ describere. Thurcorũ Cæsar tam insigni victoria elatus, et Caffæ quã plurimũ iratus quod in ea à Catholicorum regum et principum nuncijs, ad parandum et inferendũ sibi bellum, liberi fiebant conuentus ipsam et moema eius longo tempore muniuit. exposf vero Bialogrodo, Valachiæ terris et vndis accessione Thartaricarũ viriũ auctus, imminere cœpit. Tum primum Casimirus Poloniæ rex denunciationi fidei

Stephani Woiewodæ Valachiæ creditum dedit, et quatuor diebus apud Sandomiriã immoratus in Nouam ciuitatem Corczin venit, illicq3 pro die secunda Julij cum primoribus consiliarijs tam ecclesiasticis quam secularibus conuentum tardissime tamen tenuit. Non tam iam Stephano Woiewodæ et terræ Valachiæ, quam terrarum Podoliæ et Russiæ succursurus, Stephanus enim Woiewoda Valachiæ dum neq3 à Casimiro Poloniæ rege frequentibus nuncijs solicitato neq3 à Mathia Hungariæ rege quem ad ferendum sibi præsidiũ per Skanczukone sollicitauerat, sperata auxilia accepisset et imparem se cum Thurco ad dimicandum nosset, prudenti consilio usus castris suis vbiq3 prouisis et locatis, in montes siluas et cauernas, et se et populũ suũ condidit, tempori commodiori in quo Turco discedente patriam recuperare posset, se et gentem suam seruaturos. Septuaginta magnarum nauiũ classe maximarum opem moles, captiuorum quoq3 et præsertim traditorũ frequens numerus in Constantinopolim Turco traducebatur. Erat inter illas naues vna centum quinquaginta Epheborũ adolescentum cohortem ex omni genere ciuiũ Cephæ venustatẽ præstantiũ, pro gratissimo munere ad castrandũ vel abutendũ vehens. In qua cum ad regendũ Græcus quidam substitutus esset, Turcis id non sentientibus à reliqua classe se abstrahens, duodecim Turcis qui erant in naui sub dolo pro aqua dulci emissis, residuis duodecim occisis, ad portum Kiliæ nauem appulit, et tam centũ quinquaginta, Iuuenes aut castrationi, aut lupanari destinatos, tam ditissimã supellectilem Stephano Voie-

uodæ Valachiæ tradidit. Quare Stephanus supra modum exhilaratus, spem recuperandæ Caphæ in animũ suapte sponte magnam induxit. :. :. :.

Incredibilem Istulæ excitationem mira inundatio secuta est:.

Die Lunæ vicesima quarta Julij, et per tres sequentes continuos dies apud Cracouiam et circuitu eius imbribus nocte et interdiu magna mole descendentibus horrenda et nunquam visa inundatio in flumine Istula Cracouiæ secuta est, operuerant enim ũdæ Casimiriam, Stradomiam, et omnia suburbia eorũ. In ecclesijs Sancti Bernardini, et Sanctæ Agnetis vsqꝫ ad altaria aqua exundabat. Pontem maiorem quo Casimiria Cracouiæ iungitur, et cæteros omnes pontes circa Casimiriã, sed et pleraſqꝫ domos in Stradomia fregit et euertit, hortorumqꝫ fructus circumquaqꝫ Cracouiam infecit, fœtorem post se perniciosum relinquens, quo pleriqꝫ mortales absumpti aut morbis langui dati, nonnulli turgentia tuffũra ex aquæ potatione nacti. Et quamuis aqua ipsa plurima intulisset in frugibus damna maxima tñ fuit in omni regno Poloniæ vtilitas anno illo annonæ, & cum alias in singulis pene fluminibus desiderarentur aquæ, tunc primum vsqꝫ ad fastigiũ atqꝫ perniciem creuerant. Triennio enim prope integro apparitionem cometæ secuta, non solum cælestes defi-

cere aquæ

ere aquæ, sed terra quoq; Polonica ingenito humore egens, vix ad perennes suffecit amnes, adeo vt Istula fluuius (quod reor posteros falsum me scripsisse credituros) fuerit apud Thorun tam equiti quam pediti permeabilis, et apud Plocense ciuitatem Istula ipse, exigua etiam destituebat nauigia.

Quum Mathiæ doli apud Fridericum non succederent, ad Stephanum Valachum se conuertit, vt eum a rege Casimiro auerteret.

NON refrigerat sed inflammabatur assidue Mathiæ Hungariæ regis hostilis et vafriciosa cura. Qui arma intelligens sibi tenuem affulisse profectum, ad ingenia et dolos se conuertens, per Alexandrū episcopū Forliuiensem apostolicum nunciū ad Fridericū Cæsarem ad intercipiendum bellum funestū, quod inter Cæsarem et Carolum Burgundię ducē agebatur, a Sixto Papa missum, solicitat Cæsarē, vti sibi regni Bohemiæ consentiat tradere insignia regalia, offerens se cum omnibus potentijs sibi contra Burgundiæ ducem, quamuis secum confœderatū auxilia laturum, & aliquot decem millia aureorū dono a summo pontifice impetraturum. Verū Cæsar Fridericus versutiam Hungari dudū comperta habens, tantam oblationē repudians, et intelligens Hungari amplitudinem si procederet in suū periculū redundaturam, nuncijs Bohe-

miæ regis Vladislai regalia dudum promissa flagitantibus respon-
det, aut in Lipsk aut in Berlin, si illic duo reges Poloniæ vide-
licet et Bohemiæ conuenire secum velint. Si minus in Freisch-
tath ciuitate, decem octo miliaribus a Praga distante, in suo
ex Reno in Austriam descensu se insignia daturũ, pestiferũ
sibi et imperio ratus, quicquid bonitatis Hungaro impenderet.
Mittit et præfatus Mathias Hungariæ rex ad Stephanum Mol-
ieuodã Moldauiæ tres notabiles nuntios cum muneribus,
conciliaturus eum sibi, et a rege regnoq; Poloniæ auersum,
videlicet Dominicũ præpositũ Albẽn Casparum de Othwan,
et Michaelem de Pesth, pollicens sibi contra Thurcũ defen-
siõm. Id etsi Stephanus potentiã Turci perhorrescens, pro ma-
gno suscepisset, percussis tamen cum Hungaro certis fœde-
ribus, nullatenus induci vel frangi potuit, vt se a regno Po-
loniæ scinderet, aut se illi hostem quod maxime Hungarus
moliebatur, declararet. Poloniæ tñ rex CAsimirus cauens
sibi et regno suo in posterũ, et Stephani fidem fluxã timens,
strictius sibi illũ obligaturus. Stanislaũ Wathrobka de
Strzelcze Palatinũ Belsẽn, & Andream de Siecziechowicze
præpositũ Lanticiẽn & Canonicũ Cracouiẽn, in Valachia
pro festo Natiuitatis Sanctæ Mariæ transmisit. Qui noua
a Stephano feudi, subiectionis et obedientiæ exegerunt Sa-
cramenta:

Casimirus relegatos lu-
os ad Diætam Vngarica

consuetam mittit Matthia causas absentiæ suæ opponente,
Locustę regnum Poloniæ populantur:

CAsimirus Poloniæ rex sex hebdomadis apud noua ciuitatem Corczin exactis, Cracouiá octaua Augusti venit, et consiliarios suos in diætam Hungaricalem pro festo Natiuitatis Sanctæ Mariæ in locis consuetis, videlicet Sramouiczę et Noua villa, super differentia terrarú Russiæ et Valachiæ per communes regni Barones decidenda, videlicet Joannem Cracouien, Sbigneú Vladislauien et regni Poloniæ Vicecantellariú, Episcopos, Dobeslaum Kmitha de Vismiczę Lublinen, Spiskonem de Jaroslaw Leopolien, Palatinos, Joannem de Rithwiani Castellanú Sandomirien, et regni Poloniæ Marschalcú, Joannem Dlugosch seniorem, Magistrum Jacobum de Schadek, Joannem Latoschinski & Arnolphum de Mierzieniecz decretorú doctores Canonicos Cracouienses transmisit. Qui cum tempestiue in Nouam Sandecz aduenissent, & Vngarorum illic operirentur aduentum. Mathias Hungariæ rex literas regi Poloniæ et illis misit, significans se Turcorú bello impeditum diætá aliá pro festo Sancti Martini constituisse, quam CAsimirus Poloniæ rex fastidiuit suscipere. Sub huius temporis tempestate inauditum nouú in Siradiensi, Lanciciensi et Masouiæ regionibus emersit, Locusta enim ad longitudinem vnius digiti humani, capita ad instar vespertilionú habentes apáruerunt, quæ ex Pannonijs ferebantur per Morauiam et Slesiá prodijsse, circa Siradiam primú visæ, et abinde per Luchomirsko inter Lanciciam et Piatek progressa, in Masouia itinere assiduo grássabantur,

Longitudo congregationis earum trium milliariu & latitudo vnius cum medio miliarium erat, volabant ordinatis acie bus ad instar bellantiu et interdum prælantiu more, con gata illæ acies mutuo congrediebantur. Et vna quasi duce surgente, cætera ordinibus subsequebantur, loca fru gu et arboru in quæ cadebant deuorabant, nihil præter terram et simum sordidum relinquentes, densitatem earu vix sol penetrare potuit. Si in siluas declinabant arbores satis robustæ, mole earu pressæ in terram reforquebantur. Interdu pellebantur a locoru incolis, et vi repulsæ in alia secedebant loca, volatu suo frigidam ingerendo vmbram. Omen aliquod pernicioſu terris per quas faciebant tran situ præsagiendo.

Virgo Hedwigis Georgio Bauariæ duci desponsa ducitur et nuptiæ cum

summo gaudio celebrantur. Quibus Vladislaus Bohemiæ rex sæpius inuitatus indecore nō adest.

Casimirus Poloniæ rex ordinatis singulis quæ ad pompam dotis et nuptiarū pro filia Hedwigi, Georgio duci Bauariæ desponsata, in maximo splendore et abundantia esse credidit, et quæ centū milliu florenoru summam excedere videbantur. Sabbato exaltationis die

Sancta crucis, de Cracouia cum regina Elisabetha egressus, per Miechow et Andrzeiow, Piotrcow, Pabianicze ceteraqz loca, in Posnaniam aduenit. Quo illic stante noui nuncij ducum Bauariæ patris et filij aduenere, petentes vt sponsa promissa celerius ducerentur. Itaqz die lunæ decima Octobris, illustrissima virgo Heduigis regia conducentibus illa parentibus et germanis & multitudine copiosa ex Posnania salua et incolumis cum omni comitiua videlicet Stanislao de Ostroroz Calisien, Nicolao de Cuthno Lancitiensi, Palatinis Dobeslao de Kurozwanki Castellano Rosperen. Ioanne Sinowiecz de Koczmia Succamerario, Sbigneo de Hanczin gladifero Cracouien, Ioanne de Czizow, Stanislao de Brzezie Magistro coquinæ. Alberto Moniwid, Ioanne Charnowski, Janussio Dlugosch de Niessczow subpincerna, et pluribus alijs curiensibus. Item Anna relicta ducis Boleslai Thesnen. Dorothea de Senno relicta Ioannis de Koniecz pole, regni Polonia olim Cancellarij, ceterisqz matronis nobilibus splendide comitata, primũ in Vithemberg vbi à Baronibus et gentibus Bauariæ susceptа est, deinde in Lanczuth per vnum et amplius miliare pannis constrata via ab armatis hominibus in parte vtraqz iter ambientibus, sponso suo Georgio duce Bauariæ in singulari splendore illi occurrente, et posthæc à Friderico Romanorũ Imperatore, qui cum mille equitum turma, ad septimũ vt aiunt lapidem cũ Coloniensi Archiepiscopo, Alberto Marchione Brandeburgen, Ioanne duce de Mench, et alijs Almaniæ principibus occurrit, & in Lanczuth deduxit, vbi eadem die fœdus matrimonij fuit impletu

et per plures dies ludi varij agebantur. Derogauit huic tã celebri solennitati solus Vladislaus Bohemiæ rex, qui et à Cæsare certificatus et inuitatus, qui se illic sibi regalia daturum promiserat, et à ducibus Bauariæ enixius rogatus, venire leuo sidere quamuis grauifer suus Casimirus Poloniæ rex sumptus necessarios sibi misisset, distulit, omnibus amicis et præsertim Cæsari illum vocanti grauem inferens anxietatem et dolorem, hostibus verò fabulam et risu. Quapropter Cæsar fertur ad principes dixisse. Bohemiæ regem sedendo ad epulas refectionem neglexisse, qui et rebus suis alieno sumptu et ære vsus poterat optime prouidisse, et sororis nuptijs maximum decus adiecisse.

Non potest Casimirus tributum a suis obtinere. Qui Heduigim deducebant reuertuntur, nonnullis aura pestilente absumptis.

Expeditionem filiæ Casimirus Poloniæ rex perfunctus, ære in alieno multipliciter grauatus ex Polonia in Pyzdri et Iconin egressus in Siradiam pro festo Sancti Martini aduenit, et conuentu illic consiliariorum tenuit. sperans vniuersale subsidiu pro soluendo ære contracto ab vniuerso regno se obtenturu, Cuius in eroganda

ampla profilia sua dote fuerat effusio. Ibi cum pauci et infrequentes consiliarij maioris duntaxat Poloniæ conuenissent, et in subsidiũ pecuniale de quolibet laneo per duodecim grossos dando concionaliter si et in quantum consiliarij terrarum Cracouiensiũ et Russiæ id probarent, annuerentq; consensum rogati dedissent. Consiliarij Cracouiẽ et Russiæ nullatenus ad conuentum illum, sed neq; ad alterum pro die Sancti Nicolai institutum, non ignari ad quam exosum, et fasti diosũ singulis trahebantur onus venire solicitati noluerunt. Itaq; spe regia recidente ad irritũ. Casimirus rex ex Siradia in Pizdri reuersus, aliquot hebdomadarum illic illic exegit mora, deinde ex Pizdri discedens in Colo venit, ibiq; natalis Christi diem cum coniuge sua Elisabeth egit, vbi ad illum Barones et milites, matronæ et virgines qui et quę ~~virgines~~ filiã sua in Lanczuth comitabantur, honestis muneribus a ducibus Bauariæ honorati reuersi sunt, & pestẽ Epidimiæ quæ tunc & Bauariã et Almaniam vastabat infecti, plerisq; ex eis. et signanter Ioannes Czizowski, et Albertus Momwid nullo relicto successore in Colo mortui, magnum regi ne infectio in cæteros et in se serperet iniecerant metum.

Puer Christianus a Iudæis Tridenti cruci affixus necatur:

In ciuitate Tridentina, quæ versus Aquilonem sita, Italia

1407

à Germania fluuio Lauiso interlabente, disterminat ad
proprietatem pertinens Episcopi Tridentini, Iudæi in ciuitate
ipsa habitantes, quorum duces erant Angelus, Tobias et Sa-
muel, puerum insignem Simonem nomine ex pauperrimis pa-
rentibus Andrea et Maria, die Veneris sexto kalendas de-
cembris, anno ab ortu Saluatoris nostri Millesimo Quadrin-
gentesimo Septuagesimo secundo, in eadem ciuitate Triden-
tina, pontificante Ioanne Hinderbach genitū, et nondū vi-
ginti octo menses natū, adeo formosum vt portio in eo
à decore vacaret nulla, die Iouis vndecimo Kalendas
Aprilis ante fores ædis paterna ludentē clandestinē per
Thobiam Iudæū precio et promissis oneratū corripiunt, et
in atrio sinagogæ vniuersis congregatis, viuis carnibus
pueri in vultu, & in his quæ infer cauillam et cruris mu-
sculū inferiacent laceratis, puerū in crucis modū exten-
sū, corpus illud sacrū certatim acubus duris et Otibus den-
sis, à vertice vsqs ad plantas cum hac exprobratione con-
fodiunt. Iuxta hunc atqs Iesum Christianorū deū, qui
nihil est frucidemus. Taliter inimici nostri Christiani con-
fundantur in æternum, et oculos in cælū affollentem, & qua-
si superos in sui martirij testimoniū inuocantem extinguē,
& in vinarijs cadis abscondūt. Verū cum vi disent pueri
exquisita indagine queri, Episcopo Tridentino Ioanne a-
dito significant, subter domū suā vndas fluuij detulisse
cadauer pueri, et à cratícula retentū illic consistere. Id
antistes per prætorē Ioannem de Salis & præfectum suum
Acobum de Sporo ex Gurgite leuatū in Basilica Diui Petri

collocauit, et continuo stupendis miraculis clementissimus dominus adeo illud mirificauit, vt turbæ languentium ad eius inuocatiõm sospitatem consecutæ, et præsertim peregrini ex varijs regionibus Romam causa anni Iubilei gratiam consequendi, qui à Papa Sixto secundo institutus erat ibant, illuc glomeratẽ percurrerent, Iudæorum omne genus tam mares, quam fœmina captum est. Ex quibus authores facinorũ varijs enecati cruciatibus, sanguini innocenti parentarunt. Duo autem ex eorum numero videlicet Episcopus & doctor, et alter Iacob Ochman per fugam elapsi in Poloniam deuenere, et qui sibi orbem obstruxerant apud Polonià reperere diuersoriũ. Mansitq; vnus in Lublin, alter in Hrubieschow Iacobus Ochman, quamuis pontifices et alij ecclesiastici solicitassent frequentibus precibus et consiliarijs Casimirũ Poloniæ regem, nefam pestiferos homicidas in suis principatibus degere paterefur.

Mathias propugnaculum Turcorum expugnat Turcorũ et locusta Hungariã depopulantur.

In Aestatis anni huius fine, Mathias Hungariæ rex dato militibus liberali in auro stipendio, quod Hungariæ regnũ facta collecta promiser in id bellũ contulerat, cum maximo machinarũ, curruũ, bombardarũ, apparatu habens dece

millia pugnatorū, tam equestriū quam peditū contra Tur-
cam processit, significans se summo pontifici Sixto, et plu-
ribus Catholicis regibus Turcorum Caesarem metu suo con-
strictum fugientē persecuturū. Gloriationis autem suæ fu-
tilem retulit fructū, nam ad confluentia Danubij & Sauæ
cum tanto exercitu perueniens, et in ripas Sauæ ad Pan-
noniam regiō contingentem, bastam seu munitionē a Tur-
co erectā, quā quinq; milliū Turcorū manus egregie tueban-
tur offendisset, non vltra progredi ausus ne et a fronte per
Turcos qui et ipsi numerosū illi vix in distantia triū mil-
liariū opposuerant exercitū, et a tergo concluderetur illic
subsistit, et bastam propugnaculū hostile præfatū, non sine
suorū cruenta clade conquirens, et singulos Turcos illam
defendentes interimens, nulla alia re memorabili gesta,
Budam reuersus Friderico Caesare, missis ad eum solen-
nibus nuncijs, cuius prouinciæ Carinthiæ & Stiriæ per
Turcos Bosnā obtinentes tunc vastabantur, regalia sibi da-
ri, multis dolo oblationibus vtens petebat. Interim autem
Turcorū exercitus in magna multitudine ingressus, regnū
Hungariæ illud nemine resistentiā faciente, ferali cla-
de, afflixit, et vsq; ad Varadinū grassatus, ciuitatem etiā
Varadien, sexta die februarij, et vniuersā Varadien re-
ōm cæde et igne vastauit. Arx Varadien ægre defensa.
Captiua autem ducens multa millia christianorū, præda
etiā ingenti onustus in propria diuertit. Locustarum etia
infinita multitudo singula consumens et deuorans genimi-
na, præter folia vinearū Hungariam affligebat, cladem

super cladem coaceruante in eū annū in gentem Pannonica
diuina vltione: :: ::

1411

Kalimirus Castrum et ter-
ram Sochaczovien occu-
pat:

Annus domini Millesimꝰ
Quadringentesimus Se-
ptuagesimus Sextus:

Natalicio Christi et diebus sequentibus Ca-
simirus Poloniæ rex in Colo exactis, profesto purificati-
onis in Sochaczow habens in comitiua haud contemnen-
das gentes aduenit. Sequebantur enim illū Jacobus Gnesnen
Archiepiscopus, Sbigneus Vladislauien et regni Poloniæ Vice-
cancellarius. Andreas Posnanien, Andreas Varmien Episco-
pi, Barones quoqꝫ proceres et milites quamplures. Castrū
et terram Sochaczovien ex resignatione Annæ relictæ olim
Vladislai ducis Masouiæ iuxta pacta et conditiones apud
Colo recenter conclusas receptas. Quod dū duces Masouiæ
persentissent, duo illuc videlicet Janussius et Boleslaus
cum gentibus suis anticipando aduentum regiū in Sochaczow

arcem quacumq; arte et conditione occupaturi, et regem ab ea excluſuri, cum omnes milites Sochaczouien illis fauerent, et regis execrarentur principatum peruenisse. Verum arcem a familiaribus Archiepiſcopi Gnesnen Iacobi reperientes tam poſſeſſam in oppido cum suis subsistunt, de quibus omnibus CAſimirus Poloniæ rex certior factus, qui diem purificationis apud Lowicz absumere decreuerat, consurgens ex Lowicz, et nocte iter agens, dū adhuc tenebræ eſſent in Sochaczow peruenit, et re diuina apud Sochaczouien ecclesiā expleta, per Annam ducisſā in castrum perductus eſt, et arcis illi totiusq; terræ Sochaczouien data poſſeſsio. Apud quem in castro constitutū duces Maſouiæ Ianuſsius et Boleslaus per se et consiliarios suos longo sermone agebant. Supplicando ne eorum terras naturales ſucceſsione legitima ad eos deuolutas sibi appropriare rex niteretur. Quibus rex ipſe proprio organo respondens deduxit terras Mazouiæ, et terram Sochaczouien ex morte ducis Vladislai ad eū iuſtiſsimē et ratione feudi, et ratione emptionis a vera hærede Margaretha filia Semoniti et consorte Conradi Nigri ducis Olesnicensis fuiſse deuolutas, et duces Varschouien nihil in eis habere iuris tituli aut proprietatis. Quo responso audito duces præfati, Ianuſsius et Boleslaus ad propria remearunt, nec addiderunt vltra terram Sochaczouien petere. Ex eoq; tempore cœpit illā rex Poloniæ CAsimirus et regnum pacificē in prouincia modū poſſidere.

1483

1413

Casimiro in Prussiam
ueunte ut Nicolaum Tungen
de sede Varmiensi deice-

ret, et Mathias rex scribit regi, ne subiectum sibi Tungen vexaret, et coniunx sua vndecimam prolem edit.

EX Sochaczow Casimirus Poloniæ rex cum Elisabeth regina et curia sua per Gostinin in Brzesczie Cuianiæ peruenit, habens stipendiariorū mercede conductorū duo millia, sagacens maturè cum robore Curiensiū et stipendiariorū in Prussiam ingredi, et res Prussiæ per absentiam sua in difficultates et inuolutas componere. Nicolaū quoq; Tungen arroganter se in spem auxilij per Mathiam Hungariæ regem sibi ferendi gerentem, cuius se subiectū et adhærentem per publicas literas declarauerat de sede Varmiensi et castris eius diceret, sed cum Consiliarij ex terris Cracouiensibus, quos rex asciuerat tardiuscule venirent cōactus est rex cum consiliarijs maioris Poloniæ tempestiuè ad illos venientibus in Brzesczie subsistere diutius, adeò vt argentū omne datū stipendiarijs, et tempus ad quod mercati erant efflueret. Mathias interim rex scribebat Casimiro Poloniæ regi, monens vt fœderū et sufferentiarū memor subiectū suum et commendatū Nicolaū Thungen quietum esse sineret. Nam cum potentia et armis nequiret, conabatur

se chartis subuenturu. Elisabeth sub idem tempus Polonia regina cum esset ex Casimiro rege secundata, et tempus pariendi proximum sentiret, ex Brzesczie rege illic remanente, in castrum Nieszowa descendit et die duodecima mensis Martij hora vesperorũ filiam quintã prolem vero vndecimam parturiuit. Cui fonte baptismatis renascenti Anna nomen datum est, per Vincentium kelbassa Episcopum Culmen, in ecclesia parrochiali in Nieschowa baptismũ eius exequente.

Magister Prussiæ suspitionem defectionis præsens Casimiro regi purgans auxilium contra Tungen promittit. Quem Gedanen aperte defendunt, suspitionem defectionis de se augentes.

HEBDOMADIS aliquot in oppido Brzesczie, Nieschowa et Thorun, Casimirus Poloniæ rex inaniter consumptis, defluxo tempore ad quod aliquot millia stipendiariorũ nulli negocio operam dantium sed ocio et voluptate torpentiũ mercede conduxerat. Sterũ illos in tempus longius conduxit, & ociosè apud prædicta oppida tempus triuit. Consiliarios Cracouienses operiendo, qui tarde & pigrè, & in panco numero ad eũ conuenerant. Consiliarijs

1405
1415

maioris Poloniæ tempestiue aduenientibus. Sub quo tempore venit ad illũ Magistri Prussiæ Marschalcus Vlricus apud Thoruniam agentem, atq; ad persuadendũ composito sermone, rumorem de perfidia Magistri et ordinis sui erga regem et regnum Poloniæ patranda vulgatũ purgare visus, etiam ad subeundum duellũ cũ quolibet insimulationis huius authore se obtulit, subiciens Magistrũ velut consiliariorũ et principem regi obedienter singula facturũ, & in potestate regis futurum.

Tardius quam res exigebat Consiliarijs regijs ecclesiasticis et secularibus conuenientibus Casimirus Poloniæ rex ex Thorun mouens, duos filios natu maiores, videlicet Casimirum, & Albertũ. Item quatuor pontifices videlicet Iacobum Gnesnen Archiepiscopũ, Sbigneũ Vladislauien et regni Poloniæ Vicecancellariũ, Andream Varmien et Vincentiũ Culmen Episcopos. Item Stanislaũ de Ostroros Posnanien, Nicolaũ de Cuthno Lancicien, Nicolaũ de Koscielecz Iuniuladislauien, Palatinos. Ioannem de Rithwiani regni Poloniæ Marschalcum & Sandomirien, Ioannem Amor de Tharnow Voinicien. Castellanos, et alios consiliarios multitudinemq; Curiensiũ, et mercede conductorũ militũ habens in suo comitatu, in oppidum et castrum suum regiũ Mariemborg, magno cũ splendore die Iouis vicesima quinta Aprilis intrauit. Vbi ad illum singuli Palatini, Castellani et officiales ac militares. Singulæ quoq; ciuitates Prussiæ conuenerunt. Venit et post dies octo

Henricus de Richtemburg magister Prussia cum aliquot commendatoribus, feria videlicet secunda post Sancte Sophie, et per duos pontifices, Sbigneū Vladislauien, Andream Varmiense. Item aliquot Palatinos. Item omnes Curien regios ante ingressū dimidio miliario, celebriter exceptus, et vsq; ad locum hospitij conductus. Altera insuper die honore mense splendide, et donis magnifice et ipse et sui Commendatores honoratus est. Post dicendū licentia interim diem obtenta resumptis singulis que per Vricū Marschalcum nunciū suum regi perouerat: Verum et fidelem se regis et regni principem, consiliarium et subiectū multis rationibus profitebatur. Nec vnquā se verbo, facto, consilio, aut consensu pacis inscriptioni et sacramenti iuramento contrauenisse, aut quomodolibet contrauenturū esse, spondens se etiam cum nouo Turi iurandi interpositione in vniuersis conditionibus et articulis pacem cum suo ordine custoditurū. In deiectionem quoq; Nicolai Tungen auxilia et consilia opportuna, qua ab eo per regem expetebantur, communicato cum suis consilio daturū. Culpatus vero a rege quod nuncios Matthie Hungarie regis ad se admisisset, et cum illis clandestinos tractatus in damnū regis et regni habuisset. Non est probe inficiatus Hungarie regis apud se fuisse nuncios, sed eorū improbe legationi ruptura fœderis studiose requirenti expressū repudiū dedisse. A rege tandem ex Mariemborg ad sua in Krolowgrod, quasi promissa regi impleturus discedens, per Othonem Machwitz Palatinum Gdanen, et Stanislaū de Curozwanki Canonicū CRAcouien

1407
1417

et Vladislauien ad eum missos de ferendo contra Tungen auxilio et consilio, dilationibus variis interpositis, per omne tempus quo CAsimirus rex in Prussia stetit, rem omnem extraxit. Nec vllam efficatiã auꝰ virtutem verbis et promissis suis dedit. Gliscebat sub hoc tempore inter consiliarios et commune Gdanen sedition, clericis quibusdam eiusdem oppidi grauatis iure Teutonico in eorum patrimonijs, iniqua sententia ad sedem apostolicam de consensu regio recurrentibus, & iniuriatores suos qui consulares erant sententia interdicti, quam ordinarius Vladislauien admiserat, quibus commune fauebat percellentibus. Sed illam quoq; CAsimirus rex, missis illuc Iacobo Gnesnensi Archiepiscopo, et Ioanne de Rithwiani regni Poloniæ Marschalco honesto moderamine extinxit. Habita est tandem post multas dilationes et circuitus diæta generalis dieta in oppido Elbing in deiectionem Nicolai Tungen instituta. Ad quam licet multi consiliarij regij ecclesiastici et seculares, præter Gnesnen Archiepiscopum, singuli quoq; militares et ciues Prussiæ conuenissent, & magister Prussiæ promissione temerata ad illam venire detrectasset, per plures tamen dies et frequentes tractatus in diæta illa, nonnullis alijs ad id institutis, Consularibus Gdanensibus formaliter et aperte destitutiõm et deiectiõm Nicolai Tungen impedientibus, nulla conclusio efficax sequi potuit. Tunc quoq; notatum est Gdanen Consules fluxam et parum sinceram erga regem ostendisse fidem, qui & hostem infestũ regis Nicolaum Tungen tutabantur, & pecuniale subsidium à rege ex

petitum, aliis omnibus militaribus et ciuitatibus Prussiæ vltro consentientibus soli denegarunt.

Mathias Casimirum ad nuptias suas inuitat.

Pannoniorum rex Mathias cum Poloniæ et Bohemiæ regibus, ac Turcorum Cæsare bello per sufferentias suspenso, ad res familiares animum conuertens, Rudolphum Vratislauien., Ioannem Varadinen. Episcopos. Item Ioannem Opolien., Ianussium Ratiborien., Hinlconem Monsterbergen. duces in comitiua sexingentorũ equitũ in Neapuliam mittit, qui Neapulia regis filiam naturalem studijs, tum et literis eruditam, nomine beatricẽ, fœdere matrimoniali à Summo pontifice Sixto sibi desponsatam, et centum millia aureorum pro dote secum latura adducerent, pro dote die Sancti Galli apud Budam diem constituens nuptiarũ. Ad Poloniæ quoq; Casimirũ adhuc in Prussia agentẽ Nunciũ Casparum præpositũ Secpusien. mittit, ad solennitatem nuptiarũ pro die constituto inuitans, siue studio regem Poloniæ sibi conciliandi, siue quod magis creditum est contemptum sui expiandi quasi nobilius et splendidius matrimoniũ, quam filiæ Poloniæ regis connubiũ, pro qua annis pluribus superua, cui instabat sortitus est. Cui responsum est de amica inuitatione regem, regi gratiam agere. Barbaricorũ tũ bello

expectatione quæ illi et regno suo Poloniæ, et à Tartarorum et Turcorũ Cæsare explorato sciebat imminere. Nec vno quidem diei articulo regiones suas et principatus deserere posse.

Turca apud Varnam re-perto et summis viribus in Valachiam tendenti Martinus Chorązicz Casimiri legationem refert.

DVM hæc in Prussia aguntur, Mahumeth Thurcorum Cæsar odio implacabili contra Stephanũ Voiewodam Moldauiæ fremens, quod et illi tributum denegasset, Kiliam quoq; quam veteres Clistomastum vocauere, suis præsidibus deiectis sibi vsurpasset, et exercitũ suũ anno transacto, Centũ viginti millia continentẽ clade ingenti circa palum Balcowiecz, & fluuium Berlad deleuisset, omnibus suis potentijs apud oppidũ Lophia cõactis, contra illum hostiliter ire cæpit. Alexandro cuidam Valacho qui se germanum asserebat Stephani, expugnatam Valachiã & arces eius sub tributo commissurus. Procedente autem Turcorũ Cæsare in maximo & graui apparatu tam hominũ quam camelorũ et bombardarum in id bellũ Martinus Chorązicz de Wroczimowicze miles et nuncius regius, dudum ad Turcũ legationem obire iussus, sed varijs obstaculis impeditus et præsertim quoniã Stephano Voiewodæ Valachiæ parum honesta parumq; vt erat, vtilis videbatur

legatio, apud Varnam oppidũ Bulgariæ fortuito obuians, facta potestate dicendi vicesima secunda Maij, amicitijs veteribus, quas inter se reges Poloniæ et Cæsares Turcorũ habuerant commemoratis, rogabat et requirebat, ne Stephanum Voiuodam tanquam feudalem regis et regni Poloniæ bello inuadere contenderet, neu quoq3 Casimiro Poloniæ regi necessitatem imponeret, iusta arma contra se induendi. At Turcorum Cæsar Mahumeth cũ duobus tantummodo consiliarijs qui Bassæ in eorum vulgari appellantur, legatione audita, et veste ex nobilissimis pellibus sebellinis, in circumferentijs singulis, et fimbrijs, margaritis et lapidibus preciosis insexta pro munere sibi missa, gratanter accepta, breuiter se absoluens respondit non abnuiturũ se requisitionem regis Poloniæ eiq3 pro veteri necessitate morem gesturũ, si nũciũs ipse regius apud Hadrianopolim illum offendisset. Et quamuis post sumptus ingentes a bello contra Valachiã quieturum fuisse. Non litere autem iam sibi in hostili pene limine constituto sponsionem suã Bessarabiæ Voiuodæ, et Thartarorũ Cæsari, qui illum in id bellum suis legationibus & precibus perfraxerant et accenderant factam temerare. Non recusaturũ tñ temperaturumq3 se a bello, si Stephanus Voiuoda tributum retentũ et futurũ sibi pendere. Kiliam quoq3 ad Bessarabiæ principatũ pertinentem, et captiuos singulos restituere consentiret. Hæ, cum nuncio regio Martino Chorąsicz, conditiones pacis parũ æquę parumq3 honesta vt erant viderentur, nullo pacto per Stephanũ Voiuodam Valachiæ acceptandæ negocio infecto, et Cæsare Turcorũ

1421

iam apud Danubiu cum omni exercitu constituto, & Danubium nauibus superante, quinq; quoq; pontes ad quamlibet necessitatem ingruentem necessarios in Danubio extruente, Stephanoq; Voiewoda de omnibus quæ viderat et audierat certificato, ad Casimirum Poloniæ regem adhuc in Mariemborg se continentem peruenit, et bellum ingens a Turcorũ Cæsare non tam Stephano Voiewoda et ferris suis, quã regi et regno Poloniæ motum, non ex auditu sed ex certa scientia et visu, et suis consiliarijs, singula quoq; apud Turcorũ Cæsarem gesta, et responsum figmento magis quam veritate refertum denunciat. Sub idem quoq; tempus Tartarorũ numerosus exercitus, Turco laturus auxilia in Valachiam intrauit, et eam prius quam Turcus cladibus et vastationibus affligere cæpit:

Turca non incruenta de Valachis potitus victoria Valachiam igne et cæde vastat. Casimirus de successione fœminarũ legem fert.

Nihil prorsus Stephanus Voiewoda Valachiæ duorum fortissimorũ hostium, Tartarorũ videlicet et Thurcorum qui pene sub vno tempore (quoniam pro diuerso periculum verisi non audebant) Valachiam disparitis exercitibus infrauerant deterritus, sed mira et incredibili animositate

cor gerens iocundum et indefessũ, omnibus frumentis et v
ctualibus, ne hosti cederent in pabulũ igne absumptis, in
Tartarorũ exercitũ quorũ vires multo magis quam Tur
rum verebatur intrepidus irruit, et suffragio diuino fr
magna clade illũ contriuit atq; deleuit. Tantoq; ardo
fugientes persequutus est vt plures occideri in fuga, qu
in pugna. Quo terrore fugientes perculsi, non arma tant
modo quo ad fugiendũ promptiores forent, sed & arcus e
pharetras, et sellas, et amictus, vt saltem inermes et nud
effugerent, proiciebant et in fluuiũ Dniepr non secus qu
furiosi insiliebant. Ferocius deinde Tartarica victoria in
escatus contra Turcũ irrumpebat, et plures ex Turcis qu
primo Danubiũ nauibus superabant confecit, In particu
laribus quoq; congressibus per se et suos Turcos inuad
ex siluis in quas se et suos profunde conditos tenebat, præser
tim cũ frumentatũ irent, victor et superior euadebat, sin
gulosq; captiuos Turcorũ nullo respectu condicionis aut
ætatis habito, aut viuos excoriabat, aut in palos figens
donec Turcus multitudine abundans exercitu dispartito
illum et a fronte et a tergo circumdedit. Et nec sic quidẽ
tunc aliquo pauore circumdatũ, sed pugnam vltro appeten
tẽ, strenuissimeq; cum suis pugnantem. Turcus vicit, et non
amplius quam ducentos de suis prostrauit. Cæteri fere o
mnes sui, aduersis vulneribus consternati, sed et ipse Stepha
nus Voieuoda ad futura se reseruans et meliora, quo quemq;
sors ferebat fugierunt. Non tñ Thurco incruenta fuit victo
ria, tanta enim animositate a Stephano Voieuoda, et suis pu

1423

gnatum est, vt de Thurcis triginta prope millia cecidisse referantur. Claudicare caperat erga Stephanũ Voiewodam suorũ fides, feregs illum omnes Valachi deseruisse videbantur. At ille nihil hac clade aut vulnere motus, iterum se ad nouas pugnas, et prælia quibus poterat modis reparabat. Casimiro regi quoqs Poloniæ per frequentes et assiduos nuncios supplicabat, vt duodecim gentium millia sibi in auxiliũ mittere non retardaret, certificans regem adiutorio gentiũ habito, se de Valachia Turcam turpiter fugaturum. Lestis interim et fames duo intolerabilia mala in exercitũ Turci irrepserant, multigs quotidie geminata lue de Thurcis absumebantur, vnum erat Thurco et suis leuimen, quod Bessarabus Voiewoda Moldauiæ cuius occasione et gratia Turcus in id descenderat belli omnibus gentibus suis victualibus quoqs, et cætera quaqs re Turcum in quamlibet necessitate adiuuabat. Vehementergs Bessaraborum exercitus linguã et mores eosdem cũ Valachis habens, et terræ eorum secreta et interiora dinoscens, Valachos magis quam Thurcos affligebat. Cæsar Turcorum incertus et fluctuans quid amplius ageret flammis, incendijs, et depopulationibus, Valachiam conferebat. Ex qui[illegible] illi et suo exercitui maior crescebat fames, tota qs [illegible]alachia depopulata, et in flammam data, etiam [illegible]olia vertit manus, et aliqua illius ignobilia oppida et vicos igne absumpsit, Soczaua deinde et Cloczin arces expugnare aliquanto tempore aggressus, clade ingenti circa vtramqs arcem suscepta turpiter resilire, et alia moliri coactus est. Poterat tunc quide

Turcus cum omni potentia sua, quasi fera in cassibus deprehensa clade magna & per potentiam Casimiri Poloniæ regis et suarum gentium obrui, et funesta Valachiæ vastatio in illum retorqueri, sed dum nemo esset qui vincere hostem et iniquitate locorum, et fame pestegs fractum vellet (sive occupatio illa fuerit, sive cunctatio regis et suorum, nam pusillanimitatem suspicari turpe iudico) bellua illa è manibus elapsa est, et perpetua gloria regis & Polonorum neglecta. Ad quem vincendum sola potentia regis Casimiri quam secum ex Curiensibus et mercede conductis militibus habebat in Prussia, sufficiebat. Vbi nihil aliud tam memorabile gestum et institutum est in favorem militarium, quam quod veteri lege iuris Sveden abolita, sexus fœmineus virili deficiente in parentum hæreditates in morem iuris terrestris Polonici succederet.

Est Polonorum in Podoliam adventus & perdita cum bellicis tormentis classe, Tartarica deterritus Valachiam deserit, cuius discessionem Mathias dimissis

dimissis circumcirca literis sibi adscribens, ducenta millia
à Pontifice et ciuitatibus Italicis emungit hoc nomine,
Turca cladibus affecta Carniola Carinthia et parte
Stiriæ quingz item propugnacula, Mathiæ ad Istri
ripas iuxta Sunderowiá sita expugnat.

Consternati one plurima de Turcorũ in Valachiam hostili ingressu et de cladibus incendiisqz per eos commissis, peiora ominans committi. Casimirus Poloniæ rex non secus quam par erat, cum consiliarijs secumqz præsentibus, singulis fere diebus, nouis et recentibus Nuncijs alia super alia mala, quæ dietim accidebant, commotus rebus Russia infectis magis quam reformatis (Nec enim reformare pertinacia Gdanensiũ qui Nicolao Tungen fauebant sinebat) ex Mariemborg sorore sua Elisabeth ducis Stolpen Henrici relicta honoratæ Xenijs insignibus, et filio suo Bogusalo balteo militari, suis quoqz proceribus initiatis, per quamplurima fraudũ et dolositatũ commenta, quæ per Mathiam Hungariæ regem contra se et statũ suũ, atqz regni Poloniæ, cum Magistro et ordine Cruciferorũ ac plerisqz mortalibus agitabantur, elucidata aliquidum agnoscens, ad Nieschouam aduenit. vbi illũ Elisabeth regina, per totum tempus moræ suæ in Mariemborg opperiebatur, & exinde feria quarta post Sancti Laurentij, quæ fuit quartadecima dies Augusti Piotrcouiam aduenit, et conuentum illic generalem rebus Valachicis prouisurus tenuit. Consurgunt itaqz omnes terræ Russiæ, videlicet Premislien, Leopolien, Podoliæ, BElsen

Chelmensis iussu regio ad arma, et circa oppidum Camie-
niecz sub ducatu Pauli Vasienski, regni Poloniæ Vicethesau-
rarij, ac Capitanei Belsen et Chelmen campestria tenent, in omni
necessitate Stephano Voieuoda Valachiæ, cui etiam et Vala-
chi à fide sua alienati et auersi, constantia sua et animo-
sitate perspecta operas suas enixius quam vnquam inten-
derant, auxilia contra Turcũ laturos. Sed casus fuit et
ridiculosus oneroſusq; terrarũ Russiæ ad meditulia Podo-
liæ ingressus. Pluribus enim hebdomadis in locis varijs
Podoliæ statiua habentes proprios turbabant et deuora-
bant, non Turcũ, maiores hostilitates, maioresq; prædas
diebus singulis agendo in ciues quam in hostes. Et licet
Stephanus Voieuoda Moldauiæ illos varijs nuncijs et lit-
teris ad succurrendũ sibi solicitasset, clades suas et op-
pressiones suæ gentis declarans et torporem illis contume-
liosis verbis exprobrans, non tamen illos trahere potuit
ad aliquã subuentionẽ, qui aduentum Casimiri regis cum
maximis copijs, quem illis frequentibus denunciabat li-
teris et nuncijs operiebantur, neq; progredi contra hoste
rege inexpectato, neq; redire iniussu regis honestum rati,
in vnis statiuis consistebãt. Interim classis Thurci qua
et supplementũ militũ, et machinamenta varia ad conqui-
rendas arces et vrbes vehebat, diuina prodente clementia,
fluctibus Pelagi et tempestate delet a est, quo nuncio Turcus
conterritus, cum et Polonia regem sibi sentiret indies immi-
nere. Valachia relicta in Constantinopolim rediit. Reuersi-
onem autem Matthias Hungariæ rex in suam laudem tra-

ducens, metu processus sui illum scriptis vulgant non reuertisse sed fugisse. Quapropter et Papa quartus Sixtus, & Ferdinandus Apuliæ rex, et omnes principes et communitates Italiæ, præter solum Mediolani ducem qui se ludificari non permisit, collatione facta ducenta millia aureorũ, ad conferendum Turcũ sibi transmittunt. Qui illis et victoriã de Thureo, et illius repromittebat exterminiũ, sed interim copiosus Turci exercitus ex Bosnæ regno insperate & subito sexta decima octobris aduenies, omnem Carniolã, Carinthiã, et partem Stiriæ graui clade (præsidijs in propria quoniam illis conuenta merces nõ soluebatur, dilapsis) depopulatus est. Salczburgensemq; et Bambergẽ episcopatus, graui afflictione vexauit et vsq; ad montes Italiæ grassatus est. Multasq; animarũ Catholicorũ cateruas in perpetuam seruitutem tunc abduxit nemine resistente. Eo autem facinore non contentus, ad expugnandũ quinq; propugnacula fortissima in litore Histri in parte inferiori castri Smiderov, a Mathia Hungariæ rege ex lapidibus fabricata, et præsidio quinq; millium militum munita, ne obsidio castri Smiderov, quam primo veris tempore facere infendebat impediretur, gentes suas transmittit. Quæ nihil vel parum morata propugnacula per vim, quintum per deditionẽ conquirunt. Turcus ipse solus cũ potentiori exercitu consistebat in propinquo, vbi gens sua propter asperitatem hiemis habebat focos, suis si rex Hungariæ illos inuadere potuisset, celerrimũ auxiliũ laturus. Quibus magis Papa Sixtus, et principes et communitates Italiæ

cognitis, tum se primum à Matthia Hungariæ rege, et aliò cero eius Ferdinando Neapolitæ rege magis infestè exerunt, circumuentos qui iam filiam suâ Beatrice Friderici Imperatoris denunciatione non obstante locauerat et in fauorem generi collectam huiusmodi cogebat, non tam Italiæ quâ Hungariæ regi profuturam. Quæ in Hungariâ adducta, & feria quinta in die Sancti Lucæ Apostoli in Albam regalem adducta, coronata die Dominico sequenti, thoro regio iuncta est.

Peractis Petricouiensibus Comitijs Casimirus Belsiam uenit cum Turco

congressurus, Quo ex Valachia discedente, in Lithuaniam & ipse Casimirus redit.

CVM apud Piotrcouiensem diatam tribus hebdomadis nequicquam fuisset immoratus (Nam exquisitis sententijs licet fuisset per plures dies certatim disputatū, non tamen comprehendi potuit aliqua via, per quam potuisset hosti tam infesto et potenti, potentior resistentia, æstate iam ad hiberna declinante, et regionibus Podolia et Valachia, et à proprio milite et hostili quassatis fructuosè opponi) discedens tū Casimirus Poloniæ rex ex dicta Piotrcouiensi per solitas stationes in Radom se contulit, & exinde visitato Monasterio Calui montis, et ligno viuifica

crucis suppliciter adorato, in dietam particularem nouæ ciuitatis Corczin a proceribus Cracouien orarum pro die Sancti Mathæi Euangelistæ, tensam venit. In qua per quindeci dies cum consiliarijs et militibus subsidiu peccuniale per quatuor grossos de quolibet laneo in defensionem terrarum Russiæ, quod et oræ maioris Poloniæ se indilate collaturas, si in illud oræ Cracouien consentirent, obtinuit. Quod quidem subsidiu a Cracouiensibus oris illico solutum oris maioris Poloniæ, propter differentia militu non implentibus sponsione, quod agreferrent Magistratu Capitaneatus maioris Poloniæ a Mathia de Dmoschin Palatino Calisien contra leges teneri. Ex dieta autem nouæ ciuitatis Casimirus rex per Andomiriam, & loca solita gradiens peruenit in Lublin, vbi illius ex Radom aduenientis Elisabeth regina operiebantur aduentu, vbi quinqs diebus immoratus, in terram Chelmen, & in loca Crasnistaw, Hrubiesow, deinde in Belz processit, vbi quindecim diebus immoratus specie resistendi hosti Turco si in vltericra regni ex Valachia grassaretur ostendit, sed Turco ex causis quas rex voti sui compos effectus in Lithuaniam concessit, & magnam partem autumni & veris, totamqs hiemem illic agens, venationes assidue tractabat captata temporis opportunitate. Quoniam copiosæ niues terram operuerant, assidua etiam & intensa gelua terram premebant. Et propter tam sæuam hiemis intemperiem multi mortales venationibus intendendo, aut extincti cadebant, aut in vasis & naribus truncabantur.

Fridericus Romanor. Imperator domitis suis rebellibus Australibus bellum in Mathiam parat, CAsimirum ad idem exhortans, noninuito Senatu Hungarico, vnus Senator Polonicus consilia suarum regi Mathiæ prodit.

Fridericus sub idem tempus Romanorũ Imperator et Austriæ dux suspicatus vastationẽ Turcorũ per subordinationẽ Mathiæ Hungariæ regis erupisse, dolore nimio permotus, sufferentijs pacis quarũ fadus apud Vratislauiã in trienniũ ictũ erat, reiectis, propriorum et mercenariorũ militũ facto delectu rebelles suos Australes, et eorum arces, qui cũ Mathia Hungariæ rege habebant confœderationẽ et ligam et aliquot castra fortia, & præsertim Grosinscier, qui aliorũ rebelliũ erat princeps aut per oppugnationẽ, aut per deditionem conquirit. Cui etiã huiusmodi bellũ agenti, Vladislaus Bohemiæ rex disrupta et ipse pace, ad beneplacitũ Friderici Cæsaris, quatuor millia suorũ Bohemorum equitũ et peditum, quorum Burzian Capitaneus erat transmiserat, et quorũ auxilio Fridericus Imperator, et plures victorias de ho-

stibus, et de eorum arcibus conquisitiones referebat. Summa autem intensionis contra Mathiam Hungariæ regem gerendi ab imperatore belli, in proximam æstatem differebatur. Sub quo quidem tempore Fridericus Imperator, CAsimiri Poloniæ regis misso ad illum vsqz ad Lithuania, Raphaele Lesczinscki milite Poloniæ Curiense suo. Item Vladislai Bohemiæ regis. Ite electorū imperij. Item principum Almaniæ personale auxiliū inuocabat. Et ne vetera Poloniæ & Hungariæ regnorū fœdera, essent obstaculo, Joannes Balcsi-
sloër, natione Vratislauien Archiepiscopus Strigonien qui tirannidem Matthiæ Hungariæ regis fugiens, in Austria apud imperatorem exulabat. Poloniæ regi CAsimiro per Andream Oporowski Episcopū Varmien intimauit (quem Poloniæ rex ex dieta Piotrcouien ad Cæsarem Fridericum trāsmiserat, rogando illū ne se bella Thartarica et Turcorū agenti in bella sua traheret) æquissimo animo, si Hungariam Polonia rex à tergo inuaderet, proceres Hungariæ laturos. Defecit etiam idē Strigonien Archiepiscopus, Joannes per eundem Andreā Oporowski Episcopū Varmien Casimiro Poloniæ regi, personam et nomen vnius Baronis Poloniæ ex consiliarijs regijs principalioribus qui cum insimulatione nonnullarū inno centiū personarū (quoniam in illū nulla suspicio cadebat et cadere poterat) Hungariæ regi MAthiæ singula consilia et decreta regis Poloniæ et singulas sententias suorū consiliariorū perscribebat :-:

Matthias rebus suis con

iulturus cum Magistro Prussiæ inscio Casimiro ferit clandestinum fœdus a Thesnense duce autu

ptus propter se factos repetit, aut ex ducatu discedere eum iubet, Draculá Bessarabię Palatinũ ex vinculis dimissũ cum Stephano contra Bessarabos comiter bellũ gerere iubet.

Videns autem Mathias Hungariæ rex, et ab Imperatore Romanorũ Friderico & coadiutoribus suis Poloniæ et Bohemiæ regibus. Item a Turcorũ Cæsare angustiatum se esse, veritus quoqs amplius se angustiandũ iri, præsertim cum de propriis gentibus Hungaris, oppido illi infestis magna illũ et assidua cura et suspicio distineret, vt cumqs sibi et suo statui consulturus, ad versuta et callida se vertit consilia, et cum Magistro Prussiæ Henrico de Richtemburg suoqs ordine per Nuncios a Magistro et ordine ad solennitatem suarũ nuptiarũ Budæ cũ noua sponsa Beatrice Ferdinandi Neapolitæ regis filia, clandestinũ fœdus dudũ quidem per internuncios decoctũ, de vicianda perpetua pace, et bello regi et regno Poloniæ monendo conclusione finali consumat, et pro con-

ducendis mercenarijs militibus in subsidium ordinis et, magistri quatuordecim millia florenorũ in manibus consulũ in prætorio Vratislauiẽ reponit. Premislaum Thesnẽ ducem requirit, qui licet stricta consanguineitate Casimiro Polonia regi ex sorore amitali germana genitus, coniunctus erat partes tamen Hungaricæ fratre propinquo Vladislao Bohemiæ rege deserto enixius quam conueniebat sequebatur) vt pro damnis et sumptibus in Slesia apud Vratislauiam, et expost in fauorem & ordinationẽ rerũ suarũ factis, auro minorato sibi satisfaceret, aut perpetuo excederet de terra et arce Thesnen. Quo ille nuncio deterritus, inops, qꝫ consilij quid ageret, et serius dolos Mathiæ Pannonici regis perpendens, ad Vladislaũ Bohemiæ regem se contulit, eius se subiciens quam ille tunc quoqꝫ aspernatus est, ditioni & defensioni, tribus quoqꝫ nuncijs Petrum Komorowski cum filio Alexandro ad se accersitum induxit, vt castris Orawa, Likawa, Sklabina, Kradek, Sancto Nicolao, Rozemberg et alijs dolo interceptis sibi restitutis, in Bervvalth, Sirviecz, et Szeflari castrorũ illum mitteret possessiõ. Restituit et Vladislaũ Draculã Voiewodam Bessarabiæ, annis propè ducdecim in captiuitate tentum, & eum cũ Stephano Voiewoda Moldauiæ gentibus communibus contra Bessarabiã et præfectũ eius Thotrusch a Cæsare Turcorũ velitũ, gerere bellũ iussit, quo illũ sibi contra Poloniæ regẽ strictius conciliaret. Qui etsi primo prælio Bessarabos fudissent, et castra omnia Bessarabiæ in suam redegissent potestatem, in altero tñ prælio Bessarabi

Turcorũ auxilijs adiuti, vtrumq; fusum de Bessawabia expu-
lerunt, quam postea Iotrusch Turcorũ Cæsaris præfectus re-
petijt, et in suam potestatem redegit, in ea tñ expeditione Dra-
cula, fraude serui sui occubuit.

Carolus Burgundiorũ dux fuso exercitu suo occiditur.

CAROLVS Burgundiorum dux, et Hungariæ regis (pares enim animos & mores à natura sortiti erãt) confœderatus, et ob id Polonis infestus, cladiũ suarũ ignominiã, quæ illi nondum biennio elapso à Switten-sibus tenui robore secũ certantibus acciderant, vlturus. Du-ci quoq; Lotharingiæ Ludouico quam maximè iratus, quod illum oppidũ Nusch obsidentem contra Fridericũ Romano-rũ Imperatorem non iuuerat, frequenti suorũ & mercena-riorum militũ delectu habito, habens pugnatorũ quadra-ginta millia, et credens se ducẽ Lotharingiæ, et omnem Swittensiũ manũ non solum profligatũ, sed insuper omne e-orum genus et nomen exterminatum iri, in arma consurgit & omnem Lotharingiæ facile occupat principatũ. Residua quoq; ducis Lotharingiæ ciuitatem dictam Nausengia dum graui premeret obsidione, venit dux Lotharingiæ Lu-douicus cum gentibus ducis Austriæ Sigismundi & Switten-sibus et alijs confœderatis, contra eũ non nisi decem millia suorũ gentiũ habens ipsũ profligauit. vbi superatus et graui

cæde cum suis obrutus, ad extremum ne tam forti et numeroso suorum exercitui supereſſet, occisus in fuga a quodam ex suis Burgundionibus qui tirannidem suam et iniustorũ bellorũ multiplicationem execrabantur, et apud cænosam paludem, non nisi die tertia repertus. Manibus Leodiensiũ ciuiũ interfectorũ pœnas dedit, quorum excidium effecerat pro eo quod germanus suus non legitimus ad ecclesiam Leodien per Papam Piũ contra verum electũ promissus non admittebatur. In oppido Xanse ante quod pugnatum est sepultus. Victoriæ illius diei et pugnæ omnis gloria, apud Ludouicum ducem Lotharingiæ quem aliqui titulabant Brusuicen, et apud Suittenses permansit.

Hadi tam memorabili aliud atrox et horrendum facinus subnectam. Mediolanen dux Galeacius, quandam ex ciuibus suis nobili et magna domo ortam, non minus pulchritudine formæ captus, adamauit. Cui maritus ex spectabili quoq3 genere et domo antiqua, vel facilitate vel principis metu vxoris amorem inconcessũ toleraũit. Cius germanus generosioris animi id permoleste ferens, fratrem crebrius vt vxoris famæ & domui ipsorũ honestati consuleret, admonebat. Sed cum is mortis metum sibi a principe irrogandæ opponeret, ille gradatim Euangelicam doctrinam impleturus gloſem adijt, illamq3 ob generis sui nobilitatẽ honestatemq3 in familiam suam genus et domũ adscitam esse, sperans illud domui eorũ decori fore, commemorauit. Verum iam vulgatissimum esse, atq3 per ora plebis volitare,

eam insano principis amore deditam atqs captam esse. Mo-
hebat deinde eam vt consuleret suæ atqs virinsqs parentū ho-
nestati. Mulier vt sit capta ai crimine correptionem leni-
ri indigne ferens, rem principi detexit. Qui indignatione
percitus et ira, non audens ciuem nobili genere ortū aperte
perdere, calumniatores ei subornauit. A quibus in iudiciū
vocatus, et de calumniosis vitijs convictus, per principem
morti addictus est. Frater id amarius quam vxoris facinus
ferens, statim fratricidij scelus in principe vleisci destina-
uit. Sed cum non facile sibi ad principem aditus præsta-
retur, locum et tempus obseruauit. Et cum in die sancti
Stephani prothomartiris in celeberrimo, ampliſsimo &
ornatiſsimo diuo Ambrosio dicato Mediolanen̄ templo,
quod ad instar sanctæ Sophiæ Constantinopolitanæ
ingenti structura fabricatum est diuinis interesset. Ciuis
ille speciem legationis et nuncij præseferens et manu li-
teras tenens principem adijt, stipatoribus ducalibus lon-
gius stantibus, et non suspicantibus aliquot malū. Cui
facinora sua exprobrans, atqs inter loquendū siccam qua
veste occuluerat, principem pluribus vulneribus circa
præcordia confodit. Eiulante duce deinde qui prosiluerūt,
atqs ciuem membratim frustratimqs conciderunt. Dux
in diem tertiū viuens, facto testamento, quo suos hæredes
Senatui Venetorū commendauit, mortem fœdam obijt. Muli-
er lubricitati suæ indulgens, tres simul viros insignes, viru-
leuirū & adulterum neci contradidit. Sub eodem tempore
Marchio Ferarien̄, Hercules naturalis & illegitimus, a fratre

1437

legitimo Nicolao, cum fauore et auxilio aliquorum ciuium Ferrariensium, et ducis Mediolani inuasus, fratrem inuadentem vincens captiuat, et capite obtruncat. Annus insignis sed maxime fatalis ducibus.

Casimirus legationibus Ferdinandi et Vladislai atq; rumoribus perc[illegible]us ad comitias [illegible] de inferendo Matthiæ bello [illegible]ulturus. Anno Domini Millesimus Quadringentesimus Septuagesimus septimo

Huius anni Natalem domini diem, qui in diem mercurij cadebat, et sequentes apud Vilnam cum Elisabetha regina et cum duobus filijs Casimiro et Alberto, tempus quoq; carnispriuij, & dies quadragesimæ in Throki Casimirus exegit. Legatione autem Friderici Cæsaris Rhomanorum, per Raphaelem Leszinskei militem, et Vladislai Bohemiæ regem filij sui, vt contra Mathiã Hungariæ regem tempestiuius

consurgeret, et communibus viribus aduersus illum gereret bellum. Rumoribus etiam quibus Hungariæ rex Poloniæ regnum innaturus non vulgarem stipendiariorū aggregauerat in Slesia manum, percitus ex Lithuania rebus illic vtcumqꝫ compositis priusquam animo destinauerat mouens in Lublin feria quarta ante festum Paschae, quę fuit secunda Aprilis venit. Et Pascha domini illic celebrato, post dies octo exinde recedens in Piotrcouiam post Conductum Paschae, tredecima Aprilis aduenit, generalem diætam diu indictam celebraturus, et rebus publicis prouisurus.

Georgius Archi[redacted]pus Leopolie[redacted]

Iocessima nona Ianuarij Gregorius Leopoliensis Archiepiscopus vir doctrinæ singularis, et in studijs humanitatis apprime eruditus, cum annos prope triginta in pontificatu exegisset, & notabiliter coemptis aliquot villis consensu regio obtento Archiepiscopatū Leopolien auxisset, apud Rohatin oppidū suæ ditionis agens, nullumqꝫ dolorem sentiens in cruris modū in cubiculo suo in terram facie tenus prostratus, inconfessus et inuiaticatus exanimis repertus est, & in Leopolim exinde reductus, in sua Leopolien ecclesia sepultus. Vir musis amicissimus, et tam in prosa Pierita quam carmine cæterisqꝫ humanitatis studijs. In declamationibus quoqꝫ ad populum memorabilis. Cu-

ius vita a Philippo Calimacho Italo Florentino egregie descripta est, vacauitq; sedes annis plus quam duobus. Morbo incertum est extinctus an veneno a faminis propinato, in quas intemperate se agebat.

Premislaus Thesnensis moritur, relicto hærede nepote ex fratre, Mathiæ exercitus timore militum Vladislai ex Slesia discedit. Suidnicenses & Bauarienses Bohemiæ regi deduntur, idem reliqua Slesia factura fuisset si rex exercitum ex Slesia deduxisset Friderico opem laturus.

Vndecima Martij Premislaus Thesnensis dux tristitia et mœrore vt aiunt confectus magis quam morbo in arce Thesnensi diem obijt. Quod Mathias Hungariæ rex cum quo sentiebat, et contra Casimirum Poloniæ, et contra Vladislaum Bohemiæ reges, quamuis illis stricta consanguinitate vt pote ex sorore amitali germana Offka Casimiri Poloniæ regis genitus, coniunctus, illum de dimittenda arce et ciuitate Thesnensi, aut de soluendis sumptibus in bellum Slesiticũ in eius liberationẽ expensis, & tribus millibus florenor

et quingentis florenis eidem duci gratuito donatis, grauiore
lestatione requirebat. In Monasterio autem fratrum prædi-
catorum in Thessin sepultus est, vnam tantummodo filiam
Hedwigim ex Anna Boleslai ducis Varschensis filia susceptā
relinquens superstitem. Qui moriens nepotem suum germa-
num Casimirus, filiū Boleslai germani testamento rdiquit
omnium principatuū suorum hæredem. Quos principatus
ex Praga aduenies (in obsequiis enim Vladislai Bohe-
miæ regis agebat) Mathia Hungariæ rege nequiquam
obstante & ad suam trahente iure feudali ditione est con-
secutus præfatus siquidem Mathias Hungariæ rex trans-
missis primo vere in Slesiam quinq; stipendiariorū millibus,
et Glogouiam maiorē, & Goram Swidnicam, & Jauor, cæ-
teras Slesiæ ciuitates intercipere et occupare nitebatur.
Verum cum tantum exercitū et nulla ciuitas Slesiæ susci-
peret, sed nec Vratislauia portis clausis perniciem suam
si ingrederetur verita, magnusq; omnium victualiū & pa-
bulorū illum defectus affligeret, in bilem quendā & furorem
conuersus plus quā hostiliter sæuire in eos, quibus laturus
erat auxilium cæpit, depopulando agros et villas, sacrasq;
ædes & templa incendendo imbellem sexū trucidando,
virgines, mulieres, puerperas spoliando atq; defforando.
Superuenit et ex Bohemia sub ducatu Joannis Thowacsow-
ski, quatuor millia gentiū expeditarū habens, ab Vladi-
slao Bohemiæ rege destinatus exercitus, quem Hungarius
veritus (decernere enim cum illo quamprimū æstuabat,)
ex Slesia tumultuarie in Hungariā, spoliis onustus suorū

redijt. Swidnicen et Jaurien alteram saper alteram à Bohemis
ne cogerentur sub idem tempus experiri vastationē et cladē 1441
paci suæ quam optime cum Joanne Thowaczowski inito fœ-
dere consuluerunt. festo sancti Bartholomæi elapso, Vladis-
lao Bohemiæ regi deditione repromissa. Factisset hoc ipsū
& omnis Slesia ob clementes et ingenuos mores Bohemo affe-
cta, ob truculentos vero Hungarum perosa, si diutius Bohe-
miæ regis apud eos immoratus fuisset exercitus. Quem Bo-
hemiæ rex ad se reuocare coactus est. Fridericum Cæsa-
rem contra suos in Austria rebelles, à Mathia Hungariæ
rege subornatos. Cui iampridem quatuor millia equitum &
peditum sub ducatu Joannis Bursian transmiserat, perso-
nali auxilio, et frequentiori nouoqꝫ exercitu adiuturus.
Electoratusqꝫ imperij insignia siue regalia à Cæsare su-
scepturus, pro quibus et Hungaria rex multipliciter vendi-
cando sibi Bohemiæ regnum non tam per se quam per sum-
mi Pontificis et Cardinalium suffragia instabat: :: :

Auxilium Friderico Im-peratori & Bohemiæ regi Vladislao a Casi-miro domesticis bellis implicato denegatur.

Cruciferi contra regem Poloniæ fœdus faciunt.

Generali diæta apud Piotrouiam prox̄ decima die Aprilis instituta aduenientē, id primū agere placuit

vt imperatori Friderico, & pro fœdere secum inito, et in fa-
uorem Vladislai Bohemiæ regis, quo celerius conseque-
tur regalia, subsidium de quatuor millibus mitteretur ex-
ercituale, et quamuis id factu optimũ omnium consiliari-
orum probarent sententiæ. Magis tamen vt id fieret, quam
quomodo impleretur reperiebatur, proprijs militibus tam
remotam expeditionẽ recusantibus. Collationem vero æris
qua mercenarij milites stipendiarij ærario regio nullo ex-
tante possint magnopere execrantibus. Itaq; & nuncio
Bohemiæ regis Ioanni Rupowski Magistro Curiæ regię
in huiusmodi Piotrcouiensi diæta, & expost Raphaeli Le-
szczinski militi & nuncio Cæsareo subsidiũ huiusmodi ef-
flagitantibus, nullum efficax responsum dari potuit,
opposita excusatione, quod Casimirus Poloniæ rex pro-
prijs et maxime barbaricis bellis contra Thartaros et Tur-
cos et Cruciferos. Item Petrum Komorowski quę nunci aba-
tur imminere intentus, exteris vacare non posset. Ad leni-
endum quoq; animos deposcentiũ Andreas Oporowski E-
piscopus Varmien ad Cæsarem. Ioannes Drzewicki notari-
us regius ad Vladislaum Bohemiæ regem spem pro re vtri-
q; ostensuri, destinati. Æquiori animo Bohemiæ rex eã
excusationem quam Cæsar suscepit, quod et morigerari
illum parenti oportuit, & tria millia florenorũ ai patre sibi
destinata excepit. Non remiserant inter hæc Cruciferi
de Prussia pro renouando contra regnũ et regem Poloniæ
bello animos, sed clandestinis tractatibus illud summope
regerere operis effectu exestuant. Faciebat eis spes & ani-

mos Mathias Hungariæ rex, qui ad id bellum gerendum, omnẽ impensam suã pollicitus, & operam, eos animabat et instigabat. Discurrebantq; frequentius Commendatores ex Prussia in Hungariam ad Hungariæ regem conficiendo hinc inde pacta cum rege, modos et fœdera per quæ ille ipsos in suam assumebat protectiõm et defensam. Faciebat autem transitũ ex Prussia in Vngariam per regnum Poloniæ in habitu dissimulato quos Nicolaus Comorowski de domo Ciphorum Polonus regi Vngariæ post spoliũ castrorũ in eum patratum reconciliatus, in perfidiam & rebellionẽ et ipse contra regnum & regem Poloniæ spectans, a rege Hungariæ cui se iam totus addixerat per se & suos conducebat. Faciebant etiam eis animos aliqui ex militaribus et ciuibus Prussiæ, et signanter Stiborius Mariemburgẽ, Ludowicus Chelmẽ, Palatini. Philippus Bischoph Consul Gdanẽ, qui ampliores largitiones et libertates, quam quæ erant illis satis amplæ a Casimiro rege Poloniæ concessæ, ambientes, simulabant se idq; Cruciferis significabant, in eorum deditiõm iusiurandi funiculo temerato transituros. Id cum primũ rumore vulgatũ, deinde certis indicijs patefactũ fuisset, literæ quoq; Crucigerorũ quibus perniciosa eorũ voluntas detegebatur intercepte. Rex Casimirus magnitudine periculi motus vt singuli tam fideles quam perfidi continerentur in fide. Petrum Dunin Castellanũ Siradiensem et Capitaneum Lancitiẽ cum sexcentis equitibus et quadringentis peditibus, adiungens ei Joannem Biali in subsidiũ in Mariemborg transmittit. Primitijs bellorũ quas propediem Cruciferi afferebantur excituri occursu.

1443

rum, donec rex cum ampliori si id necessitas exigeret, sub-
sequeretur exercitu, solicitati insuper fuerunt Masouiæ du-
ces, CAsimirus, Boleslaus & Ianussius tam ab Hungariæ
rege quam à Cruciferis, vt cum eis sentire & contra regem
et Poloniæ regnū fœdus cum illis iungere vellent. Conuen-
tusqꝫ aliquot ducū Masouiæ cū Cruciferis ob eam rem
habiti. Procliuiqꝫ erant ducum Masouiæ cum suis consi-
liarijs ad tam perniciosum fœdus consentiendū animi, ni-
si illos metus regis & regni Poloniæ, pauorūqꝫ Consiliario-
rū Masouiæ spectata virtus, à nephario opere reuocas-
set. Militares insuper et ciues Prussiæ, scelesto proposito Cru-
ciferorū ad liquidum cognito, dieta apud Mariemborg
vltima Iunij celebrata, firmissimè coniurant à ditione &
obedientia regis et regni Poloniæ nunquam se descituros
memores grauissimarū iniuriarum quę sub magistro et
ordine pertulerant, respiciendo ad beatitudinē fœlicitate-
qꝫ qua sub rege & regno Poloniæ pollebant. Vnde et indic-
ta huiusmodi quamprimū bellum ingrueret, singuli milites
se arma sumpturos, singulæ vero ciuitates se armatorum
certum numerū daturos, singuli agrestes quatuor, quintū
expediturū decernunt deuouentqꝫ. Militares quoqꝫ & ci-
uitates sub ordine consistentes speciali conuentu habito,
decernunt temeritatem Crucifererorū si in bellum contra regē
et regnum Poloniæ grassati fuerint nullatenus. Celebrauit &
ordo CRVciferius in Kinsberg quarta Augusti generale
CApitulū, et sub præsentia Commendatorū, qui de Rheno
ad electionē conuenerant, fratrem MArtinum Prukses Com-
mendatorem

mendatorem Osterodensem nouiter ex Rhoma reuersum in magistrum generalem eligunt. Qui et ipse quamuis credebatur vir prudens et modestus, furere cœpit, rescribens consulibus Gdanensibus ligam et fœdus cum Hungariæ rege ictum rescindere magnopere persuadentibus fœdus illud necessitate pressum violante Rege Poloniæ suas inscriptiones et nihil de his quæ ordini promiserat obseruante, pro dei honore & ordinis terrarum qꝫ suarū instauratione confecisse. Abstinuit tamen ab omni hostilitate pro illa æstate & bello, intelligens se vanissimis promissis ab Vngariæ rege Mathia delusum esse, qui tunc bello contra Friderictum Romanorū Cœsarem in Austria gesto occupatus erat. Intelligens etiam Casimirū Poloniæ regem cum omnibus terrarum suarum subditis si quid mouere vellet in arma paratū esse. Intelligens & subditos proprios a se ad Poloniæ regem defecturos. Concussus etiam Cæsareis literis quibus illi contra regem et regnū Poloniæ belligerare sub pœnis grauibus interdicebat: : : :

Casimirus omnibus indignantibus magistratus confert contra leges regni Nicolaus Comorowski

a Mathia corruptus ad proditionem, castris quę tenebat deiectis ex Vngaria licet reuersus ingratia tñ apud Casimirū

reponitur.

Negociis publicis apud dietam generalem Piotr-
coviensem ordinatis, et Castellania Cracouiensis qui summus
magistratus apud Polonos est, ex morte Joannis de Pilcza
vacans, in Derslaum de Rithwiani Palatinum Cracouiense
collata est. Ipse item Palatinatus Cracouien in Joannem de
Rithwiani Castellanu Sandomirien et regni Poloniæ Mars-
chalcu a Casimiro rege, postquam ex Piotrcouia in nouam
ciuitatem Corczin aduenit, et alteru conuentum illic men-se-
no tenuit, collatus est. Pro quo fremitus ingens in regem et in
Joannem de Rithwiani a singulis statibus coortus, maximis
sugillationibus vtrumq3 carpebat, rem perniciosa contra ius
fasq3 geri facto et sequela plurimu nocitura. Tres quoq3 præ-
cipuos Magistratus ab vno occupari indignabantur. Instabat
q3 id scelus nunquam aliqs in republica Polonorum practicatu
rescindi. Quo non impetrato in conuentus & Senatum ad con-
sulendu nullo pacto accedere placuit. Nicolaus interim Co-
morowski ab Vngaria et ipse rege iuxta atq3 Cruciferi, pluri-
bus largitionibus, maioribus promissis subornatus erat in re-
bellionem, assidueq3 de eius rebellione et hostilitate non vul-
gares sed veri afferebantur rumores qui pectora singulorum
conquassabant, quod ex tribus castris quæ collata sibi a
rege tenebat, videlicet Berualth Szephlari, & Siwiecz Vngariæ
regno commetaneis, facile in offensam recti Poloniæ grassa-
ri, facileq3 fodinaru salis introitu destruere potuisset. Miss-
si ad illum plerique nuncij ægrum animu et in proditionem re-
belliomq3 spectante sanare non poterant. Missi postremo duo

Palatini. Spithko de Jaroslaw Leopolien., & Joannes Wątrobka de Strzelcze Belsen., qui solutionem et pecuniam quas in castris prafatis habebat inscriptas, & omnium damnorũ si quæ propter regem et regnũ pertulerant, ad arbitriũ iustorum iudicum communiter a rege & ab ipso eligendorũ offerrent. Sed nec ta aquissimæ oblationi acquieuit. Inuecerat et hæc res regi et consiliarijs maximam curam, ne per callidi hostis, Hungariæ videlicet regis commenta. Polonicũ regnum duobus bellis hinc a Cruciferis, hinc a prafato Nicolao Comorowski premeretur. Itaqꝫ quam celerrime Jacobus Dambienski Palatinus Sandomiriensis, & Capitaneus Cracovien. a rege missus exercitu de proprijs & mercenarijs gentibus comparato consurgit, & castra prafata obsidione cingit illa sub septem hebdomadarũ spacio bombardis maximis quatiens conquirit. Sub quo quidem tempore Casimirus Poloniæ rex ex noua ciuitate egressus in Cracoviam aduenit, & illic quatuor mensibus mansit, defensione Jacobo Palatino contra impressione quamlibet quæ ferebatur ex Vngaria superuentura celerrime oppositurus. Bernalth castrũ deditione sequuta, quamuis spissum & optimũ murũ, situ insuper munitum habuisset, iussu regis vsqꝫ ad solũ ruinatum est. Ziwiecz incendio deletũ. Szephlari Marco Rathuldo quod pecunias a rege habebat in eo inscriptas restitutũ. Nicolaus ipse Comorowski plerisqꝫ consiliarijs pro eo intercedentibus ad praesentiam regis admissus, proditiom suã extenuare nitebatur. Sed cum rex singula refelleret, & ad miseratiom nihilominus propter priora sua fidelia obsequia in necessitatis articulo regi et regno prastita flexus esset, possessionesqꝫ aliquas in terra Chelmen. consignare con-

sensisset. Ille arrogantius quam proditori & victo conueniebat vsus, misericordiam regis contempsit, & furore concepto, ex Cracouia se euoluens in Hungariam et in Budã abiens, vindicare suã defectionẽ apud aures Hungariæ regis illo ipsum simulatis promissionibus ludificante frequentius expetebat. Quo viso in Poloniam reuersus per fortissimas intercessiones delicto suo expiato regi reconciliatus, oppidum Crasmistaw in Chelmensi terra donari sibi a rege, in eorũ quæ amiserat vicissitudinẽ ægre obtinuit.

Fridericus Imperator insignia regni Bohemiæ Vladislao confert, summo Pontifice Sexto repugnante, & pro Mathia agente.

Bohemiæ rex Vladislaus auxiliũ fortius Friderico Cæsari, vltra id quod duce Bursian ante festa Paschæ transmiserat, contra Hungariæ regem laturus, qui arma assidue conquirebat, accumulabatq; contra Cæsarem, circa Paschæ conductũ, cum notabili exercitu, expedite & equite collecto, ex Bohemia egressus, profligatis per prius gentibus circa montes Kuthnos quas in Bohemiã Hungariæ rex immiserat, ad distinendũ eũ. Vastata etiam per Joannẽ Thowaczowski ora Swidnicen in Austriã venit. Certificatus per Cæsarem de regalibus, quam primũ venerit illi consignan-

dis. Gratissimus fuit Friderico Cæsari eius velut parum speratus et valde necessarius aduentus, vnde adhuc longe positū personali obuiatione excepit, & cum gratulatione nimia & solennitate vniuersis statibus, et vniuersa ciuitate Viennensi ad excipiendū illum effusis, Viennam introduxit. Veniebat & vniuersitas Viennen. cum doctoribus magistris, & Scholaribus in obuiū Bohemiæ regi. Rectorq; regem latina & diserta oratione excepit. Cui vicissitudinarium rex edendo responsū ad singulos illustriores orationis locos limate et tam ornate respondit, vt singulos in sui admirationē conuerteret, & plerosq; ad fletum certatim celebrantes eius indolem, ingenium et doctrinam. Et quamuis Sixtus Papa quartus Fridericū Cæsarem, crebris literis & nuncijs obsecrando solicitasset, vt potius in Mathiā Hungariæ regem conferret regalia, aut saltem a conferendis in vtrumq; abstineret. Cæsar tamen in sententia sui animi, iuxta quam responderat perseuerans, altera die aduentus regij in Viennam, feria videlicet tertia post Sancti Viti, sub magna præsentia populi in ecclesia Sancti Stephani. Imperialibus indultus, regalia regi contulit Bohemiæ, et tradendo vexilla Bohemica, ipsum de Pincernatu Imperiali inuestiuit, pluribusq; diebus mensæ honore et omnium victualiū et necessariorū procuratione illum tractauit, insignibusq; extulit muneribus, non minoribus officijs a Bohemiæ rege et ipse cultus. Hæc autem regaliū per Cæsarem in Vladislaum Bohemiæ regem collatio, omnes rebelles et imperium suum detrectantes in Moravia, Slesia, & Lusatia, deterruit vt singuli non de resistentia sed de deditione cogitarent. CRutiferos etiam et or-

ordinem de Prussia adeò concussit, vt iam actum de se et suo ordine existimarent. Mathias vero Hungariæ rex in eam bilem excanduit, vt singula quæqz extrema ipsam quoqz mortem se perpessurũ, aut ignominiam ipsam se vlturũ Poloniæ regi Casimiro alijsqz regibus et principibus per literas insinuaret. Sed et apud Rhomam molestia singularis metu subsecuto, pectora plurimorũ Cardinalium regi Hungariæ fauentiũ peruaserat. Missisqz Sixtus Papa ad Cæsarem literis, illum de actu illo corripiebat:

Mathias pene tota Austria vastata Viennam obsidet, unde repulsus Cæsarem cingit:

FACIBUS vltionis Mathias Hungariæ rex in Fridericum Imperatorem Rhomanorũ exæstuat. Quod etsi ni vnius inducias quas Sixtus Papa quartus inter ipsum ab vna et Cæsarem, duosqz reges Poloniæ & Bohemiæ per literas constituebat abnuerat. Et quod in Vladislaũ Bohemiæ regem potius quam in se regalia contulerat, & quod petitionem suã repudiatam doleret, qua per Neapolitanũ Archiepiscopũ instabat, vt de titulo et iure regni Hungariæ literis restitutis cederet, et sibi regalia de nouo conferret. Itaqz tempore opportuno seruato quo videlicet & Vladislaus Bohemiæ rex susceptis in Vienna regalibus cum vtroqz suo exerci-

1451

tu longa iam militia fesso, & egestate grauato in Bohemiam remeabat. Et Imperator Fridericus (siue nullitas erarij, siue vana spes non intentandi sibi ab Hungaro belli in causa fuit, tenacitatem enim et tristitiam quam plerique in eo accusabant, in pectore suo ego suspicari non poteram) stipendiarios milites ab Hungaro illico adsumptos remiserat. Congestoq; Mathias ex mercenarijs militibus grandi exercitu, et maximas Bombardas secum vehens, superato deinde apud Presburg Danubio, vniuersis quidem consiliarijs Hungariæ ei tam impio bello nequicquam illũ auertere studentibus, nihil neq; Turcorũ inuasione quorum sub duce Bassa quinq; tantummodo millia haud longe a statiuis suis in Hungariam ingressi, in conspectu fere suo populabantur, neq; Procerum et Baronum Hungariæ eorũ præsertim qui a Turcis miserabiliter vastabantur, opem suam implorantiũ vociferatione & clamoribus motus, sed nouam in superbiam in suæ crudelitatis et fortitudinis ampliorem iactantiã secũ ducens, patriæ precibus & consilijs contemptis, & Catholicorum defensione neglecta in Austriã defensoribus vacuũ irruit, & rebelliũ Austrialiũ quorũ principalis Liechtenstener erat ad suum aduentũ vires, et animũ resumendum exercitui magis ex agreste quam legitimo milite collecto se coniunxit. Interpellatus autem rex a regina vt expugnationem arcis alicuius vel oppidi, nunquam ab ea visam sibi spectare sineret, ad oppidũ nec natura nec arte munitum Hamburg expugnandum exercitum admouit. Ibi triplici impetu ab impugnatoribus magno studio circumquaq; oppidum facto, totiensq; superne ab obsessis strenue oppidũ defendentibus repulso & ma-

gna impugnantium clades rege milites ad nouandū operam ad-
hortante et regina spectante, & salus oppido et fœminæ leui-
tati salietas sanguinariæ cædis successit. Grassari exhinc
repulsus capit in cætera loca vrendo illa et spoliando, ignobi-
oraq; expugnando oppida. Quapropter plurimum Australes,
ne bonorum suorū nullo opem ferente incensione secuta, suapte spon-
te & ipsi in Cæsarem irati & offensi, ne in ea estate corruerent
arces suas et oppida Hungariæ regi debebant, omnem tandem
Austriā à montibus Pannonicis vsq; ad montes Bauariæ per-
uagatus, omnia fere castra, oppida & pagos, præter pau-
ca dedentibus se vltro illarū possessoribus, ne incendia suarū
villarum ferre cogerentur, suæ ditionis fecit. Ad Viennam tandem
exercitu adinoto, terra et vndis illam obsidere et premere cœ-
pit, habens non exiguam spem de eius deditione, propter non-
nullorum ciuiū Viennensium spem suam clandestinè mulcentiū
polliciationes. Id. periculū Imperator Fridericus auersurus,
et Viennenses singulos eos præsertim quos fluxæ nouerat in-
tentionis in fide retenturus. Comitem Hang virū industrium
sibi fidissimū cū quinq; millibus pugnatorū pro defensione
Viennæ præposuit. Qui plures eruptiones ex ciuitate in obsi-
dentes faciens, multiphariis cladibus illos affligebat, tanta
habens captiuorū numerum, vt maximo numero eorū va-
dis suffocato aut fame extincto ergastulorū illos latitudo
non caperet. Ad Kremsā accedens dum illam audacius im-
pugnat, pluribus notabilibus corruentibus, fœde ab illa re-
pulsus est. Growniker apud Bruk præsidium Cæsareū a-
gens frequentibus periculis & damnis, nocte ac interdiu

affligebat. Imperator interim Fridericus amicorum singulorum, et praesertim CAsimiri Poloniae, & Vladislai Bohemiae regum per frequentes literas & nuncios expetebat opem. Et Poloniae quidem rex CAsimirus cum iam & hiemis superuenisset intemperies et Poloni in tam longam militiam detrectarent procedere, consanguineo suo & confaderato tam anxiato et afflicto subuenturus, per Andream Rosam de Dworzischowicze Praepositu Lancitien & CAnonicu Cracouien, decem millia aureorum transmisit, quae ab illo accepta non sunt, veluti ab eo qui iam totus in pacem et compositionem cu Hungaria rege ineunda spectabat.

Fridericus Imperator fœdus cum Mathia tur-

pibus conditionibus ferit.

Temptata est via pacis, et per Apostolicos et per Venetorum nuncios pluresqs alios viros graues, et per pontifices ac consiliarios Hungariae inter CAesarem, qui tunc in oppido suo Sleyr degebat, et inter Hungarorum regem, qui apud Kornberg cu matre et vxore, et incendium illic casuale, sed periculosum conflagratis multis sumptuosis clenodijs pertulerat, quam pacem Caesar astu pertrahebat, quo Hungarum maioribus damnis distineret, aliquas pacis conditiones ab eo petitas abnues, aliquas detrectans. Petebat autem Hungariae rex a Caesare, regni Bohemiae regalia, quasi data semel Vladislao regi possent ab illo ablata sibi conferri. Petebat & cessionem regni Hunga-

rici iuris, & tam literarū quām octuaginta milliū florenorum offerens se omnia castra oppidaq; in Austria conquisita (onerosa enim sibi plurimum erant ad tenendū) dimissurum. Maior deinde omnium horū nexus inter illos interuenit. Neq; Cæsar induci potuit, vt Ioannem Lichterstener et aliquos Australes qui in suā obedientiam redire recusabant, ditionis propriæ aut Hungaricæ esse sineret, vel regalia, vel auri, vel regni Hungariæ ius, cū sua perpetua ignominia sibi consignaret. At Mathias Hungariæ rex adnitebatur, vt Ioannes Balsloer Strigoniēn Archiepiscopus, et Groffniker sub tutela Cæsaris remanerent, qui Hungari dominatum exercebantur, propter quod labor diebus triginta continuatus magnis sumptibus recidit in irritū, et gelubus atq; niuibus cadentibus, coactus est in Budam remeare. Resumptis exposť pacis tractatibus pax sub turpibus conditionibus conclusa est, videlicet vt Cæsar ā iure et titulo regni Hungariæ perpetui cedat, et se abdicet. Altera, regalia super regno Bohemiæ Mathiæ regi det, & centum octuaginta millia florenorū eidem soluat. Et Hungariæ rex interim castra et ciuitates in Austria conquisitas teneat, ambo vicissitudinario auxilio se contra omnem hominem iuuent solo Papa et rege Siciliæ exceptis. Et licet Cæsar duas conditiones implewisset, ā iure et titulo regni recedendo, et dando altera regni Bohemiæ regalia. Centum tamen octuaginta milliū solutionem quam in Australes reiciebat. Australibus id onus horrentibus, et dominatum Hungari æquo animo ferentibus implere non potuit.

1455

1455

Stephanus Bessarabia potitus et Turcorum regionem uicinam depopulatus a Casimiro contra Turcam petit auxilia.

Magni vir animi Stephanus Voievoda Valachiae instaurata ex agrestibus in supplementum eorũ qui in clade Turcorum ceciderant militia, ne ociosè sedens segniter elanguescere, circa Sancti Martini diem Bessarabiã cũ exercitu ingressus, praesidem eius Radulonem filiũ Vlad Draculae a Thurco constitutũ, tradentibus sibi vltro illum ciuibus de Brassow captiuat, et omni Bessarabia in suam redacta potestatem, eiectis de illa Thurcis plerisq; trucidatis, & constituto in illa vice sua praefecto Csipulissa nomine, ipsam sui iuris facit, hostilem quoq; Turcorum regionem Tothurus ingressus illam incendit, & magna emolimenta quę ex sale cuius illic ferax est prouentus, Thurco cedere solebant enervauit. Casimiri quoq; regis Poloniae suffragia inuocat, non dubitans his quae praemisi irritatum Thurcum in magnam coleram contra illum exarsurum.

Eorum Iulium deualtant Turci.

Intestino bello quod inter Cæsarem & Hungariæ regem funesto Marte agebatur, Turci cognito (nihil enim illos quicquid vbiq; terrarũ agebatur Iudeis explorantibus & Turcorum Cæsari mensibus singulis per literas significantibus latere poterat) cum triginta millibus armatorum forum Iulij hostiliter circa festum Sancti Michaelis ingressi, omnem illius regionem vsq; ad Cumanum alias Kingilianũ ad nouem miliaria a Termisio depopulati sũt, triaq; millia stipendiariorum quos Veneti circa angusta et clausuras Alpium transitum Turcorum prohibituri locauerant, facta impugnatione & cõquisitione loci, trucidarunt, omnẽq; sexum iuxta ac pecora captiuantes impuberibus & senibus occisis, puberes nullo ferente solatiũ in perpetuã captiuitatem abegerunt, proh dolor parturientibus tam horrendas calamitates Catholicorum regum & principum discordijs quæ Turcis animos et prosperitatem subministrabant. Non pepercerunt etiam tunc Thurci nostris Basilicis, sed illas ignibus incendijsq; et ruinis tradebant, singula q; dabant diuina et humana exterminio. . :.

Tempore longo a quarta videlicet Iulij vsq; ad vigesimam septimam Nouembris Casimirus Poloniæ rex apud Cracouiam immoratus discessit, & particulari in nona ciuitate Corczin acta cum terris Cracouensibus et Russiæ dieeta cum nullum subsidiũ a se petitũ impetrasset, alia dieta in eodem loco pro dominica Lætare quæ in diem primam Martij cadebat instituta. In qua aegre sibi decreti fuere fertones.

Ex Corczino versus Radom (visitato Monasterio Sanctæ Crucis calui montis) aduenit. Illicq3 mansionem suam vsq3 ad festu Christi continuauit.

Masouiæ ducis inanitas in vxoribus ducendis et repudiandis.

Boleslaus Masouiæ dux cæco amore Annæ virginis Hunowskea, filiæ olim Pauli de Hunow Palatini Belsensis de domo Prawditarũ, correptus ipsam accepit vigesima Julij in vxorem. Celebratisq3 nuptijs cum a fratribus & Baronibus proprijs pluribus improperijs lacesseretur eadem facilitate qua duxerat repudiata, fratrem germanũ Cunradũ in eligenda vxore sequutus, qui obscuræ sortis ex Cracouia matronam Magdalenã vxorem Simonis filiam Stanislai Sfawroth amore eius infascinatus a viro abstractam legitimo sibi copulauerat, et annis aliquot eius insani vtebatur contubernio. Qua obeunte funerijs illi ducalibus celebratis, aliam aque sortis fœminam filiã Alexij thoro suo copulauit, & facinoris prioris fœditatẽ qua se euacuare poterat ingeminauit.

Magistro Prussiæ in bellum spectante, Gubernator Prussiæ præ-

fectus nouum fidelitatis Sacramentū a militibus
& ciuibus exigit.

Anno domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimus octauus.

Festo Natiuitatis Christi et diebus sequentibus Casimirus Poloniæ rex apud regium Radom cum Elisabeth regina et duobus filijs Casimiro, Alberto, duabusq; filiabus, Zophia et Elisabeth, exactis ad conuentiōm generalem Piotrcouien, quæ pro duodecima Januarij instituta erat, Elisabeth regina et cæteris apud Radom relictis, solo tantummodo Casimiro secundogenito assumpto, transijt & in die constituta illuc venit, pluribusq; diebus consiliarijs pigre venientibus vacuus & anxius rebuspublicis consulere nescius, stetit. Quibus in aliquali numero non in pleno tamen (pleriq; enim valitudinarij aberant) conuenientibus, varij interponebantur ad promouendū res reipublicæ tractatus. Consiliarijs vero satis exquisitis defectus æris & sumptuū obstabat, placebat singulis vt in tam exangui reipublicæ egestate, instituerentur dandi per Cmethones fertones, quorum cū institutionem pleriq; militares recusarent, nulla certa conclusio captari potuit, et res ipsa in conuentus particulares dilata. In quibus etsi vniuersæ terræ regni Poloniæ fertonum institu-

1459

tionem laudassent, soli Posnanienses milites quorum dux et auriga Albertus Gorski Castellanus Landensis & Capitaneus in Wschowa cum filijs Lucæ de Gorka olim Palatini Posnanien. de domo Lodzia. Joannes alias Iwan de Obichow Iudex Calisien. de domo Vieniawa, & Joannes Izaac Iconski de domo Nalancz, cum aliquot alijs iuuenibus erat in conuentu, illos dare detrectarunt, & in rempublicam patriæ, & in regem à quo exaltati fuerant, & ditati crudeles. Non paruit etiam in dicta illa Piotrcouiensi Magister Prussiæ Martinus Tressler recenter in Magistrum electus, licet fuerit specialiter nuncio regio Stanislao Vislitzki Canonico Vislicensi vt veniret & debitum fidelitatis iuramentum præstaret, requisitus, sed nec per literas & nuncios iuxta ac spoponderat, regiæ requisitioni respondit. Iam tunc totus in bellum Poloniæ regno mouendum intentus, ita re nulla memorabili gesta ex dicta Piotrcouien. Casimirus Poloniæ rex in Lancitia venit, vbi Hungariæ Baronū secretus illi nuncius allatus est, qui sola regina conscia & interpretante auditus rogabat, vt Casimirus Poloniæ rex iterum consurgeret, et regnum inuaderet, singulos Hungaros extemplo à Mathia ad illum defecturos. Huic legationi nihil certi responsum est, ne in nouum bellum venirent, præsertim cum Hungari priores pelicitationes irritas fecissent, nec seruassent fidem. Ex Lancitia in Brzescie Cuiavien. Elisabeth regina in Radom remissa, Casimirus rex diuertit. Tenuitq; illic præsentibus Jacobo Gnesnen. Archiepiscopo. Sbigneo Vladislavien. Episcopo, & aliquot Palatinis cum Baronibus militaribus et ciuibus Prussiæ professo Pu-

rificationis conuentum. Ad quem etiam Magister Prussiæ Martinus cum per nuncium & per Notarium regis Joannem Choienscium intelligeret se vocandum ex Kinsberg propere versus Ragnetam abijt, ibique se occultauit. Rex rebus Prussiæ stabilitis, et si bellum à Magistro Prussiæ immineret, compositis & promissis animisque omnium confirmatis destituto Joanne Koscieleczki à Mariemburgen castri tenuta, et castro ipso in gubernatione Petri Dunin de Prawkowicze Castellani Siradiensis commisso. Sbigneum etiam Episcopū Vladislauien terris Russiæ in gubernatore præfecit, ad quem in subitis necessitatibus haberent recursus. Qui officium suum conuersurus in profectum, dietam generalem in Grudzanc feria tertia post conductum Paschæ, quæ fuit vltima Martij instituit. Ad quā cum vniuersi dicto Gubernatoris sui parendo ex terris Pomeraniæ, Chelmensi & Michaloviensi, et districtibus Mariemborg, Sthum, et Kierzberse in frequenti numero tam Barones & militares quām ciues conuenissent, vltroneè se nouo sacramento Casimiro Poloniæ regi & regno sinceriter perituros, nec vnquam fidem suam variaturos obligarunt. Joannes Sapienski Poloniæ miles, & Boiarski Pomeraniæ miles. Ex Thorun vero, Elbing & Gdansc tres ex Consulatu ad Magistrum et ordinem missi sunt requisituri vt iuxta fœdus sacramento firmatū, fœdera in singulis suis conditionibus obseruent commemoraturi, quod Magister primæ legationi regiæ licet promiserit tante tempore non respondit, quod secundos regios nuncios ad se nō admisit, & vt deputet locum ipsemet in regno & tempus ad quem irrecu-

1457
1461

Sabiliter veniat, fidelitatis iuramentum prædecessorum suorũ more, Maiestati regiæ præstituturus.

Lithuanis instantibus ut sibi pro duce filius aliquis regnis daretur

et Alberto idem facilẽ lachrimis adiuuante abnuit, Turcarum Cæsar Casimiri ab eo non abhorrentis amicitiam & fœdus petit.

Brzeszcie Cuiauiensi relicta, ad aliam rursum Brzeszcie Ruthenicalem Casimirus Poloniæ rex otius se contulit, et cum Lithuaniæ consiliarijs aliam illic diætam pro die Ramispalmarũ quæ fuit quindecima Martij (neqꝫ enim pregnantes necessitates à dorso relicta descendere illum in Vilnam & ad inferiora Lithuaniæ patiebantur) celebrauit, rebusqꝫ plurimis Lithuanicis illic stando promidit. Et licet tunc Lithuaniæ Barones instarent magno studio et conatu, quatinus illis alterũ ex filijs tunc secum præsentibus, Casimirũ videlicet vel Albertũ in suũ vicarium substitueret, precationes tamen eorũ licet alter ex filijs Albertus lachrimando tacitus illos adiuuaret, et patrios ante diem suspiraret in annos, multipliciter execratus respondit se viuente gubernacula ducatus Lithuaniæ, nullo pacto se alteri commissurũ. Eo etiam illic agente venit ad illũ

Cæsaris Turcorum Mahumeti Nuncius Turcisanus nomine Tartarorum etiam nuncio comitatus, qui magna importantiæ muneribus, videlicet scutellis et vasis argenteis, staminibusq; axamentitis, adamascenis & purpureis auro et murice intextis præsentatis, propria etiam non vulgaria munera adiciens, data licentia dicendi retulit. Cæsarē Turcorū ad omnem amicitiam & pacem cū Casimiro Poloniæ rege regnoq; suo & principatibus seruandam, firmandam et inscribendam optimè dispositum et qualificatū esse, orareq; regem vt Nuncijs vicissitudinariè missis pax et amicitia firmetur & inscribatur inter eos, et habeatur pro hoste graui quicumq; alterum ex eis inuaserit. Adiunabat hanc Turci legationem etiam per speciales literas ingeminatam Tartarorum Cæsaris Nardulab nuncius asserens Cæsarem Thartarorum Nardulab, vt cum rege Poloniæ Casimiro fœdus & amicitiam iungeret induxisse. Ambobus nuncijs munificè remuneratis responsū est, de beneuolentia amicitia & fœdere Thurcorum Cæsaris gratum esse regem, suscepturumq; singula quæ et voce et sermone offerebat non abnuiturum, & missis nuncijs latius se super his responsurū. Quibus sic expeditis et rebus Lithuaniæ ordinatis discessit Casimirus Poloniæ rex ex Brzesie Ruthenicali & venit in Lublin, vbi aliquot diebus consumptis per Radom, Opoczno cæteraq; loca venit in Piotrcon conuentionemq; generalem dudum indictam illic pro festo Penthecostes quod in decimam diem Maij cadebat cum omnibus terris tenuit.

1453
1463

Pax inter Hungarum & Bohemum paulo ante firmata mox rescissa rursus firmatur:

Interim dum haec transigerentur pro dominica Ramispalmarũ, quae eo anno in quindecimam Martij diem cadebat, Conuentio specialis pro pace inter Matthiam Hungariae et Vladislaũ Bohemiae reges ad pacificandũ Bohemiae regnum agi in Brunna capta est. Ad quam cum ex parte Matthiae Hungariae regis Joannes Varadiensis, Prothasius Olomuncen, Rudolphus Vratislauien, Hinko de Posdziebrad dux Monsterbergensis, Stephanus Transiluanen Voiewoda cum alijs Hungaris. Ex parte vero Vladislai Bohemiae regis, Henricus de Posdziebrad dux Monsterbergen, Joannes Rupowski Magister Curiae, Benassius Veithmulner Capitaneus in Karlsten, Petrus Dubiniecz cum alijs tanquam arbitri, et Stiborius regni Bohemiae Cancellarius & Capitaneus Moraniae tanquam superarbiter, ab vtraqz parte electi conuenissent, et longo tempore litis materiam digessissent, pax tandem inter reges & regna sub his conditionibus concluſa est, vt Vladislaus primogenitus regis Poloniae tanquam haeres naturalis regnũ Bohemiae possideat, et omnes Barones et militares castra et ciuitates, quae in Bohemia consistunt, illi de caetero pareant. Matthias vero Hungariae rex illũ de caetero Bohemiae regem titulet

& ſcribat, et pro filio illũ, et ipſe eũ pro patre teneat. Et ipſe Mathias Hungariæ rex Moraniã, Sleſiam, et vtramq; Luſatiam in ſua ditione teneat, donec ſibi quadringenta millia florenorũ pro vna die, per Vladislaũ regem et regnũ Boemiæ fuerint perſoluta, abſcluendi Bohemi ab huiusmodi ſumma. ſi Vladislao Bohemiæ rege mortuo, Mathiam Hungariæ ſibi in regem aſsumpſerint. Olomuncen Epiſcopus et Dubski Marschalcus regni Bohemiæ, vt eum officijs ſuis quamuis in Moravia consistentes, ad solum Bohemiæ regem Vladislaũ haberet respectũ per conditiones pacis. Arbitrantur hanc pacem sub alijs et his conditionibus concluſam, et per vtrumq; regem custodiri promiſsam. quam si quis cũ ea quæ in campo ante Vratiſlauiam ſub æquiſsimis conditionibus offerebatur, quibus Mathias Hungariæ rex ſe omnem Moraui ã, Sleſiã, Luſaciam & omne ius et titulum regni Bohemiæ sponte dimiſsurum et CAſimirum regem Poloniæ ampliſsimis donis honoraturũ eiq; ſi eũ data filia Hedwigi in cõſortem in generũ adoptaret, perpetuo seruiturũ, comparare iuſſe velit reperiret profecto pro honestiſsima pace quam CAſimirus Poloniæ rex tunc cum beneplacitis ſibi conditionibus, et omnium ſuorũ hostiũ deiectione et confusione, & regni ſui Poloniæ excellenti gloria & amplitudine dare poterat, turpem nunc & fædam (quod Elisabetha reginæ consorti ſuæ voluntati auscultaret, filiam ſuã originario homini tradi, moleste ferenti, nec aduertenti omnes nedum reges, ſed et homines ex stercore erectos eſse) pacem accepiſse, dedecorantẽ & ſuam filijq; et vtriusq; regni Polonici et Bohemici, & honestatem et auto-

ritatem. Gaudebat vniuersa Bohemia, Slesia, Moravia & Lusatia de huiusmodi pace, quamuis onerosas conditiones secu traheret. Ex eoqz maxime exhilarescebant, quod videbant sibi virū et naturalem, & mansuetum regem redditum esse, et illegitimo violento atqz tiranno cuius propter spolia et truculentiam execrabantur principatum se liberatos esse, vnde collationem se argenti vltro factimos disponebant. Quadringentos aureos Mathiæ Hungariæ regi quo citius ex sua ditione decederent, soluturi. Sub hoc tempore Vladislai Bohemiæ regis exercitus, cuius Burzian Baro Capitanens erat, apud Monasteriū Thoczisow agens, a gentibus Mathiæ regis Hungariæ in Pilzno præsidium tenentibus, cuius Planscibergk Australis erat Capitaneus, dū pabulationes conaretur & incendia ac populationes prohibere constrictus est & magna clade obrutus, et quadringentis occisis octingenti in manus hostiles cū equis et spolijs viui venere. Aliud quoqz accidens æque malum supernenit. Varadien Episcopus Joannes, & Stephanus Transiluanen Voiewoda habendo in suo comitatu Hinconem ducē Monsterbergen, confecta pace in Kadan oppido Bohemiæ ex Olomunec ad limina quatuordecim adiutorū, qui ibidem feruntur claruisse miraculis, descenderant. Abinde Pragā reuersi, dum familiares eorum sacramentū ab hæreticis confectum tunc processionaliter conductū honorare detrectant, animantibus Sacerdotibus populum communem, plerisqz Hungaris violati sunt, et Varadien Episcopus & Transiluanen Voienoda Stephanus, nisi celeriter dux Hinco accurrisset cū ciuibus de noua Praga, omnes ad vnum fuissent

turpiter occisi. Hanc nouitatem rex Bohemiæ Vladislaus mo-
leste ferens, nuncios regis Hungariæ ad se in Kuthnos mon-
tes venientes plurimum honoratos et muneratos, de iniu-
ris eis placauit illatis. Mouerunt hi duo casus Mathiam Hu-
gariæ regem, fecereq; elatum. Henricus quoq; Monsterber-
gen dux cum conciliator paris esset, illum assiduis insusur-
rationibus ad bellum incendebat, timens in pace suam æsti-
mationem diminutum iri, non fauente fortuna Bohemis de
pace et iustissimo Deo ostendente, quod nondum fuerant fati-
nora Bohemorũ plures errores practicantiũ abstersa. Ita q;
pace reiecta, pro qua reintegranda Rudolphus Episcopus
Vratislauien quamuis homo senex et decrepitus ab vniuer-
sis ciuibus Vratislauiensibus rogatus et instigatus, iterum
se Budã ad regem inexorabilem fatiganerat, bellum ex in-
tegro resumi cæptum est, & ipse Mathias Hungariæ rex per
publicas suas literas Episcopo & Vratislauien Capitaneo
ac ciuibus cæteris q; suis officialibus scriptas, instigante
ad id illum fratre Gabriele de Verona Episcopo Agriensi
nuper in Cardinalẽ promoto, omnem conclusionem pacis
reuocauit, asserens tractatores illius, vel potius fingens,
nullum a se mandatũ ad concludendã illam habuisse,
sed neq; absq; scientia Papæ, et sui legati fratris Gabri-
elis Cardinalis & Episcopi Agrien, dedurebat se in pacem
quamlibet posse consentire, indignatione magna ardens,
quod per conditiones illius paris Vladislaus Bohemiæ rex
verus & legitimus declarabatur. Insimulabat insuper ipse
Mathias Hungariæ rex virũ innocentem & simplicem Po-

loniæ regem Casimirū quasi illum veneno extinguere conatus fuisset. Quapropter ipse CAsimirus Poloniæ rex per vnū ex consularibus viris de Vratislauia fuit secretè auisatus, vt sibi à duobus venenatoribus per Hungariæ regem clandestinè in curiâ suâ, videlicet à Bremiasleone Australi, et Cerbergo natione, Nurembergē à rege Hungariæ submissis, pro omni loco, die, et tempore ac momento caueat. In Bohemia autem per præsidiū apud Pilzno locatū, populationes extendebantur flammæ et incendia latè et passim nemine resistentiam opponente, animos Bohemorū luxu et inertiâ occupante. Donec ab Vladislao Bohemiæ rege tractatores pacis, et pro parte Mathiæ Hungariæ regis datos, Mathiam Hungariæ regem frequentibus probris et conuitijs de violatione fœderū carpentibus. Pax inter reges et regna primū ad festū Sancti Iacobi, exinde ad festū Sancti Michaelis stabilita est, & varij tractatus ad formandā pacem interpositi, quæ tandem conclusa et literis vtriusq; regis firmata, sub his conditionibus vt vterq; se Bohemiæ regem scribat et titulet. Apud Vladislaū vniuersa Bohemia integre & Electoriatus, et Episcopatus Olomuncen et Marschalcatus. Apud Mathiā, Moraniā, Slesia, et Lusatia, et sex ciuitates remaneant, si prior Mathias diem obierit. Vladislaus teneatur regno Hungariæ, Quadringenta millia florenorū soluere, & Moraniam, Slesiam, Lusatiam rehabere, et hæres perpetuus regni Bohemiæ existere. Si vero pignore non suscepto excesserit, Mathias in regno succedet, et regnū Bohemiæ erit liberū à quadringentis millibus

florenorum solutione.

Tributum a Polonis exigitur, Legatus ad Pontificem Romanum mittitur

In festo Penthecostes, quæ fuit decima Maij dies, acta est conuentio generalis apud Piotrcouiam. Ad quam cum consiliarij aduenissent, post multos et varios tractatus CAsimirus Poloniæ rex, fertones sibi ab vniuerso regno, ad necessitates impendentes expediendas solui ægre in eũ annum obtinuit. In quo adhuc annonæ vilitas continuè ascendebat. Item ad multiplicem instantiam Baronum maioris Poloniæ decretum est, vt fodinæ salis ad cohibendã importationem salis Misnensis siue Saxonici in maiori Polonia apud villã siue locũ qui Pinka dicitur aperirentur, & regimen illius sub vno perpetuis temporibus Zuppario Cracouiensi consisteret, ne vna alteram absorberet. Vladislao Bohemiæ regi Nuncijs suis flagitantibus decem millia florenorũ in suffragium contra hostes missa. Ad Summum pontificem Sixtũ quartũ Ioannes Goslupski Decretorũ doctor CAnonicus Posnanien de insania et insolentia Balthasaris de Piscbia nuncij sui apud Vratislauiam residentis, quod Vladislaũ Bohemiæ regem, vt hæreticũ. CAsimirum vero Poloniæ regem vt fautorem hæresis, & omnes fautores

eorum ex

eorum excommunicatos et interdictos, publicis et stultis suis denunciaret processibus, questurus & vltionem expostulaturus. Rogaturus quoq3 Sixtum Papam quatinus promissiones et collationes beneficiorum, et Cathedraliū ecclesiarum ad instar et formā decretorū Concilij Basiliensis restringeret. Iusta quidem petitio sed intempestiua, tenues habitura profectus:

Casimirus ex Elisabetha duodecima prole suscipit.

EX Piotrcouia CAsimirus Poloniæ rex discedens in Radom, vbi illum Elisabeth regina operiebatur processit, et aliquot illic hebdomadis commoratus in Sandomiriam venit. vbi illo immorante Elisabeth regina quintadecima Iulij, vterum grauidatū soluens filiam sextā, prolem vero duodecimā æquatura filias, maribus enixa est, quæ à Ioanne Rzeschowski Episcopo Cracouiensi in Ecclesia SAnctæ Mariæ Sandomirienſ baptisata, Barbara nomen accipit. Diebus autem purgationis exactis Casimirus Poloniæ rex ex Sandomiria Sabbato ante Natiuitatem SAnctæ Mariæ egressus in nouam ciuitatem Corczin transijt, vbi publicarum expeditioni vacans, vsq3 ad duos menses mansit:

Magister Prussiæ hostis Casimiro ex professo

arces duas datis pecuniis

occupat, et aciem in campū frustra educit. Dum pro-
missum a rege Mathia auxiliū nullū adesset:

Prussiæ recens Magister Martinus Truleses totus iam cum ordine suo in rebellionem et bellū contra Casimirum et Poloniæ regnū, Vngariæ rege Mathia nouos et magnos spiritus fictos tamen et simulatos magis quam fideles sibi suggerente prospectans, dum ad certa loca sibi per Casimirum regem designata, ad præstandū tanquam nouus Magister fidelitatis & omagij iuramentū venire contempsisset, rebellionisq3 monstrasset vultū, bellum quoq3 regi et regno mouendū clandestine cū fratribus ordinis (cū omnes subditi sui tam militares quam ciues magnopere illud execrarentur) decoquebatur. Vnde et duas ciuitates in terra Chelmensi videlicet Brodnicz am. & Chelm, et arcem veterem quæ regiæ ditionis erant, datis pecuniis Joannis Schumborski fratri Bernhardi, et eius satellitibus quas se asserebant sub tempore belli meruisse, quas se Casimirus Poloniæ rex offerebat daturū, et quarum nobilem portionem præfatus Joannes Schumborski sexingentos videlicet florenos a Casimiro rege, mendax et ganeo acceperat, iniquè occupauit, oportuna iam loca pro inferendo regi et suis bello habiturus. In campumq3 cum iusto exercitu in quo tamen maior pars agrestium erat sub tempore de quo inter ipsū et Mathiam Hungariæ regē conuenerat processit, diebus pluribus circa Osterod statiua tenuit. Sed cum ab Hungariæ rege se

vidisset delusum, qui nec vnum pedestrem in eius auxilium misit, sed intra Budam solatijs, chorei s vacans et crapulis se continuit, cum magno rubore et ignominia campum soluere, & infecta redire cum suis omnibus compulsus est, omnesq3 suae gentes quas in praefatis locis pro praesidio posuerat dilapsae fuga, eo tamen proposito vt auxilio regis Hungariae Mathiae aduenientē campū resumeret. Tanta fiducia siue verius pompa fretus, vt gloriaretur se facili impendio absq3 gladio et armis omnes terras sibi abstractas resumpturū, ponebatq3 maximā spem non solum in Mathia Hungariae regis praesidio, sed etiam in aliquarū ciuitatū fictili policitatione, quas ad se sperabat moto bello defecturas, et in principibus proceribusq3 Almaniae qui se in eius auxiliū moto quam primum bello pollicebantur venturos.

Florentini belli causa et ardor

Die solis vicesima sexta Aprilis apud Florentinam ciuitatem domus et factio de pacis, quorum principes et capita erant Franciscus et Iacobus de Pacis, grauiter et iniquo ferentes animo, alteram factionem de Medicis cuius Laurentius & Iulianus fratres germani erant duces, longo tempore in Florentia habere dominatū contra illam conspirant, & fulti auxilio Hieronimi Comitis, Sixti quarti tum Papa nepotis, et Gabrielis Cardinalis Sancti Georgij ad velum aureū, filij eiusdem Comitis & Francisci Archie-

piscopi Pisani, in ecclesia sub diuinis in eos irruentes, Iulianū de Mediris vno ictu interimunt. Laurentius alter de Medicis familiari eius ipsum brachio protegente grauī vulnere acceptō ægrē saluatus est. Archiepiscopus Pisanus parti suæ subuenturus ad prætoriū accurrens octo ciuitatis præsides illic consistentes, aut capere aut occidere nitebatur, sed communitate tumultuante, et in factione domus de Pacis & auxiliatorum eius, inter quos et Iacobus Poggii Oratoris famosi filius. Orator et ipse non vulgaris computabatur, magna ira excandescente capitur, Archiepiscopus Pisanus & facinus suū ore & propria Appodixa confessus suspenditur, & ex prætorio præcipitatur, in partesq; conciditur minutas. Ambo fratres Franciscus & Iacobus de Pacis, et alij propè trientī, qui cum illis conspirauerant occiduntur. Cardinalis Gabriel captiuatur, & in carcerem truditur. Seditio maxima passim in singulos qui erant de factione Pacis exercetur, post plurimos conatus Cardinalis Gabriel cū magna difficultate dimissus Rhomam rediit. Sixtus Papa in quem huius cladis omnis congerebatur culpa, terribilissimas contra Florentiam fulminat censuras et panas ob necem Archiepiscopi Pisani et subpositam interdicto, et Laurentium de Medicis inhabilitat et priuat omni honore, vsq; in quartam generationē. Oritur ob hoc ingens bellū, et vniuersa Italia in propria viscera arma conuertit, ciuilesq; stridente funesto Marte aguntur clades. Summus enim pontifex Sixtus, reges, Neapolis Ferdinandū, Hungariæ Mathiā, & Senensiū commune, Florentinū Franciæ regem, Venetos, ducē Mediolanen. Bononien. in suā soci-

etatem asciscunt. Frequentes inter partes interponuntur particulares conflictus, et vilipensis censuris maxima in Papam correptiones congerebantur.

Turca Carinthiam miserabili clade afficit.

Cladibus & bellis ciuilibus quæ in Italia gerebantur Cæsar Thurcorum Mahumeth exhilaratus, tempus opportunum sibi præbitū non negligendū ratus, ingentē exercitū circa festum Sancti Laurentij ex Bossna in Carinthiā transmittit. Qui nullo obstaculo offensus, omnem Carinthiā ab oppido Malburgeta vsqz ad Vilacū et prope Vraces celeriter transcurrens, cædibus, incendijs, rapinis, et captiuitate Barbarica cuncta fœdauit, et propē Salczburgam grassatus cū ad fluuium Drawa peruenisset. Mille trecentos homines resistentiam illi pro ponte facientes occidit, et nisi pons disruptus, et Drawa vndis inflatus impedisset, in vlteriora multo processisset. Neqz enim clausuræ Alpiū negz concauna piciarū illis obstabant. Quo factum est vt magna multitudo captiuorum ab illis in perpetuā seruitutē tunc fuit nemine ferente opem, & terrore maximo animos singulorū occupante, depulsa.

Thartari Bracislauiam spoliatam incendunt.

Tharta rorum sub idem tempus exercitus famem suã & inediam quæ in eorũ regione plurimum inualuerat sedaturus ad fines Podoliæ perueniens, terras Podoliæ inuadere moliebatur, sed comperto quod Polonorũ exercitus ex omnibus Russiæ terris collectus sub ductu Spithconis de Zarozslaw Leopolien, et Ioannis Odrowasch Palatinorũ consistes eorũ operiebatur aduentũ, dimicare cũ illis paratus retrocessit et reditũ simulãs in atra silua se recondidit. Postquã vero sensit Polonicũ exercitũ ad propria dilapsum esse, ex saltu in quo per dies plures delituerat, clandestine egressus, ad oppidum Braczlaw quod tunc a dure Czartorski tenebatur, nocte peruenit, et illud in arcem diffugientibus oppidanis spoliauit & incendit, regionemq; circumquaq; spolijs incendijs et captiuitate mortaliũ affecit, parumq; abfuit quin et arcem in Braczlaw caperent.

Kazimirus exercitu in Prussiam misso, Mathiæ pernunciũ denunciat, ne quid contra fœdera admittat. Cum hostilem animum gerente, legati iniussu regis ad diem certã fœdus feriunt.

Nidentibus signis rebellione contra Iusiurandum & fœdus sanctum Martino Treslar Prussiæ Magistro cum ordine suo maturante, & Mathiã Hungariæ regem in suam

protectionem pellicense, Casimirus Poloniæ rex intelligens, exercitu
de mercenarijs militibus comparato in Prussiam sub ducatu Jo-
annis Biali & Joannis Zielezinski ad conferendū contumaci-
am Nicolai Tungen qui Varmiensem occupabat Episcopatum mā-
dans ne magistro Prussiæ aliquā vim inferrent transmittit. At
Magister Prussiæ succurrendū Nicolao Tungen ratus, in campū
cum suis & Nicolai Tungen egreditur pugnaturus. Sed cum Jo-
annes Biali celeriter procedens vellet cū eo manus conserere, i-
pse dissoluto exercitu cuius maior pars ex agrestibus erat, et
veritus suā et suorum cladē, nec videns auxilia sibi per Hungariæ
regem pollicita procedere, in arces refugit. Episcopatus q3 Varmien
igne et gladio vastabatur. Mittit Casimirus Poloniæ rex Stani-
slaū Vathrobka de Strzelcze Palatinū Palatinum Belsen ad Ma-
thiam Hungariæ regem, hortans ne contra fœdus Poloniæ et Hun-
gariæ regnorū dudum ictū, et recenter innouatū, de principe &
Consiliario regni Poloniæ et terris Prussiæ se intromittat. Non
minus enim Poloniæ regi Prussiā, quam Cracoviā curæ esse. At
rex Hungariæ spiritu elato respondit, non esse honestū sibi cō-
fœderatos suos Magistrū Prussiæ notans & Nicolaū Tungen re-
linquere. Rogare q3 Poloniæ regem, per Vladislaū antiquæ Bu-
dæ præpositum cœpit, vt si pacis auidus sit bellū Pruthenicū
interrumpat, daturū se congruos modos quibus nullatenus se
teneri fœdere Magistro Prussiæ inscripto doceat, et Magistrū
& ordinē ad obedientiā Poloniæ regis reuerti cogat. Hanc quo-
q3 viam Poloniæ rex experturus alios nuncios Joannē vide-
licet Dlugosch Canonicū Cracovien, & Stanislaū Marschal-
kowicz ad illū destinat, non abnuens se ā Prussia amoturū

1475

bellum si modos illos sinceros cognouerit, cum gentes Hungariæ regis pro comperto habeat, Slesiam sub ducatu Zielom ingressas esse, sub specie ferendi auxilij duci Ioanni Zeganensi, contra Albertū Marchionem Brandeburgen, facilius exinde et cumulatiori Marte in Prussiam fraiecturas, responsionē, q3 suā Palatino Vathrobcze data contrario facto variasse. Qui cum Hungariæ regem apud Budam non offendissent, in Vischegradū illū conueniunt. Quorum legatione audita negat se Hungariæ rex modos scire, aut id Poloniæ regi intimasse, quibus Magistrū Prussiæ & ordinem et Iungen regi conciliaret, nec licere sibi Magistrū Prussiæ & ordinē, & Iungen relinquere, etiam si sibi de Pannonico regno excedendū foret, quorum mandante sede apostolica asserebat se suscepisse curam, delusos se et regem Poloniæ Nuncij Polonici per oratorem regis Vngariæ Vladislaū præpositū antiquæ Budæ intelligentes, quid vltra agerent, quo gradū verterent non habeant. Compertū habebant præfatū Mathiā Hungariæ regem quatuor exercitus inuasuros Poloniæ regnum ferro et igne in quatuor partibus ordinasse, et quatuor illis duces videlicet Victorinum ducem Monsterbergen filiū Georgij Podziebratzki, & Ioannem Bielik. Ioannem Sirotzinski, et Turci Thomam Vngarū præfecisse, staregs in armis paratos ad regnum irrumpendum. Quintum de septem millibus armatorū, cuius Zieleni Bohemus erat ductor, vt Pomeraniā et Prussiā quatum, q3 via et arte posset irrumpat, & Magistrū et ordinem atq3 Iungen tueatur, et vt terras Pomeraniæ restituat mandasse. Qualificatione itaq3 rerū & statu, et sui regis conditione

et temporis ratione pensata, impendens periculũ a patria auer-
suri, cum Pannonico rege pactum conficiunt non tam pulchrum quã
necessariũ, vt recedatur vtrobiq; vsque ad festum Purificationis
ab armis, et pro die illa agatur in Olomunc3 diæta. In qua per
reges Hungariæ & Bohemiæ, et eorũ consiliarios, Poloniæ regis
illuc mittendos tractetur benigna vtroriq; reconciliatio, et in-
stus vel saltem æquus finis differentiæ rerum imponatur. Arces
et loca in Episcopatu Varmiensi armis quæsita, Poloniæ rex in-
fra inducias cum suis pertinentijs teneat, cõacta ad omagium
in libertatem solnat, gentibus suis Episcopatum Varmiensem re-
ditis tamen quæ pro tuitione castrorũ ab eo quæsitorũ sufficia-
ant, exarmet. Molestæ erant hæ inducia rũ conditiones et regi
Poloniæ et suis, minus tamen regi quam consiliarijs. Carpebat
sermonibus nuncios, quod in illas consenserant conditiones, pa-
rum attendentes quod bellum in Prussia ob ærarij regij defectum
amplius trahi, militibus discessum facientibus non poterat,
nec facile arces & ciuitates Episcopatus Varmien arte et natu-
ra munitæ conquiri. Paritũ est in omnibus fere conclusionibus
per nuncios Poloniæ regis cum Hungariæ rege ictis, et Magister
Prussiæ et ordo non impetebatur bello. Varmiensis tamen Epi-
scopus et bello quatiebatur et armis, et aliquot arces et loca
sub Tungen conquisitæ. Magister Prussiæ Martinus, et Nico-
laus Tungen bellũ formidabilius veriti, (Jam enim copias
regis Hungariæ quas Zieloni ducebat ipsis auxilia saturas
a Joanne Marchione Brandeburgen vsq; ad infernitionem bis
contritas) tractare de pacis conditionibus aut æquis aut to-
lerabilibus cũ Sbigneo Episcopo Vladislauien, Paulo Jasienski

regni Polonie Vicethesaurario, et Petro Dunin Castellano Stradien. et Capitaneo Mariemburgen. præfectis regijs corperant, a quo officio illos fœdus cum Mathia Hungarie rege, per nuncios regis Polonie ictum auertit, veritos ne Hungarie regis contra se accenderent indignationem :- :- :-

Vincentius Culmensis Episcopus moritur :-

Die Iouis duodecima Nouembris, Vincentius Helbas a Episcopus Culmen. et ecclesie Pomesanien., alias Quedzinen. perpetuus administrator, cu. annis decē mensibus septem, diebus quatuor in sede pontificali Culmen. sedisset, et plurima illius & Varmien. ecclesie nobilia clenodia, viuendo liberali & magnifico sumptu, distraxisset, apud Lubawa castru. ecclesie morbo paralitico absumptus moritur, et in ecclesia Culmen. quindecima mensis eiusdem sepelitur, vir nobilis de domo & familia Nalanczy, statura iusta pilo glauco, paru. subrufus ex patre Pelka alias Fulcone et Matre Margaretha ortus :- :-

Casimirus dicta per nuncios Mathie nomine petita assensus Ziglam in regno suo,

inditit, filiam sua. Zophiam Friderico Brandeburgensi despo-

sam ad sponsum misit.

Annus domini Millesimus Quadringentesimus Septuagesimus nonus.

Solennitatum Natalicij christi dies cum Casimirus Polonie rex apud ecclesiam Cracouien cum consorte sua Elisabeth exegisset, feria tertia infra octauas Epiphaniarum, que fuit duodecima Januarij de Cracouia egressus ad tenendū Conuentionē generalem Piotrcouien pro octaua Epiphaniarum, que fuit tredecima Januarij, tardiuscule per Miechow, Andrzeiow et Przedborz iuit. Vbi illi regis Hungarie Mathie Nuncius Jaroslaus Czarnohorski allatus est, petens vt diætam pro festo Purificationis apud Olomunez indictam in secunda Maij differret. Obsecrans insuper vt illi personaliter dignaretur interesse, multas commoditates et profectus ex sua personali presentia & sibi regnoq3 suo Polonie, filioq3 suo Vladislao Bohemie regi, et facilem patis Prutsenicē reformationē effecturus. Dando etiam illi facultatem, vt si locus et dies parum grata regi Polonie forent, pro suo libito que conducerent eligeret. Interim quoq3 bellum Prussie cum Tungen actum suspenderet, et quamuis suspensio grauis & dispendiosa nonnullis consiliarijs videretur, habendo tamen respectū ad munificas conditiones, ad quas se Pannonicus rex, et per Joannem Dlugosch, et Sta-

nislaum Marschalleonvics priores nuncios regios, et per Ia-
roslaum Czarnohorski exhibebat. Missis ad Hungariæ re-
gem nuncijs videlicet Raphaele Jaroslawski regni Poloniæ
Marschalco. Paulo Jasienski regni Poloniæ Vicethesaurario,
et Andrea Roza præposito Lancitien, denunciat sibi gratam
esse suam amicissimam oblationẽ, nec recusare conuentũ si fo-
ret necessarius. Magistro vero Prussiæ omnem culpam suam igno-
uis grandem ignosciturũ, & Nicolao Tungen alii episcopatũ
daturũ regis Hungariæ contemplatione denunciat. Et filiã Zo-
phia virgine quæ secum sexingentorum equorũ comitiuam
de Baronibus et militibus habebat, quorum Andreas Opa-
rowski Varmien Episcopus, Mathias de Dmoschin Palatinus
Posnanien et Capitaneus Maioris Poloniæ, Nicolaus de Cu-
thno Palatinus Lancitien Petrus Curoswanski Marschalcus
Curiæ, Joannes Sapienski Magister Curiæ, Joannes Łąka
Vicethesaurarius, Joannes Dlugosch magister coquinæ.
Joannes Wñorowski subpincerna erant principales, in Fran-
fordia cum splendido apparatu (Dudum enim illã Frideri-
rico filio iuniori Joannis Marchionis Brandeburgen despon-
sauerat) transmissa, ipse de Piotrcouia omnibus publi-
cis expeditis egressus in Lancitiã cũ Elisabeth regina di-
uertit, exposť vero diætas apud Colo habitas interfuit, vbi
iuxta ac in cæteris diætis particulariter habitis Czisza
illi ab omnibus ciuitatibus regijs, ecclesiasticis et militari-
um decreta est. Ex Colo in Radom, Abinde vero in Lublin,
Brzescie et exposť in Lithuaniam processit. Apud Fran-
fordiam virginis Zophiæ regiæ nuptiæ in magna egestate

1491
1487

die Solis quarta decima Februarij acta, adeo vt Curiensibus regijs nulla darentur victualia et regij Consiliarij atqs milites, caterique officiales regij qui cum noua sponsa aduenerat, tenuibus & pene nullis honorati donis:-

Andreas Buinski Posna-
nien: et Paulus Grabow-
ski Chelmen: Episcopus
moritur:

Die Martis quinta Januarij Andreas Buinski cum annis duobus et quadraginta, mensibus sex in sede Posnaniensi vixisset, plenus operibus bonis et eleemosinis cum magno cleri et populi Posnanien: desiderio moritur, apud Posnaniam non aliqua quassatus aegritudine, sed naturali quiete et somno absumptus, et in ecclesia Posnanien: in capella Sancti Andreae, quam ipse ab alijs fabricatam insigni supellectili et dote onerauerat sub vrna area sepelitur:-

Secutus est illum Paulus Grabowski Chelmen: Episcopus decima octaua Februarij apud Skerbiesow oppidum episcopale dolore calculi cuius frequenti vexatione torquebatur mortuus, & in ecclesia sua Chelmen: sepultus cum annis quatuordecim mensibus septem in eadem sedisset, vir humanus & frugi, statura mediocris, calui[c]iatu habens caput, expendere plura quam potis erat solitus, singulos fere mortales Polonos stirpe

sibi et cognatione coniunctos astruebat, in sumptus profusus, plus quam sorti suæ & conduceret et conueniret.

Conuentionem ad pacem inter regem et Cruciferos

tractandam, Siradiæ in festum Penthecostes indicitur.

Non secuuta Conuentione Olomuncensi pro Purificationis festo, inter reges Poloniæ, Hungariæ et Bohemiæ constituta ad concordandum reges, bellū nihilominus agentibus regijs contra Nicolaū Tungen in episcopatu Varmiensi continuabatur. Festo Purificationis elapso, vt fœderi cum rege Hungariæ concluso satisfaceretur. Interim vero totus ille episcopatus per ignem & predas desolatus est, et omnes ciuitates eius et arces per regias gentes conquisitæ, & in potestatē regiam redactæ, præter castrū et ciuitatem Elbing, quæ et ipsa a regio exercitu ab vtraq; parte ciuitatis obsidebatur. Molesta erat regi Hungariæ hæc obsessio, iam enim res pene ad emersionē et conquisitiōm castri & ciuitatis & arcis peruenerat. Rex quoq; Hungariæ Mathias cū omni conatu & studio conabatur Magistro & ordini, & Nicolao Tungen tanquam iussus a Summo pontifice subuenire & gentes regias ex campo depellere. Turcus tñ illi obstabat qui regnū Hungariæ frequenti vastatione vexabat. Italiæ quoq; principes mutuo gladio se collidebant, huius collisionis Sixtus Papa erat vertex & princeps. Adiuuabant quoq; illū Ferdinandus Neapolis et Mathias Hungariæ reges

et Senensium communitas. Pars autem altera erat Florentinorū et Venetorū contra quos Papa Sixtus inutile agebat bellum. Adiuuabant eos autem rex Francie et dux Mediolani, et multa mala regio Italie tunc tolerabat, adeo vt Veneti cogerentur cum Turcis sub iniquis conditionibus pacem inire, et ciuitatem Scutariā insignem quam tanto tempore non sine clade maxima Turcorū defenderant cum alijs aliquot ciuitatibus cometaneis pacto et fœdere Turcis dare. Missis itaq; aliquot nuncijs specialibus per Mathiā regem Hungarie ad CAsimirum Polonie regem qui obtinuerunt inducias dari Nicolao Tungen, & Magistrum et ordinem non impugnari. Quæ vt firmiora forent, misit Polonie rex tres nuncios ad Hungarie regem Budā, videlicet Raphaelem de Jaroslaw regni Polonie Marschalcum. Paulum Jasienski regni Polonie Vicethesaurariū, & Andream Rosa de Borzislawitze præpositum Lancicien et CAnonicum CRacouien. Gratus fuit regi Hungarie eorum aduentus, grateq; et fauorose à rege Hungarie excepti sunt & tractati et regia munificentia donati. Et post plures tractatus inter eos habitos suffragio prælatorū & Baronū Hungarie accedente, qui bellum illud inter reges moleste ferebant agi, tanquā vicinos et seipsos contra quoslibet hostes adiuuantes, ad has conclusiones pacis deuenerunt, vt videlicet agatur conuentio generalis in Stradia profesto Penthecostes, quod tunc cadebat in viceſimā nonā Maij. Ad quam rex Hungarie teneretur mittere duos Pontifices, et si posset commodè Gabrielē CArdinalē Episcopū Agrien. Ille enim feruentior erat ad pacem componendā, propter Italie pacificationē, et duos Barones de corpore regni. Tenebatur

et Magister Prussiæ cum ordine & plena potestate, & Nicolaus Jungen per regem Hungariæ accersendi venire personaliter, et vtrinusq; regni prælatorū et Baronū tenerentur ambo stare reconciliationi, et præsertim Nicolaus Jungen de quo talis facta fuit conclusio, vt vel duos Episcopatus videlicet Culmensem et Pomesaniense in morte domini Kielbasa tunc vacantes pro sua contentatione susciperet, et de illo Andreæ Oporowskei suo vero pontificii cederet, attenta totius Episcopatus desolatione, aut CAsimiro Poloniæ regi omnem impensā ad bellum contra illū factā solueret, sub his conditionibus induciæ cum Jungen initæ sunt, et a bello cessatū, de obsidione quoq; arcis & ciuitatis Elzberg, ex quibus Nicolaus Jungen metu captiuitatis, et proditionis diffugus ad Magistrum Prussiæ Martinum, non habens vbi requiesceret pes eius diffugerat.

A Conuentione autem Piotrcouien in qua consensus omnium prælatorū & Baronū Poloniæ rege petente, ad recipiendā Csisam in omnibus ciuitatibus ecclesiasticis & militaribus sibi fuit per Proceres Cracouien et Russiæ præstitus, Tenuit rex in Lancitia conventū, vbi etiam a proceribus maioris Poloniæ de danda Csisa consensū obtinuit. Relicta Lancitia iuit rex in Radom, et ibi cum Elisabeth regina sua mansionē satis longam vsq; ad tempora Penthecostes expediendo causas regni publicas continuabat:. :.

Festo Penthecostes adueniente, Prælati & BArones Poloniæ videlicet Jacobus Gnesnen Archiepiscopus, Joannes Cracco-

1475
1485

uiensis, Sbigneus Vladislauien, Andreas Varmiensis Episcopi, Vri-
el Posnaniensis electus. Iacobus Castellanus et Capitaneus
Cracouien, frequensq; et longus prælatorū & Baronum nume-
rus ad dictam Siradiense conuenerunt.

Vriel Episcopus Posna-
niensis designatur.

Capitulares Posnanien Pontifice suo orbati Vriele
de Gorka præposito Gnesnensi et Posnaniensi, et Canonico
Cracouiensi in administratorem assumpto in Dominica Lata-
re quæ fuit dies Sancti Benedicti, et vicesima prima Aprilis,
ad comitia futuri Episcopi Posnanien peragenda constituta,
in frequenti numero constituti, præsente Iacobo de Senno Gne-
snensi Archiepiscopo, qui discordes eligentiū animos & vacilā-
tes (pleriq; enim eorū ad postulandū Stanislaū de Curoswā-
sci regni Poloniæ Vicecancellariū animos inclinauerant) et a-
nimauit et concordauit, præfatū Vrielem administratorem, &
sedis apostolicæ collectorem, & regni Poloniæ Cancellarium
concorditer in Episcopum eligunt, Nobilem de domo Lodzia ex
Patre Luca de Gorka Palatino Posnanien & matre Catherina
filia Dobrogostii de Schamothuli Castellani Posnanien: quā-
uis iam fuerit dudū ante in conuentione generali Piotrcouien
pro octaua Epiphaniarū, quæ fuit duodecima Januarij tenta
per Casimirum Poloniæ regem iure suo regio, in Posnanien sem
Episcopū publicē designatus. Cui etiam rex ipse ad petiti-

onem Lucæ de Gorka Palatini Posnanien̄ parentis sui, literas expectatiuas patentes pro consequendo huiusmodi Posnanien̄ Episcopatu ante annos aliquot asserebatur concessisse. vir gracilis, nigris oculis, statura mediocri, crispatam habens cæsariem in consanguineorū promotionem procliuus. Epilepsia et alijs agritudinibus subiectus. Qui misso ad Sextū Papa quartū Nicolai Sebastiani Canonico Posnanensi, et alijs. Electionem sua die vicesima sexta mensis Maij confirmari obtinuit. Annoq; eodem per Iacobū Archiepiscopū Gnesnense consecratur:-

Magister Pruflix ab Hungaro delutus ad regem Poloniæ studio & amore pacis pertinet, Quam mox

literis Mathiæ illectus respuit. Nicolaus vero Pungen patrem a Casimiro impetrat:-

Oratores regij Raphael Iaroslauski Marschalcus Paulus Iasienski Vicethesaurarius, et Andreas Rosa Lancitien̄ præpositus, dum Mathiā Hungariæ regem apud Budā offendissent, verba legationis apud illū faciunt. Asserunt non conuenire suo statui & conditioni, vt bellū contra amicum et vicinū regem, pro Cruciferorū Magistro & subdito

et omagiali regis, et pro Nicolao Tungen rebelli assumat. Ex-
petunt vt vtroqꝫ deseruo vetusta iura et fœdera inter regna
custodiat. Hungariæ rex respondendo legationi, multa de nõ
obseruatione induciarũ & violatione Tungen, et eius episcopa-
tus quæstus est. Post multos tandem tractatus in re ipsa ha-
bitos conclusum est, vt pro die Penthecostes apud Siradiam
teneatur generalis dieta. Ad quam consiliarij vtriusqꝫ regni
conueniant iniurias et Magistri Prussiæ et Thungen quas
supra verũ supraqꝫ instum extollebat aut discussuri, aut aquis
conditionibus extincturi. Ad quam et Prussiæ Magister & Ni-
colaus Tungen teneantur personaliter aduenire, indicium Baro-
nũ communium regnorũ subituri, et vt interim recederent vtrobi-
qꝫ ab armis. Terruit hæc conditio Prussiæ Magistrũ et Thungen,
et nisi militares Prussiæ vtrumqꝫ impulissent, dictæ regis Hunga-
riæ nullatenus paruissent. Venerunt tandem ambo Siradiam sub
saluo tamen regio conductu, profesto Penthecostes, vbi etiam cõ-
siliarij regni Poloniæ pleriqꝫ, rege Poloniæ Casimiro cum alijs a-
pud Piotrcouiã consistente, conuenerant. Rex vero Hungariæ
Mathias dum nec ipse veniret, nec consiliarios mitteret, sero sa-
ti sui et stultitiæ Magister et Tungen pœnitens, seroqꝫ se à rege
Hungariæ ludificatum perpendens, sabbato post octauas Cor-
poris Christi, post longã morã in Siradia frustra habitantes,
vteroqꝫ ad Casimirum Poloniæ regem Piotrcouiã aduenit, regẽ
Poloniæ sua grandi iniquitate et culpa iratũ conciliaturi. Fre-
quens tunc numerus circa Poloniæ regem Casimirũ consiliari-
orum Poloniæ erat, videlicet Jacobus Gnesnen Archiepiscopus,
Joannes Rzeschowski Racouien, Sbigneus Vladislauiensis,

Vriel electus & confirmatus Posnanien, Nicolaus Camenecen,
Episcopi. Iacobus de Dambno Castellanus. & Capitaneus Cra-
couien, Mathias de Dmoschin Palatinus et Capitaneus Posnanien,
Ioannes de Tharnow Sandomirien. Spitbko de Iaroslaw Leopo-
lien, Ioannes Taremba Calisien, Nicolaus de Cuthno Lanciticn.
Ioannes Odrowąsch Podoliæ Palatini. Ioannes de Tharnow
Voinicien, Ioannes de Ostrorog Posnanien, Dobeslaus de Curozwa-
lei Rospergen, Andreas de Thancz in Sandecen, Ioannes de Pil-
czaw Brecen, Stanislaus de Szidlowiecz Radomien, Castellani.
Raphaël Marschalcus, Paulus Vicethesaurarius, Stanislaus de
Curozwanki Vicecancellarius, & alii plures. Vacabant enim tunc
plures dignitates, et sperabant multi altiores Magistratus se
tunc consecuturos. Venerant enim militares Palatini, Barones
& ciues Prussiæ, quorũ principalis Nicolaus filius Stiborij de
Baisen Palatini Marvemburgen et Magistri. ciuitatũ Thorun, El-
bing et Gdansk. Et quamuis sex hebdomadis varij tractatus,
pro reconciliatione Magistri et ordinis fuissent interpositi, nulla
tamẽ conclusio efficax & finalis sequi poterat, temeraria & va-
na spe Magistrũ et ordinẽ mulcente, quam illi literæ & nuncij
regis Hungariæ Mathiæ offerebant, quasi extemplo legati &
consiliarij regis Vngariæ aduenturi, dissidiũ debuerant tollere,
& ea conditione interposita, vt Hungariæ rex Morauia, Slesia,
et Lusatia regi Bohemiæ resignata, libere Poloniæ regẽ ad ce-
dendũ de omnibus terris Prussiæ, et de omni subiectione Magri
et ordinis posset et deberet coartare. Magistrũ quoqs et ordine
Cruciferorũ et in priscam libertatẽ & statum et in pacifica posses-
sionem omniũ terrarũ regno Poloniæ vnitarũ reducere. Tam vana

autem & delirâ spem magistri & ordinis licet singuli irriderent et flocci facerent. Magister tamen Prussiæ pro suo insano cerebro in ea perdurabat. non attendens Hungariæ regem vafro consilio tempora ea spe extrahere vt interim rebus suis cum rege concluſis, Bohemiæ in dieta Olomuncen quamtunc personaliter reges ambo, pro festo visitationis Sanctæ Mariæ agebant prouidisset. Tandem Casimirus Poloniæ rex sano vsus consilio petentibus duobus Nuncijs Hungariæ regis, videlicet Joanne Bielik & Zwolski in suspensionē belli et dilationē ampliorē cum Magistro et ordine consensit. Nicolaum vero Tungen prostratū et humiliatū facinus quoq; suum multiplici lachrimarū effusione recognoscentem, ad gratiā iuramento fidelitatis ab illo et prælatis et Canonicis Varmiensibus secum præsentibus suscepto et præstito tunc, et in castro Marienburgensi in præsentia Palatinorū, militarium et ciuiū, vice altera solenniter præstando, et cū vasallis suæ ecclesiæ, et omnibus Capitularibus admisit, et ad Varmien ecclesiæ possessionem illū restituit, eo reformato et saluo quod prælati et Canonici Varmien in qualibet dictæ ecclesiæ vacatione, non debebunt eligere nisi personā regi Poloniæ gratam. Graviter et in quo animo Hungariæ rex reconciliationem huiusmodi ferens. Nicolaum Tungen per literas obiurgat, minitans illi depositionem, quod eo vt ferebatur deserto in Casimiri regis Poloniæ ditionem contesserat.

Nicolao Camenecensi Episcopo mortuo Mathias

de Lomza succedit.

Aduenerat etiam in prefatam Piotrcouien diaetam siue conuentu, Nicolaus Prochnicki Episcopus Camenecensis ex Podolia, Archiepiscopatu Leopolien, ex morte Gregorij sui vltimi pontificis anno vno semis iam tunc vacante, ad quem obtinendu aliquem ecclesiasticorum Curiensiu aspirabat ambitio, A Casimiro Polonie rege precario et ipse obtenturus. Fuit autem anguillae paru bene elixae in itinere, laeso et vitiato stomacho in Piotrcouia aduenies, distributis in suffragatores sui propositi muneribus in febrim incidit. Qua sensim ingrauescente, die Lunae vicesima prima mensis Junij in diuersorio suo extra muros Piotrcouien, preter suam et famulorum suorum spem non prouisa domo sua, nec disposita, exactis in pontificatu Camenecensi vndecim annis moritur, et in Monasterio Vithouien ordinis Premonstraten, Piotrcouiensi oppido vicino, altero die videlicet Martis, vicesima secunda Junij sepelitur. Post cuius mortem Casimirus Polonie rex Camenecen episcopatu more et iure suo regio, in notariu suu regiu Mathiam de Lomza Plebanum in Busko Canonicu Leopolien genere nobilem de armis et cognatione Rawtaru, viru sensatu, factiuu et eloquentem, mediae staturae, capillo nigro, ex patre N. et Anna matre genitu, quo facilius arcis et oppidi Camenecensis posset prouenire muralis fabrica et fortificatio contulit.

Fiorentini quinquaginta

ad Romano Pontifici

adimunt vi, Venecti cum Iur-
co Scutara ciuitate Alba-
nie ci data, perpetuum fœ-
dus feriunt, Gennenses Romano Pontifici obedientiam
præstant, Francie Rex Pontificem vt belli domestici
authorem per suum legatū coargunt.

Florentini, quorū princeps Laurentius de Medicis, &
auro multo eis affluente, et assistentia Francie regis Venetorum
et ducis Mediolani, animosiores contumaciores q̄ effecti, contra
Summū pontificem Sixtū indignatione dura concepta, bellum
ex integro contra illū instaurant, et de castellis quinquaginta
notabilibus ad ius Romanæ ecclesiæ pertinentibus, illum infra
pauros dies deciunt, sueq̄ subiciunt ditioni. Accessit ad hæc
vulnus crudelius. Veneti enim inito perpetuo fœdere cum Thurco
Cæsare, ciuitatem illi Scutarā in Albania, quam multo et suo-
rum ciuiū armigerorū sanguine, multoq̄ auro longo tempore de-
fenderat, cū suo et totius Christianitatis dedecore et malo fo-
tius Italiæ tradūt, legatus Theueri continuā residentiam in Ve-
netias suscepsus est. Incredibilis honor et dignitas sibi exhi-
bebatur; iam portus ad Italiā patentissimus est. In consistorio
publico dū Genuen communitas Romano Pontifici obedientiam
fecisset, Oratores regis Francie multa maximaq̄ contra Sixtū
Romanū Pontificē proferebant publicē dicentes. Quod vbi pa-

cis author esse deberet, illic esset belli totiusq; mali fomes, et in-
centiuum, quodq; concilium generale quàm maxime fugeret.
et alia multa quæ vehementer pungebant. Verum Rhomanus
pontifex satis argutè illis respondit dicens. Quod dicitis me
dissensionis esse authorem, à veritate est alienũ, scitis quod
dum indutias petiistis, consensimus vobis optastis censuimus
omnes suspendi, suspendimus et relaxauimus, arma vt possi-
semus, et milites reuocaremus petiistis, obtemperando vobis
vestris posuimus et reuocauimus, quotidie mercatores Floren-
tinos in vrbe nostra confouemus, suas mercantias exerceri pati-
mur. vltra hæc omnia semper paratissimi fuimus & sumus
vos in gratiã et gremiũ paternũ suscipere, cũ honestate San-
ctæ Romanæ ecclesiæ. Concilium generale etiã non fugimus.
quinimo vehementer desideramus. Hinc est quod diuersos
legatos etiam fratres nostros, Sanctæ Rhomanæ ecclesiæ
Cardinales ad omnes principes maiores mittimus, vt seda-
tis bellis intestinis, et eis inter se ad fraternã vnitatem redu-
ctis vnanimiter, fortissimo & seuissimo Thurco, validissime
resistere possimus. Mittitur legatus de latere, ad Hungaria,
Bohemiæ & Poloniæ regna, Ioannes de Aragonia, filius regis
Siciliæ, Hungariæ regina germanus, qui inauditas legatis con-
cedi habet facultates. Tantum enim habet vt non de latere ve-
rũ cũ vtroq; latere Rhomani pontificis profitisci dicatur.

Magister Prussiæ, sine pace
ad suos reuerti non au-

deus dextram

dens dictam Siradiensem
Petricouiæ operitur:-

Hebdomadis pluribus in Piotrcouiensi dicta Casimirus Poloniæ rex commoratus, missis ad Mathiam Hungariæ regẽ Paulo Jasienski Castellano Sandomirien. et Joanne de Baisen Castellano Mariemburgen. dictã Siradien pro die Sancti Bartholomei agi, iuxta petitiones Hungariæ regis per Bielsc. et Zwolski factas, et bellum interim cum Magistro Prussiæ et ordine suspendi consentiens. Ex Piotrcouia die Mercurij vicesima octaua Julij recedit, Martino Treslar Prussiæ Magistro in Piotrcouia remanente, et dictã Siradien illic præstolante, et in Radom vbi illum Elisabeth Poloniæ regina per omne tempus more suæ in Piotrcouia operiebatur diuertit. Neqz enim metu suorũ Prussiæ Magister concussus, sine pace ad propria audebat recedere:- :- :-

Pax inter Vngarum et Bohemum præsentem Olomucii firmatur:-

Celebatur sub iisdem temporibus Olomuntensis dieta. Ad quam primũ Mathias Hungariæ rex longo tempore expectatus, habens secum in comitiua Simonem Neapulis regis filium Ferdinandi, et consortem suam Beatricem, eiusdem Fer-

dinandi regis filiã die Veneris secunda Julij, Vladislaus autẽ Bohemiæ rex die martis tredecima mensis eiusdem Julij habes secum mille quingentos equos aduenerunt. Vbi habitis per aliquot dies amicabilibus tractatibus, die solis Sancti Iacobi Apostoli hora noctis prima pax perpetua inter reges conclusa et firmata est, sub conditionibus priorũ faderũ, vt Vladislaus rex Bohemiam habeat vniuersam, Mathias Hungariæ rex vniuersam Moraniã, Slesiam, Lusatiã vsq3 ad exolutionem quingẽtorũ milliũ florenorũ post mortem Hungariæ regis regno Hungariæ fiendã. Magno de hac pace exhilarati erant gaudio, et præsertim Prothasius Olomuncen Episcopus. Item Barones de Rozemberg & Stemburg, et alij singuli Bohemi, qui a subiectione regis Hungariæ absoluti, in ditionem Vladislai Bohemiæ regis conuesserunt, omnibus fere maioribus & primoribus Moraniæ, Slesiæ, & Lusatiæ, imo et inferioribus singulari molestia, quod nacti forent auarũ & superbum dominum conturbatis. Discessit autem vterq3 rex die Veneris penultima Julij ex Olomunc3 ad propria datis inter se muneribus magnificis. Sub quo quidẽ vniuerso tempore Vladislaus Bohemiæ rex & sui omnes splendidẽ opipare & abundanter in singulis fuerũt promisi et tractati, Hungariæ regis munificentia & liberalitate.

Magister Prussiæ vltro citroq3 redditis literis

faderis icti cum Mathia, Casimiro regi sacramento se et suos subicit.

1485
1495

Processit tandem Casimirus Poloniæ rex ventt in nouam ciuitatem Corczin, vbi et illum Martinus Trinxes Magister Prussiæ cum suis secutus est, aduentum oratorũ Hungariæ regis Mathiæ pluribus hebdomadis operiebantur; qui tardiuscule non nisi secunda octobris aduenerunt in nouam ciuitatẽ: Stephanus videlicet Comes Scepusien, Hungarus, et Venteslaus Beczkowschei de Czarnigrod Bohemus, et negligentia sui regis excusata, quod bello barbarico cum Turcis occupatus esset celerius missi non erant, diebus decem pro reconciliatione Magistri Prussiæ & sui ordinis apud Casimirũ regem et consiliarios suos in frequentiſſimo numero congregatos fideles suas operas nauabant. Exhibebat enim se magister Prussiæ cum suis grauem et difficilem, ad præstandũ Casimiro regi & regno suo debitæ fidelitatis et subiectionis iuramentum. Astruens quod deo et homini (notans per hominem regem Vngarię Mathiã) contrariam feciſset policitationẽ, nec se ad insirandũ per illos decem dies induci patiebatur. Reconciliationis quoq; spes nõ sine amaritudine et dolore, et quadam desperatione recidebat in irritũ, de quo sui omnes et fratres de ordine, et militares et ciues qui secum aduenerant multiplíciter excruciabantur, destructionem suã videntes imminere, ad reconciliationem efficiendã operas etiam suas intenderant. Erant autem hi, Ioannes de Thunphen magnus commendator. Stephanus sterberg Osterodẽ commendator. Frater Ioannes de Lessen Cantellarius Magri, Canonicus et electus Pomesanien, Fabianus decretorum doctor Canonicus Vratislauien. Quem Mathias Hungariæ rex vt ma-

gistri et ordinis parti consultando prodesset (peritus enim iuris et practicus antiquus habebatur) suis sumptibus transmiserat. Frater Mathias Teberburger, Frater Kilianus Guthenberger, Frater Fredericus Gebeschatel. Schurman alias Adrianus notarius Magistri. Item Cunradus de Egelstin, Daniel de Kunhein Iudex Brandeburgen, Ambrosius Perwanth, Nicolaus Kawter, Ioannes Proise, Donatus Veitber militares. Georgius Malschalc, Paulus Hoff, Nicolaus Keischelin consules et ciues de Kinsberg. Et quamuis Magister Prussiæ cū suis iniurias graues & enormes ei Casimiro Polonia rege se accepisse allegassent, propter quas licitum sibi putabant fœdus pacis perpetuæ temerare. Articuli tū granaminis per eos in scriptis, dati, post responsionem regiā ad illos factam, in grauem illos confusionē et ludibriū adduxerāt, palpantibus oratoribus regis Hungariæ, illos tenues et paleas esse denunciauerunt. Itaq; nuncij regis Hungariæ denunciant, & Fabianus doctor et consiliarius Magistro, ordini, et suis, ne de cætero aliquam spem in subsidio et defensione regis Hungariæ bello Barbarico cæterisq; bellis occupati reponerent. Certi quoq; esset ipsū, regem Hungariæ propter patentē iniustitiā et iniquitatē ipsos et causā eorum deserturū. Hac itaq; denunciatione Magister Prussiæ et suorū partim precibus, partim terroribus victus, implere iusiurandū regi Casimiro reconciliari, & fœdus pacis perpetuæ quod violauerat reformare consensit. Itaq; die Saturni nona Octobris in die videlicet Sancti Dionisij & sociorū eius in arce noua ciuitatis, & in stuba maiori præfatus Martinus Fruxes magister,

Commendatores, milites, et ciues post multos tractatus et difficultates (quas iurabat dicens se magister pellem ex corpore prius exuturum, et in portiones minutas dismembrari illud passurum, quàm illud quod iubebatur facturũ) omni pertinacia deposita, fecit et præstitit CAsimiro regi et regno Poloniæ debita fidelitatis et subiectionis sacramentũ corporale, cum suis omnibus quos superius descripsimus, in manibus Ioannis Episcopi Cracouiensis, super præsentia consiliariorũ regni Poloniæ, tam ecclesiasticorũ quam secularium, et etiam oratorum regis Hungariæ, astante magna præsentia et multitudine militũ et procerum regni Poloniæ. Præstiterunt et tunc Barones regni Poloniæ, aduocantes magistratus recenter assumpti, iuramentũ de seruando fœdere pacis perpetuæ quod etiam omnes suos fratres, milites, ciues, et subditos qui nondum iurauerant, in Prussia terra conuentu indicto, sub præsentia oratorum regiorũ præstituros. Magister Prussiæ et castra et ciuitates Chelm et Brodnicza et vetus castrũ, pro quibus redimendis CAsimirus Poloniæ rex octo millia florenorũ dono illi dedit se ad festo Sancti Martini proximè venturo resignaturum astrinxit. Damna autem sub tempore belli cũ Tungen Episcopo Varmiensi gesti, vtrinq; facta per quatuor regios, & quatuor magistri et ordinis arbitros, & nonum superarbitrũ ab vtraq; parte electũ, quibus data est pro vtraq; parte potestas plena, sub tempore competenti decident. Quibus omnibus peractis CAsimirus rex ab oratoribus regis Hungariæ exoratus, magistro Prussiæ & ordini, et subditis eius omnem culpã rebellionis et pertinaciæ quomodolibet cõ-

tractam liberaliter et gratiose indulsit, ipsumq; dextra
data in amplexum suscepit, datisq; tam magistro & o-
mnibus suis quam etiã oratoribus regis Hungariæ, quos
supra nominauimus, optimis & insignibus sebellinis et
martburinis ex purpura et ostro contextis, stolis, equis,
cæterisq; muneribus cũ lætitia immensa vtrorumq; duo-
decima Octobris, recessus ex noua ciuitate factus est: tam
magistri et suorũ quã oratorũ regis Hungariæ, qui omnibus
necessarijs per Casimirũ regẽ splendidẽ et opipare fuere
procurati. Affuerũt etiã huic actioni Pomeraniæ et Chel-
menses Prussiaq; Barones sub obedientia regia constituti,
videlicet Ludouicus de Morthung Chelmen, Fabianus de
Mgow Gdanen, Palatini: Nicolaus Baisen Castellanus
Gdanen, Fabianus de Merken, Henricus alias Jedrisek,
milites, Hanus Vinkendorff, & Hanus Schewle Gdanensis.
Joannes Scharor, Hermanus Helwatth Thorunen, Balcẽ-
schorm, Mathias Brethelmik, Elbingensis, Consules, vniuer-
sisq; dies illa puscerrimũ spectaculũ prabuit, vultus etiã
magistri et fratrũ de ordine, et subditorũ suorũ exhilara-
uit, amplius etiã eorũ, qui in edibus et laribus proprijs re-
manserant exhilaratura. Me quoq; actu Jusiurandi
dupliti, magistri videlicet Ludouici de Erlichhausen
qui primus fœdus pacis perpetuæ cum rege et regno Poloniæ
confecerat, & huic qui quartus post illum fœdus violave-
rat interesse, coactusq; est restituere literas fœderis regis
Hungariæ Mathiæ quod cũ eo pepigerat, et suas ab illo
repetere, quę in manus Rudolphi Vratislauien Episcopi per Jo-

1489
1499

annem Varadien. Episcopū nomine Hungariæ regis. Ex parte vero Martini Prussiæ Magistri, per duos fratres ordinis apud Vratislauiā sub præsentia Joannis Lasoeski Scholastici Gnesnen. Notarij regijq; nuncij pro festo Purificationis Mariæ reposita. Et priùs quàm ab alīquo alio viderentur, incisa prouidente Rudolpho Vratislauien. Episcopo, ne nouus bellorū inter partes illaberetur stridor, parū enim latæ erant in circumcisis et indignis verbis deprompta. Ex quibus omnibus facile intelligis vilem et damnatā conditionem mortaliū, qui non aliter ad debitā trahi possunt obedientiam, nisi dum intelligant amplius iā se non posse aduersus superioris calcaneū calcitrare:

Miles ob non solutum stipendium bona præsertim spiritualiū spoliat

Exortū in illyrico bello Pruthenico extincto, ciuile bellum ex gentibus regijs, quorū consuetudo erat, ex Bohemis, Moranis et Slesitis, mercenario ære in Prussia militantibus Prussiam adhuc ferventē bello deserentibus, dum in stipendio emerito, pro quo soluendo consentiente vniuerso regno ferthones Cmethonibus, exactiones ciuitatibus et oppidis, suffragia ecclesiasticis imposita erant, ad tempora arcta solui non possent, spoliis prædis violationibus et stupratio-

nibus, et quibuslibet calamitatibus plures villas & oppida, et signanter ad ditionē spiritualem & monasteriorum pertinentia obruebant. Quapropter gemitus et vociferatio pauperū hominū à stipendiarijs oppressorū vbiqz audiebatur, quavsqz ad thronū dei ascendebat, tam ecclesiasticos quam contra seculares regios consiliarios, durum iudiciū diuinū subituros. Qui abrogato vetusto more patrię quo iusta bella proprio milite agebantur, peregrinos milites destitutis Curiensibus & proprijs militibus gerere, & vniuersū regnū intestino bello inuolueve satius ducebant:.

Vngari prædam vide
riam ex Turcis insepte

castra irrumpentibus reportant:.

Feria quarta ante Galli, aliâs die mercurij quartadecima mensis octobris, Turcorū exercitus maximus ad centū millia æstimatus, quos etiam Bessarabi adiuuabant, in terram septem castrēn circa oppidum Sobinow, quod Theutonici vocant Echeru ingressus quinqz Capitaneos quos ipsi vocāt Bassas (ex quo etiam potest æstimari Turcorū multitudo) Hungari tres tantummodo Capitaneos habebant, Báthei sthwan vnū, alterū Paulū Ksiąndz Vngarū, nobilem quidem genere sed diuitijs tenuē, et tertium Jaxics genere Rascianū, virū audacissimū & in armis magni precij. Diuisos habebāt exerci-

tus et longe a se erant, quando ex necessitate Thurcis irrumpentibus, Bartheristhwan coactus est cum suo exercitu in re pugnã. Qui videns imparem se hostibus esse, in rauerant flexis genibus mori potius quam fugere. Ferebat pugna horis fere tribus, et abundante multitudine Thurcorũ, Hungarus capit referre pedem, fugaq; ad ciuitatibus Septemcastrensibus, quorũ quatuor millia numerabantur capta est, quos vix Bartheristhwan increpatos potuit sistere. Interim vero dum Hungari reintegrata pugna ad prælium reuerterẽtur, subuenerunt duo Capitanei partis Hungarorũ prafato, Kzanth Pawel, & Jaxich sub quorum ducatu omnes Curienses regij, & nonnulli Rasciam solicitati frequentibus nunctijs Bartheristhwan, & dimissa fronte hostili in latus studiose irruerunt, magnamq; stragem fecerunt in Thurcis, et in fugã eos verterunt, nec amplius fuit pugna, sed clades et barbarorũ fuga, multiq; Thurci deleti sunt et extincti, nobilles autem quinquaginta capti malebat enim Hungarus occidere quã captiuari. Maxima de hac victoria in regno Hungariæ habebatur exultatio & iocunditas, quamuis Hungaris cesserit victoria non incruenta. Bartheristhwan enim vnus ex Capitaneis grauiter vulneratus est, licet non letaliter duo alij Capitanei exercitus Kzanth Pawel, et Jaxich, multi quoq; de Hungariæ militibus et Curiensibus pectore aduerso cecidere, fuissentq; Turci superiores, nisi prafati duo Capitanei Kzanth Pawel & Jaxich tempestiue aduenientes, latus hostile inuadentes acerrime

contrimissent

Casimirus cum Moschis tractat de pace, Moschus iugo Tartarorum excus/ so, Nouogrodien potentes dimittis imperio suffecit suo et omnibus opibus exuit, Lithuanis magnâ partem terræ adimit:

CAsimirus Poloniæ rex rebus Poloniti regni compositis et expeditione stipendiariorũ Ioanni Episcopo Cracouien, Iacobo de Dambno CAstellano et Capitaneo CRacouiensi, & PAulo Vasienski CAstellano Sandomirien commissa, die mercurij decima Nouembris, alias quarta feria ante SAncta Elisabeth ex nouitatinitate Corczin, visitato etiam Monasterio SAnctæ Crucis, in Lithuaniâ cũ omni curia sua se contulit, in qua tempus hiemis, veris, æstatis, venationibus vacando consumpsit, pactitando cũ Moscouitarũ ducibus videlicet natu maiori, Iwano et Borziwoio, Andreę et pro regionibus quas ducatui Lithuaniæ duces præfati Moscouien rege CAsimiro absente per iniuriâ, vt asserebatur abstulerant. Senior enim natu dux Iwan magni animi & factiuitatis erat vir, qui etiâ excusso iugo Thartarico vendicauerat se in libertatẽ cũ omnibus suis principatibus & terris, et iugum seruitutis quo vniuersa Moscwa a tem

poribus diuturnis, etiam tempore Alexandri Vithawdi magni ducis Lithuaniæ premebatur reiecit, quod adeo pernitiosum fuit durum et detestabile, vt nuncijs Cæsaris Tartarorũ nec nuncijs modo, sed etiam nuncio quantumcunqꝫ sordidis & vilibus in curiã principis maioris natu pro exigendo tributo aut alia necessitate ordinandã a Moskwã accedentibus, dux ipse Moskwen in equis sedentibus pedes occurreret, poculũ lactis equina supplex porrigeret, & cadentis lactis per iubã equi guttas ore lamberet, lectori Tartaro legenti Tartarorum Imperatoris literas in Ruthenicũ versas Schubã qua putarentur optima Sebellinã pedibus subponeret, et ipse dux Moskwen quam omnes alij inferiores duces et Boiari, et Proceres sui genibus flexis literas Cæsaris audire absominabili deuotione, et in omne solatium Tartaro contra quoscunqꝫ Catholicos ire cogerentur. Affligebat ingentis viri spiritũ Nouogrod terrarũ Russiæ et latissima et ditissima, quam sui iuris sucqꝫ ditionis astruebat adempta fremebatqꝫ animo, quod alioquin gens muliebris & effeminata infinitis diuitijs magis aliquanto quã Venetorum Imperiũ onusta suũ imperiũ fastidiret, et sibi pro libito quos vellet duces & Ciliarchas ad arbitriũ Episcopi senioris et populi constitueret, & destitueret. Quã cum a Casimiro Polonicæ rege & magno duce Lithuaniæ desertã neglectamqꝫ, quamuis sibi annis singulis centum millia ciclorũ penderet offendisset, protinus illam in ditionẽ suã redegit. Veritus deinde ne terra mariqꝫ inæstimabilibus etiã diuitijs per multas ætates aucta

aliquando in rebellionem verteretur. Illuc multo milite pro-
prio et mercenario stipatus, celato animi sui proposito acces-
sit, pontifice inæstimabili Thesauro auri et argenti, multa-
qs nobilissima supellectili, qui a pluribus centenis annorū
per vnumquenqs episcopū alteri succedentē, et relinquebā-
tur, condiebatur, spoliato, trecentis ciuibus natu maioribus
ditioribusqs capite damnatis, et bonis eorū ac Thesauris
ducali potestati infiscatis, omnem ciuitatem et ciues reli-
quis duabus partibus auri argenti, & lapidum preciosorū,
cæteraqs supellectili, tertia parte cuilibet relicta, quam con-
stabat plus quā decem Venetias in Thesauris possidere depi-
lauit, et quod dictum quoqs apud posteros parū erit credibi-
li: Trecentos currus auro tantummodo et argento, marga-
ritis, lapidibus preciosis & raris cæterisqs id genus vnioni-
bus vsqs ad eos refertos, ante se spoliis Nouogrodensiū egit.
De supellectili vero nobilissima pelliū, purpurarū, panno-
rū, variarū manerierū post se innumeros currus egit.
Hac igitur diuitiarū mole auctus singulis gentibus per
circuitū erat terribilis, nonnullis regionibus ducatum
magnum Lithuaniæ excuens, cæteris imminebat. Contra
quem dū Lithuani conarentur insurgere, auertebat illos
Casimirus Poloniæ rex, disuadens et prudenter et mode-
ste, ne Tyrones ipsi non procurato sibi per prius exercita-
torū militū ex Polonia auxilio temptaret confligere cum
duce pluribus victoriis et opibus aucto, paruamqs in Ru-
thenis suæ ditionis, sui qs ducatus spem ponerent, quos
sibi propter disparitatē ritus suapte sponte infestos nos-

1495
1505

sent, nec tam pro victoria Lithuanorū, quam pro ruina si di-
micatio cum Moscuensibus fieret, admisuros Vera prædicere
& annunciare visus æquis auribus a sensatis et prudenti-
bus audiebatur:- :-

Casimirus diutius qua Senatus Polonus vel-

let in Lithuania manet:.

Annus domini Millesimus Quadringentesimus Octua-

gesimus octauus:- :- :-

Celebritatem Sanctam Natiuitatis redemptoris
nostri domini Jesu christi, ex venationū locis Seremissi-
mus dominus Casimirus Poloniæ rex, et dux magnus Li-
thuaniæ reuersus in quibus longo tempore immoratus fu-
erat, apud Grodno cū diebus sequentibus, cū coniuge sua
Elisabeth regina et tribus filijs, Casimiro, Alberto, & Ale-
xandro totaq; curia exegit. Post hæc pro tempore Qua-
dragesimæ in Lithuaniā diuertens apud Throki aliquā-
to tempore mansit, et inde egressus Pascha domini cum heb-
domadis sequentibus in Cathedrali Vilnensi ecclesia ce-
lebrauit, ibiq; mansionem suā longo satis tempore fecit ā
consiliarijs Poloniæ frequentibus literis et nunciis quati-
nus ad regnū rediret accerseretur continuauit, distinen-

tibus cũ Lithuanis et importunè deposcentibus, ne illos de-
sereret aut ex filijs vnũ, quod illi durũ et molestũ erat, sur-
rogaret:. :.

Mathias contra spem omn
ium ex morbo reuales

Austriam inuadit, Pontifex Rhomanus Flo-
rentinis petentibus pacem dat:. :-

VLTIAS interim etiã Germanicas regiones pro-
pinquas quoq; et remotas, fama non temere exorta per-
suaserat, Hungariæ regem Mathiã in oleo oliuæ, ex
Venetijs ad videndũ illato, Budam aconitatũ esse. Quæ
tanto facilius apud vicinas nationes credita est, quanto
ardentius interitus illius à singulis, & à proprijs Hunga-
ria poscebatur, quos anno quoslibet tributo quadrupli-
ci, sub colore vt robustius Turco resisteret, reuera autẽ
Catholicorũ, et præsertim Imperatoris Rhomanorũ Fride-
rici, quem ad iniuriã irrogandã opportuniorẽ videbat,
et cuius Imperialẽ sedẽ sibi vsurpare nitebatur, deroga-
bat. Premebatur siquidem Podagrica seua et atroci
infirmitate. A qua contra spem & votũ mortaliũ pe-
ritia Esculapiorum facilè fuit liberatus. Necdũ curatio
ad integrum prouenerat, auro in mercenarios equestres
et pedites, quos Pannonius in suã defensiõm conflarat,
erogato mittit exercitũ ex varijs gentibus inuadit, Op-
pidũ Balcemburg situ et arte forte, stratis per tormenta

1597
1507

muris expugnat. Admouet deinde ad arcem et oppidum Gratæ in editiori loco sitũ exercitũ, et illud tormentis quatire cœpit. Subid deinde tempus Sixtus PAPA quartus, Florentinis petentibus pacem dedit, mulctatis per prius aliquot insignibus castris et ciuitatibus, & Rhomana Ecclesia sorti & proprietati perpetuo insertis.--

PERORATIO

POst diuturnos et longos labores, post varia ingenia & meditationes, post transitus & itinera, quos et qua faciebã quærendo annalia et propria et aliena, post contumelias et obloquutiones, post varias detrectationes et cauptiones, cepit me nõ mediocris voluptas, quamuis inter graues ægritudines in grabbato decumbentem, quod ad finẽ præsentis operis peruenerim. In quo etsi magis pro honore Dei, & vtilitate patriæ, quam fretus ingenio progredi vlterius voluerim intelligens, quemadmodũ in principio libri præfatus sum, rem omissam ab omnibus esse, fatis fñ prohibeor, suspitorq; coniectura vehementi sua tela dissoluturas PArcas. Iam enim per clementiã diuinã ad communem omniũ hominũ periodũ ætatis nostræ perueni, sexagintã enim quinq; annos cursu meo transcurri, et meridianis horis transitis ad ipsam vesperã humanæ mortalitatis, & ad ipsum æui cubile perueni, regiã solis ingressurus, & per gratiam æterni Imperatoris speculũ illud solare splendidissimũ, quod illuminat omnẽ hominẽ venientem in hũc mundũ

1508

visurus, eundq; sempiterno cũ sanctis omnibus fruiturus.
Profiteor autem in hoc opere vt dudũ professus sũ, non omnia me solida scripsisse, sed caduca, sed fragilia, sed tenera, aliorũ relatione aut mea, aut aliorũ suggestione depromyta, et per aspera dumeta substrata, aut in aliorũ codicellis et chartis reperta, aut ab alijs audita credibile ducens quod pro vero asserebatur. Orans singulos vt per alios pinguiorem Minerua, & dicendi peritiam sortitos, errorum nostrorũ et deformitatũ rescindantur nœui. Si quid autem incondite et inculte dictum legerint, vel si totũ ita scriptum fore prospexerint doctrinæ dent operã linguæ meæ et imperitiæ veniã. In tanta enim rerũ copiositate & varietate angelicũ esset, singula ad liquidũ, et ad rei veritatem perducere. Neq; nos Euangelia, neq; Epistolas Canonicas scripsimus, vt sanctissimi Apostoli, sed pro exercitatione nostri ingenij scripsimus res humanas, variabiles et fluxas quarũ rei veritas periculũ, ne nostra conscientiæ puritatẽ in aliquo exulceremus, in nos assumimus. Et licet infirmitatũ nostrarũ cruciatus plus quam per annũ integrum tenderetur, sub omni tamen debilitatũ et dolorũ cursu, signare tempora & describere singula gesta lætitia & aduersa vt cunq; per dolores et angustias licuit, curauimus. Hoc autẽ consecutũ mihi in conclusione et fine operis mei præfari finaliter liceat, quod plerosq; Catholicos viros videmus consecutos. Nam cũ per omne tempus vitæ meæ supplici & assidua oratione mea, clementissimũ obsecrarem dominũ, vt me per suã gratiã non prius hinc

1499
1509

tolleret, donec ab omnibus facinoribus propitiatione sua & ab omnibus reatibus euacuaret, et omnes sordes meas pertolerabiles aegritudines extergeret, aduenisse tempus reor, in quo nō meo merito, sed fauore suo, et propitiatione sua visitationis ventilabro spero me dissecatū. Adicere et hoc liceat, quod in hoc opere continuus et assiduus scripturae operā dedi. Non solū articulis meis sed et meorū librariorū, et per annos prope viginti quinq; vt pernox et perdius ad hoc opus summa cura summoq; studio & diligentia incumberē, et caeteris negotiis ad hoc vnū promouendū assidue lucubrarē. Comperta autem alia, et alia, et tertia et quinta & sexta veritate, rarus sexternus potest in hoc codice comperto errore meo deprehendi, quem de caeteris non sustulerim vsq; ad sextā et septimā vicem in aliā formā non verterim, ne cuiquam in scandalū vel errorē forem in vita vel post mortē. Immensas autem gratias ago, infinitas & immortales sanctae & immortali trinitati, patri et filio & spiritui sancto, & earū parenti et genitrici excellentissimae virgini Mariae Sanctae Theotocos, & omnibus Angelis, Patriarchis, Prophetis, Apostolis Martiribus, Confessoribus, virginibus, & omnium caelestium virtutū ordinibus, praesertim tri beato Michaeli Archangello, vtriq; Joanni Patriarchae & Apostolo, beato Stanislao, Venceslao, Adalberto, Floriano, Hedwigi, patronis regni Poloniae gloriosis, & beato Vincentio martiri famoso, et beatis Confessoribus, Hijeronimo, Augustino, Ambrosio, Gregorio, Basilio, Benedicto, & beatis virginibus & Electis, Annae, Mariae Magdalenae, Dorotheae, Margarethae, Barbarae & omnibus Sanctis quorū suffragijs

1570.

auxilijs & intercessione credo me librũ præsentem scripsisse & dictasse. Rogans & obsecrans denigs omnes ecclesiasticos viros regulares et seculares, et præsertim venerandos & egregios viros, doctores, professores, Magistros, studentes, Scribas, in qualibet facultate alumnæ nostræ vniuersitatis studij CRAcoviẽ generalis, vt et ipsi et quilibet eorũ pro sua virili ætate, morte mea secuta annalia præsentia cõtinuent, et illa defluere deficereq; non permittant. Quinimo, doctores, Magistros, Professores, collegiatos deprecor, obtestor et adiuro, et vna collegiatura de melioribus segregata, etiã magistrũ præcipuũ, et studiorũ et literarũ humanitatis peritum illi iungant, qui ab omnibus operibus laboribusq; & occupationibus vacans, annalibus tantum modo se occupet. Illa cogitet, illa amet, illis se oblectet de illis tractet, de illis nocte dieq; secũ et cum alijs loquatur, commoditati quoq; vtilitati et decori patriæ, plus tñ honori DEI et veritati prouideat. supplicans cuilibet hanc CHronicã legenti vel lecturo, vt pro me omnium pectorũ primo et vltimo, vnũ pater noster, et vnũ Aue MAria flexis genibus cũ deuotione dignetur exorare, vt dominus noster IESVS CHristus intacta virginis infans, per omnes suos cruciatus pro me & illo et quolibet mortali mira charitate toleratos dignetur me a tormentis liberare perpetuis et temporalibus, & ad visionem me perducere trinitatis sue benedictæ. Cui est honor et gloria nunc & semper per infinita Secula Seculorum. Amen

tamen diuina ab hoc malo seruatus est, geminato ma-
lo mentes hominum contussæ erant. hinc subita mina-
sione Thartarorum, hinc suorú nobiliú et defensorú
absentia, et victoria cruenta, tantusqs terror corri-
puerat ut nullus de patriæ et suæ gentis defensione, om-
nes de fuga et latebris cogitarent. Satiata tunc fu-
it Thartarorú rabies cæde sanguinis chriani, satia-
ta captiuitate hominú vtriusqs sexus, quos velut
bestias aut feras pro preda abegit, et pecorú more
quosdam venundedit, quosdam ritibus suis fædis
mancipandos reseruauit. Quantis tunc credis vni-
uersum regnum Polonię et præsertim terras Russię
et Podolię vastasse fletibus et lamentis, quantis que-
relis, quantis cruciatibus, quantis doloribus, dú in-
telligerent terras nobiles perpetuę subyci vastitati,
dum plures ex illis a Valachica reuersi expeditio-
ne, vxoribus, sororibus, fratribus, consanguíneis, fi-
lijs, filiabus, charis, pignoribus, Cmethonibus villa-
rum suarú se conspicerent spoliatos. Non lachri-
mas solum res hæc illis excutiebat, sed cruentos
fletus meditando vxores, sorores et natas suas,
aut venditas, aut libidine barbarica prostitutas,
aut in aliorú transisse concubitus et amplexus.
Accedebat his mœror ingens quod spem defensionis
suę aut iniuriæ vlciscendę vnicúm in malis solatium
sciebat sibi ademptum, cú ad alia defensorum animo
conuersus hæc pro nihilo duceret, nec tot et tantis

malis orbitalegꝫ suoꝝ moueretur.

Ioannes Odrowąż Archiepus Leopoliensis et Nicolaus Lasoczi Episcopus Vladislauiensis moriuntur.

Ioannes Odrowąż Archiepus Leopoliensis audita germani sui Petri Odrowąż morte, graui dolore contracto moritur et in ecclia Leopoliensi non nisi post duos menses, obtenta sibi absolutione. Nam sententijs auctoritate sedis Apostolica irretitus erat, sepelitur, dū in Cathedra Leopoliensi annis prope quindecim prasedisset, in ecclia maiori Leopoliensi sepultus est.

FERIA Quarta proxima post festum Assumptionis Sancta Marię quę fuit nona Septembris Nicolaus Lasoczki de domo Dolanga nobilis Epūs Vladislauiensis in curia Episcopali Camerinensi in Italia in Marchia anchonitana propter pestem ex urbe Roma egressus, morbo Epidimię correptus, moritur, et in ecclia cathedrali Camerinensi honorifice tumulatur vir mirę industrię et ingenij sublimis et praeclari, ad omnia genitus quaecumꝫ agenda inciberent, doctrina et prudentię cultor praecipuus, qui propter suas

A

S D

P K

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.